Et si comparuerit in termino primo. qui sibi. et omnibus talibus debet esse peremptorius. et finalis. nullam habens dilationem. Extunc in vadio sententietur. Et si habuerit bona aliqua in eodē vadio recipiantur. et pro rebellione teneantur Captiuētur āt si nō cōparuerit seu nō cōparuerint: tunc ipse: et sui cōplices: tāq; rebell' iurisq; Regni violator decernatur de regno banniendus. proscribendus et capiendus. Et solus ipse iudex proscribat sui decreti prolatione mediante: et ibidem statim proclametur: bannitus: et prescriptus capiendus Et non solum ipse: sed etiam sui familiares: ac alij dantes ei: auxilium: consilium et fauorem. et presertim in domibus eum conseruantes tales omnes sunt: proscripti: captiuandi: et infames: ideoq; capiendi cōtra quos littere dabuntur vniuersales patentes antedicte. per territoria. et ad alios Capitaneos regni porrigende.

In aliquibus terris fit sic ex consuetudine.

Primus terminus differtur simplici infirmitate. Secund' vera infirmitate et Terci' etiam infirmitate: in hec verba iacet sicut iacet. Et dum comparet ad respondendum in termino perēptorio: tunc citatus debet iurare q; vere fuit infirm'

Ad idem.

Et si citato nō recipitur terminus infirmitate: et neq̨ p se: neq̨ p procuratorē. cōparet in iudicio. tunc cōdēnatur in pena cōtumacie. et datur ministerial' in iure actori. ad auisandum reum: vt veniret ad alios terminos immediate celebrandos et diceret: quare sup terminum astare pmisit: qui si nō dixerit: itez tunc cōdēnatur p actorem in toto ſm citationē. Et iudicium decernit solutionē parti. sub penis iudicialibus: videlicz sub tribus marcis. actori in quatuor septimanis.

Ad idem

Item si nō fecerit solutionē in quatuor septimanis: tunc scribitur contra citatum. pena sex marcarum: vt supra dctm̄ est in communi terminorum conseruatione.

Ad idem.

Item similiter alia pena in quatuor septimanis: et in aliis q̄tuor septimanis similiter. ¶ Item si nō curat satisfacere: tūc concitatur ad satisfactionem: perlucris et penis. Et si in termino non comparuerit: et nullam per actorē. in processu cause commissam. allegauerit nullitatem. tunc datur ministerialis de iure. ad intromittendum in bona: in perlucris: et penis ad actorem pertinentibus. Et iudicium mittit ad pignorandum. pro medietate penarum. ad iudicium pertinentium. Et si nō admittit intromissionem reus. tunc Burgrabius vadit et intromittit receptis secum: duobus nobilibus. Et ministeriali. Si vero reus. non admittit possessionem bonorum. ex intromissione. tunc Capitaneus sua in psona: vadit: et dat intromissionem actori in bona: et imponit vadium: mandās reo. vt actorem. in possessione per eum assignata. non impediat sub vadio. per eum imposito. Et totiens quotiēs actor petit intromissionem. totiens ostendit litteras ad iudicatorias. sibi per iudicem. et sub iudicē datas. Et capitaneus intromissum. in possessione tueri tenetur. Si vero id non exequetur. tunc in eodem vadio. per eum in reo imposito. Et Maiestati Regie: et actori succumbet.

In aliis quibusdam terris: fit sic etiam: ex consuetudine priuata.

Per infirmitatẽ recipiuntur termini. ⁊ citat⁹ iurat solus sine testibus ꝙ fuit vere infirm⁹: ⁊ si termin⁹ nõ differtur sibi in firmitate: tunc actor cõdẽnat eum in ꝯtumacia. ꝓ primo. Et adcitatur lr̃ali adcitatiõe. ad citatiõꝫ originalẽ in adcitatiõe insertã: ⁊ in scd̃o termino. ex adcitatiõe: similiter ꝯdẽnatur reus. in pena cõtumacie Et adcitatur scd̃o adcitationeꝫ originalẽ. ⁊ ad adcitationẽ: ⁊ si nõ cõparet. tunc ꝯdẽnatur. ꝓ actorem in toto. ꝭm citationẽ. Et decernitur satisfactio. ꝓ rebus citatis. Et scribuntur pene. Et ꝓceditur ad finẽ. sic vt in ista immediate: seu ꝓxima consuetudine. est descriptum.

Ad idem.

Fit etiã terminus ꝓ maiori (qui nulli denegari debet) ⁊ ꝓ primo: ꝓ scd̃o: ⁊ tercio recipi põt: sed recipiens hm̃õi terminuꝫ ad alia iudicia iudicis. ⁊ subiudicis. illius iudicij. vbi dixit se ꝓ maiori hr̃e actionẽ. lr̃am ad iudicium portare debet cuꝫ descriptiõe sufficientis testimonij. de iudicio altero. in quo pro maiori habuit. ꝓut ꝺ hoc in communi supradicta terminoꝝ conseruatione. est informatio abundius exarata Si em̃ in littera testimoniali. non sufficienter descriptum esset. id ꝓ quo in alio egit iudicio. tẽ causam istã ꝑdet: ꝓut suꝑscriptum est.

Ad idem.

Et licet eadem maiestas Regia. aliquarum terrarum priuatas descripsit consuetudines. tamen sua maiestas per moduꝫ consilij. subditos hortatur vniuersos. vt eam teneant. ⁊ obseruent instructionem vbiqꝫ terrarum quã instructionem assumptam. euoqꝫ diuturniori continuatam approbabit lex. ac consuetudo. Et tm̃ maiestas eadem serenissima domini nostri regis. de terminorum conseruatione. ex iurisperitis. ⁊ vetustioribus regni priuilegijs asscripsit.

Alexander Rex Polonie congestor omnium regni cōstitutionū cōe scribit. priuilegiū

In nomie dñi. Amen. Ad rei memoriā sempiternā. Cum vniuersi principes: qui vl' monarchiarum: vel dominatuum quorumcunqꝫ gerunt gubernacula: admonēte eos-suscepti cura regiminis: vt populo sibi diuinitus subiecto, puideāt quatinus: ab iniurijs: et molestijs cōseruetur. Et nouitates euētuum: nouis moribus: nouis quoqꝫ institutis-ac legibus moderētur. Quiquidem euentus-in humano genere: totiēs fiunt-quotiēs illudipm genus-mortalitati subiectum-etaculaꝝ natis immutari: innouariqꝫ contigit-natura ipsa: sic vt antecessores: sic quoqꝫ posteros: in ortum: atqꝫ occasum (veluti in rota), pmouente sanctiones edere rationabiles: et suoꝝ mores fidelium. pcepto legali tpare: suaqꝫ ipsa precepta: leges: ꝛ instituta. lraꝝ munimine ꝛ publici ꝯsensus auctoritate phēnare ꝯsueuērt. Proinde nos Alexander dei grā Rex Polonie Magnꝰ dux Lithuanie Necnō terraꝝ Cracouie Sādomirie Siradie Lancicie Cuyauie Russie Prussie ac Culmeñ. ꝛ Elbingeñ. Pomeranieqꝫ dñs et heres ꝛc. Ad vniuersoꝝ pñtium ꝛ futuroꝝ nob Regnoqꝫ nr̄o p tpe sbiectoꝝ Ac qꝛcunqꝫ ē: intereritqꝫ in futuꝝ noticiā deducimꝰ: qa dei ꝛ saluatoris nr̄i grā. Regni p̄mi dominia ꝯscēdētes feliciter: tā et si ppēdamꝰ in regno ꝛ dominijs nr̄is: ad dei honorē ꝛ ad felix diuturnum regni nostri imperium: singula iure optimo-per diuos olim añcessores: ac Auum Patruuꝫ Genitorē ꝛ Germanum-nostros Reges polonie sic ordinata eē: vt leges haberētur regni-per eos codite vetustissime: quibus vniuersi regnicole ꝛ illudipm regnum: in euentibus: ꝛ in omni administratione: diuina ac tpali: hactenꝰ rectum esset prospere. Tamen cum non omnibus patuit: quod oēs cōcernit. Per quandā etem: vt dicamus disuetudinē. ac inaduertentiam: ꝛ priuilegia: et libri statutoꝝ. vel in thesauris publicis. vel in paucoꝝ manibus dumtaxat: cōclusa Cōmuni vo populo occlusa: ymo incognita hactenus erant. ¶ Itaqꝫ in hac cōuētione Radomieñ. generali ad quā de vniuersis regni ꝛ dominioꝝ nr̄oꝝ terris: Prelati Barones: terrarumqꝫ: ꝛ ciuitatum nuncij iussu nr̄o venerant petiti existentes publicitꝰ: vt

Probemiū Alexādri ad colligēdas leges regni nouas atqꝫ vetustas.

commune edamus toti Regno priuilegium. Statutoꝝ eius dem Regni legalium. ¶ Predictorum olim diuorum Prede cessorum. Ac Aui. Genitoris. Patrui. ⁊ olim Joannis Alberti Germani nostrorum: cum additione aliorum Statuto rum nostrorum. Illudqꝫ per vniuersa Capitaneatuum. et Ecclesiarum maiorum loca daremus originaliter. quatinus non obscura. Sed vulgaris eius et eorum esset cognitio.

Nos De innata nobis benignitate et iusticia: nolentes ab olim Predecessorum nostroꝝ degenerare virtutibus. qui sicut laudabiles consuetudines. et iura. Predecessorum Primorum approbabant. et sua scribebāt noua. Sic nos illorum laudabili innitentes ꝯsuetudini presens cōmune Statutorum priuilegium. Cui inseruimus antiqua. et addidimus noua nōnulla etiam externa. ad eruditionem fidelium subditorum nostroruꝫ annexuimus de consilio: sciētia: et vnanimi voluntate. omnium et singulorum. Prelatorum. Spiritualium. et Secularium Consiliariorum. et Baronum ac Nuncioꝝ terraꝝ et Ciuitatum. q̄ vniuersuꝫ corpus Regni Etiam nomine absentium. per litteras nostras. et proclamationes publicas. ad presentem Conuentionem vocatoꝝ: venientium: et non venientium indubitanter representarunt

¶ Toti Regno dandum Illudqꝫ in publicum Regni nostri Castri Craco. thesaurum vbi et Coronationis diademata. et alia Regni secreciora seruari consueuerunt. Tandēqꝫ in loca Capitularia maiorum Regni nostri Ecclesiarum. ac Capitaneatuum terrestrium vbiqꝫ terrarum inferēdum. In eisqꝫ vt omnibus prosit. et cognitum sit. quod ad omnium salutē. necessitatemqꝫ congestum esset. habendum. et omnium necessitatibus petentium cōmodandum decreuimus et decernimus

¶ Primum igitur erit Statutum Gloriosissimi olim Kazimiri Regis. qui a magnitudine gloriosoruꝫ memorabilium gestoꝝ magni denominationē habuit. post quod. Reliq̄. et alioꝝ Regum Antecessoꝝ nostroꝝ et nostra videbuntur ordinarie inferēdum duximus sic vt. Sequitur

☞ Meminit Alexander Rex Statutorum. awi. genitoris. fratris. et alioꝝ predecessorum.

☞ Alexander decernit dandum ad thesaurum regis et ad capitula Ecclesiarū petitum commune Statutorum priuilegium

☞ Accedit Alexander. ad Statuta Kazimiri Magni.

Statuta Magni Kazimiri Secundi.

Prohemium statutoꝝ Kazimiri magni.

n On debet sane. reprehensibile iudicari. Si scḋm varietatẽ tempoꝝ Cõsuetudines. ⁊ Statuta humana. qñq₃ variãtur. ꝑsertim cum ingens necessitas. vel euidẽs vtilitas. id exposcit. Et q₂ vel ꝑcipue quẽlibet hominẽ. virumq₃ integrum. ex instituto quodam deceat. Non mõ armoꝝ fortitudine esse decoratum S₃ etiã moribus. et legib⁹ armatum. Cum vnum alterius. plerumq₃ auxilio egeat Cu₃ itaq₃ hoc legu₃. ⁊ armoꝝ. ꝓgressu₃ diuos imꝑatores Reges: ceterosq₃ clarissimos viros Studiosissimos extitisse legim⁹. Diuum inꝑmis Julium. quẽ in maxima difficultate itineris. et in medijs belloꝝ estib⁹: scribentẽ libros: et legentẽ. sicq₃ dictitantẽ. et audiẽtẽ freqñter accepimus. Deinde augustum. diui Julij filium. tãto pr̃nis vestigijs studio inhesisse tradunt. vt grauissimis belloꝝ et imperij curis oppssus. et cõiuratoꝝ obsessus insidijs. horas et momẽta colligeret. ¶ S₃ vt reliq̃s obmittã. q̃d diui. et religiosissimi Imꝑatori Justiniani. ãplissima. et emẽdatissima volumina Exactissima diligẽtia. vigilia. ⁊ cura. Exercitatio deniq₃. ⁊ opa enixissima rei bellice. hinc etiã multi grauissimi ⁊ ꝑclarissimi Romanoꝝ ꝯsules Tribuni aut Cẽsores. ferẽdis legibus auctores fuere. Et a q̃bus leges denominate. vt Cõsulares. Tribunitie. Julie. Cornelie. Nã sb Octauiano Cesare suffecti. Cõsules papius ⁊ Pompeius leges tulere. q̃ a nominib⁹ eoꝝ appellãtur. Papija. ⁊ Pompeija. Sub eode₃ quoq₃ Imꝑatore. Falcidius Tribunus plebis legẽ fecit. Ex cuius nomine. lex erat falcidia. Aq̃lius q̃q₃ legẽ ꝯdidit q̃ hactenus aq̃lia nuncupatur. Sic Julia: sic Cornelia: sic Catonina Regula etiã legibus a Catone inserta. Quoꝝ nomẽ q̃q₃: adeo claꝝ: adeo celebre ẽ. vt nõ solum vrbẽ. s₃ orbẽ pene totum suis temporibus presentia. Postea vero memoria sua. Ac splendore illustrauit Ex eo nãq₃ accuratissima illa. Inuictissimi Kazimiri Sintagmata. et ordinationes efficacissime. Quibus Romanorum procerum exemplo. res suas. subditorumq₃ honestis moribus illustrare voluit. Legittimisq₃: Juris muneribus. et belli iuribus munire. quas limatas et pumicatas. cum hoc vel maxime Bibliope sibi persuasum

¶ Kazimirus adducit ad sue mẽtis propositum. conditores Legum vetustissimarum.

bn̄t. et curant: accipere: legere: volutare: et amplecti. Sepius atq3 iterum non sufficiat queso

Precepta Magni Kazimiri Regis

n Os itaq3 Kazimirus secundus dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Craco. Sandomirie Siradie Lancicie Cuyauie Pomeranie Russieq3 domin⁹ et heres ꝛc. Unacum prelatis. Baronibus. ceterisq3 Nobilibus. et subditis nostris animaduertentes. et ꝑinde reuoluētes. ¶ Quia iuxta tēpoꝝ antiquitatē. In terris et dominio ditiōni nostre subiectis. Cause plerumq3 in Judicijs. nō vniformiter. S3 scđm animoꝝ et sensuum diuersitatem. hominum etiā excrescēte malicia. et improbitate. varie et diuersimode ventilātur: deciduntur: et diffiniuntur Ex q̄ varietate Actiones siue cause. nōnunquā. post multiplices vexatiōes altercatiōes. et cōtentiones. remanēt indecise. et quodāmō immortales. Quapropter ad laudē dei omnipotētis. beatissimeq3 Marie v̄ginis. totiusq3 celestis curie. Et ad ꝑfectum cōmodum. et vtilitatē nostroꝝ subditoꝝ decreuimus. dictorum Judiciorum seu causarum (potissimum in hijs que frequenter accidunt) decidere. et euellere. varietatē. ¶ Uolentes et Statuentes. Qđ deinceps ꝑpetuis tp̄ibus. Hec eadē Statuta et ꝯstitutiones. habeantur. exerceātur et obseruētur. Per omnes et singulos Judices. officiales. ac eoꝝ ministros. reliquosq3 nostros subditos. et Terraꝝ nostrarum inhabitatores. Nec quisquā audeat quouismodo temerarie contrauenire. Sub graui nostre indignationis aculeo

☞ Causas Rex describit. preceptorū scribendoꝝ suorum

☞ Preceptū Regis Kazimiri perpetuum ad inhabitatores Regni promulgatum.

De reo cittato. non comparente

c Um oēs constitutiones. et statuta legē imponant. reb⁹. et negotijs p̄ntibus. et futuris. et nō p̄teritis Uolumus. vt omnes nr̄e ꝯstitutiones. Edite nunc in colloquio gn̄ali. in viszlicza. nō respiciāt p̄terita. s3 tātum mō p̄ntia et futura. Un̄ si q̄s ad Judicium citat aliquē. ꝑ hereditate. aut pecunia obligata. ꝛ ip̄m ad Judicium euocauit Et si tunc reus. in termino pemptorio nō parebit. Actor lucrabitur nominatā pecuniā. aut hereditatem pecunia nihilominus reo restituta.

☞ Actori adiudicatur res obligata reo. pro reipsa citato non comparēte. pecunia tamen reo restituatur.

De fluuij aut Riuuli fluxu seu alueo nouo ꝛ antiquo al's Rzeczyszko hẽditates limitãte

☞ Fluuio inter villas seu hereditates existente si granicies nõ sunt de iure facte. fluuius limitabit idem fluuius naturaliter i nouum alueum auersus idez facit. Sed si qspiam in suum rus eum conuertit sua iactura erit. vt vicinus loci dominus in rure istius. et rippam habeat: et i rippa ac in fluuio limitem.

c

Rebra altercatione inter nostros subditos. Super limitibus in hereditatibus ipoꝝ distinguẽdis. graues suscitãtur questões: ex quibus augẽtur expẽse ꝛ labori nimio interdum supponuntur discordãtes. Et quia fluuij ꝛ fluuioꝝ Aluei vt plurimum. inter hereditates: possessiones: ꝛ villas. fluunt. ꝛ habẽtur. Unde si que ville: aut hereditates inuicẽ ꝯueniunt aliquo fluuio. vel Riuo mediãte. Si inter easdẽ hereditates non sunt limites de iure facti: tunc illa quelibꝫ hereditas. suã teneat rippã. illius fluminis seu riui ad ipam hereditatẽ ꝑtensam. Et idẽ fluui⁹ seu riuus pro limite semper sit habendus Qui fluuius seu riuus: si etiam obmisso primeuo alueo per alia loca suum diuertit meatum: seu defluxuꝫ sine ministerio hominis: ꝫ ꝓpria v̄tute naturali nihilominus eiusdẽ fluuij primeuus alueus: vbi ante decursus aque fuit verus limes hereditatum illaꝝ erit: in q̃ antiquo fluuio seu riuo: al's antiqui fluuij alueo. hões vtrãqꝫ villã: seu hereditatẽ illã inhabitãtes licite suas faciẽt piscaturas: prout faciebãt tunc cum aqua suum ꝑmeuum seu antiquum cursum in eodẽ antiquo alueo habuit. Sed si fluuius seu riuus hmõi ꝑ hominis industriã. auersus eẽt ab antiquo cursu. et alueo: vt in alium nouum influeret alueum tunc ille nouus alue⁹ hereditates limitabit dabit quoqꝫ sic. vt antiquus ille alueus. dare ꝯsueuit vnã rippam vni hereditati. alterã alteri. quã alluit Quo casu dum ꝑ hominis industriã. fit fluminis auersio. vna hereditatum ipsaꝝ: illa videlicet in qua remanet antiquus alueus. oẽm. ꝛ integrã habeat ꝓprietatem in alueo. ꝛ rippis antiq̃ fluminis seu riui.

De eo quod quilibet in bello sub certo vexillo se locare teneatur.

☞ Quilibꝫ in bello sub certo vexillo militare teneatur secus faciens per succamerariũ suũ: captiuatus regi detur. Equi vo sui eidẽ succamerario debebuntur.

i

Us militare admonet. vt attẽdam⁹ ꝛ sup id ꝯstituamus qꝫ quidã ex nr̃is baronibus. nobilibus. ceteris qꝫ subditis. cum in castris. cõtra hostes. positi fuerint. omni abiecto rubore. cum omni nobiliuꝫ strenuitate cõ

municātes. sub nullius vexillo: neq; alicuius dicione. nostri exercitus se locare presumunt aliquādo ad hunc presertim finem. vt machinaꝝ ꝛ ꝓpugnaculorum. ceterarumq; reꝝ bellicarum. aut ipiꝰ exercitus custodiā. vel vigiliam nocturnaȝ euitarent ꝛ defensionem quā ceteri cōmilitones. ꝛ fratres ipsorum sub certis vexillis locati: scḋm modum inter ipos ordinatum: facere ꝛ fuare ꝯsueuerunt negligēt Idcirco qm̄ turpis est pars que suo nō cōgruit vniuerso. Statuimus vt qlibet miles aut simplex sub certo vexillo erecto. cum sua statōne conquiescat vt ingruente necessitate belli: ꝛ dimicationis cum hostibus. sciat capere locum certuȝ magisq; animaduerteret. pro sui vexilli defensione. als volumus. qḋ si tales amplius in nostro exercitu huiusmodi fuerint inuenti per succamerarium terre. seu districtius in quo degunt: et militant capti: nobis presentabuntur. Equi vero eorum eidem succamerario. pro ipsa culpa. ꝛ delicto applicentur

De victis aut condemnatis in iudicio. Si illico nō satisfecerint et recesserint capiēdis

q Uia victus tenetur. victori satisfacere. de euictione et condemnatis. neq; ḋ iudicio prius recedat. nisi satisfaciat. de eo in quo est condemnatus. Quidam tamen r̄bellione. aut inobedientia ducti. nescitur quo animo. ḋ iudicio recedunt condemnati: pro debito nullaȝ satisfactionē aduersariis impendētes. Quapropter volumus qḋ tales inobedientes: de malicia ipsorum. commodum non reportent. postq; conuicti fuerint in iudicio. ad manus suorum aduersariorum ligati tradentur Et si in captiuitate manentes effugerint. a potestate ipsorum. sint liberi et absoluti ipso facto. et omni debito qḋ tenentur et obligantur. preter debitum furti: quod semper condemnati soluere tenebuntur.

Victi aut condēnati i iudicio. illico satisfaciāt. Si recedūt capiant. victoribus dandi. A quibus si fugiūt libertati dantur. nisi furtum esset iudicatū quod semper sit soluendum

De pigneribus ad iudices pertinentibus. nō distrahendis. sed per certa tpa seruādis.

v T in rapinis aut pigneribus nostroruȝ subditorum aliquis. Modus habeatur: et obseruetur. Cōsueue

Iudices aliqu ē pignorātes. fuabūt integrū pignꝰ. i estate p duas ebdomadas i hyeme p octo dies alioqn si distraxerit interim p̄ciū dabūt cum pena pijathua dzescza pignorato ꝑ aniali. Iuramēto valorem probanti.

runt hactenus auari iudices. et eorum officiales: vt postq̃m pro penis. aut mulctis in iudicio condemnatis. aliquos pauperes. aut nobiles. cuiusuis status impignerant. et obligãt statim pignera. et spolia diuidunt nullam gratiam. et beniuolentiam pignerato facientes ad succidendum itaq₃: ⁊ beniuolentiam. cum pignerato facientes ad succidendaʒ itaq₃: et amputandam. hanc consuetudinem perniciosaʒ. Eamq₃ obseruare amplius nolentes ac prohibentes. Statuimus. vt si quis iudex pallatinus. Castellanus: aut ipsorum officiales vel maleficiorum iudex: qui Oprawcza dicitur: aut alius q̃cunq₃ pro penis iudicialibus. per eos latis: aut alijs excessibus: aliquem nostrum terrigenam: diuitem: vel pauperem. Nobilem vel simplicem. impignerauerint. vel pignerare iusserint. pignera in equis: pecudibus: aut in alijs substantijs quibuscunq₃. sic recepta non distrahendo. vel minuendo. Si fuerit in estiuo tempore duabus septimanis integris Si autem hyemali tempore: octo diebus illibata. per recipientem debeat obseruari: siue iuste pignerati fuerint: vel indebite. rapina in eos commissa. Et si extunc per illum. vel illos: quoꝝ: vel cuius sunt pignora. pro cõmissis penis: nõ fuerit illis qui pignerauerunt. satisfactuʒ: vel suaʒ innocentiã: nõ ostenderint. Tandem licitum sit illis. qui pignera detinent. illa distrahere: diuidere: ⁊ pro libera ipsorum voluntate. cõuertere. Qz si tales iudices: aut alij superius nominati: eorum auaricie non parcentes. infra predicta. debita tempora. inter se diuiserint: aut dissipauerint. vel etiam alienauerint. vnum animal de predictis: damna passo. iuxta valorem animalis deperditi. quod suo comprobabit iuramento: cum pena pijatbnadzestha tenebuntur restituere: Hoc statutum salubre. propter nostrorum iudicum: ⁊ procuratorum rapinam enormem: quã sepius cõmittunt ad ipsos: ⁊ ad iudices eorum extendimus et promulgamus.

De filijs proprium sigillum. viuentibus patribus non habituris

Filij viuẽtibus patribus. sigillũ ꝓpriũ. habere: et portare prohibiti.

Quia filij cum patribus vna persona iurisfictione censentur. Ideoq₃ statuimus. Quod viuentibus patri-

bus filij dumtaxat sigillo paterno vtantur. et aliud portare. vel habere non presumant.

De Sculteis tam spiritualiu3 quā secularium personarum ad bellum ituris.

q Uia onus pſertim qꝫ omnes tangit inter plures. diuisum facilius deportatur. Quapropter statuimus qꝫ indifferenter omnes Sculteti tam spiritualium. quā etiā secularium personarum iuxta ipsorum facultates ad quālib3 expeditōnē nobiscu3 trāsire teneātur

Sculteti vniuersi ad bellu3. cum rege transituri.

De clericis bona hereditaria habentibus ad bellum ituris.

c Um iure suo. nullus debeat defraudari. Et quia pleriqꝫ clerici nostri regni bona patrimonialia tenentes et habentes de eisdē bonis sub vmbra clericali viuentes nobis et nostro regno seruicia debite facienda in expeditione subtrahere consueuerunt. Ideoqꝫ statuimus qꝫ idem clerici nostri Regni cuiuscunqꝫ status existant predicta patrimonialia bona tenentes. vel nobiscu3 ad q̄slibet expeditionem transire teneantur. iuxta predictorum bonorum facultates. vel eadem bona proximis suis fratribus laicis resignare. et dimittere. et eisdem renunciare. Qꝫ si prefati clerici neutrum illoru3. facere curauerint predicta bona decreuimus. et pn̄tium auctoritate decernimus. perpetuis temporibus nr̄o regno applicanda.

Clericus bona hereditaria possidens ad bellū sit obligatus: al's bōis cedat aut infiscabuntur

De dominabus et virginibus que citant aliquem aut citantur ab aliquo.

v T dominarum habitatio propter fragilitate3 sexus a cetibus virorum omnimode sit distincta. et ne ad causas vocate. premant se in turmis: et conuentibus masculorum Sāxit nostra auctoritas de presenti. vt si que domina. siue virgo citās. aut citata venerit ad

Domine aut virgines ad iudicia citate. i hospicijs commode. pcuratorē cōstituāt: et cause actiones Judice sup idvisorē et aduersarium dirigente: committent vel aduocato vel procuratori.

terminum sibi prefixum iudex presidēs iudicio officialē su um cū eiꝰ aduersario ad hospicium illiꝰ dn̄e mittere teneatur coram quo actionem siue defensionē sue cause aduocato vel suo procuratori cui placet in toto delegabit.

De aduocatis procuratoribus. et pro loquutoribus in iudicijs hn̄dis cui expedit.

Jure habendi sunt causarū. aduocati. procuratores. aut proloquutores. pro eos quibus expedit.

q Uia cuilibet sua defensio et tuitio (cū iuris sit naturalis) non est deneganda. Ideoq̄ʒ statuimus q̄ in iudicijs nostri regni. quilibet homo cuiuscunq̄ʒ sit status ⁊ conditionis. potest ⁊ debet. habere suū aduocatum procuratorem seu proloquutorem.

De iudicibus cuiuslibet terre ad curiam Regis venturis.

Judex et subiudex rege i terrā aduenie te teneantur i curia reg. iudicar. pro hēditate regi relatōnem facturi. per regē iudicanda vel baronibus committenda

q Uia ex multiplicitate iudicum: prout expientia nos edocuit. In causis super eodem facto. varie et diuersimode. plerumq̄ʒ sententie proferebātur Ideo volentes. certum numerum statuere iudicum. et occurrere varietati predicte. Statuimus q̄ vnus in Cracouiensi. ⁊ alter in Sandomirieñ. Terris. iudices nostri habeantur. Ita q̄ dum nos contigerit. alicuius terrarū earundem. limites subintrare. volumus. q̄ iudex. et subiudex. terre. infra cuiꝰ limites morabimur in curia nr̄a. d causis iudicare ⁊ cognoscere teneantur. declarantes potestatem eorundem iudicum. Q deinceps in quibuslibet causis magnis. etiam hereditarijs. Terminos vltra tres septimanas. non possint nec valeant assignare. Sed cum questio fuerit hereditaria iudex vel subiudex eandem questionem teneatur nobis referre cuius cognitionem in nostra baronumq̄ʒ nostrorum presentia volumus. et decernimꝰ pertractari. Et si aliquo impedimento. fuerimus prepediti: tunc sex. vel ad minus quatuor baronibus. per nos iudici. et subiudici adiungendis. ipse iudex cum subiudice. vna cum dictis baronibus ad eandem questionē seu cau-

sam hereditariam diffiniendi. et cognoscendi habeant plenam facultatem.

De iudicibus Pallatinorum.

Pallatini terrarum suos iudices Terrestres sunt habituri

I Tem. vt Pallatini certo numero suorum iudicum sint contenti. Statuimus q scdm tempora antiquiora Pallatinus Sandomirieñ. vno et pallatinus Cracouieñ. pariter vno suis iudicib9 contententur declarantes. q pro capite quolibet Castellanorum iudices quilibet in sua Castellania. iudicandi. et cognoscendi habeant facultatem.

De iudicijs dumtaxat a mane ad horam Nonam tractandis.

Judicia dumtaxat ante prādia celebrāda sint.

P Raua consuetudine noscitur esse obseruatum Qz sine temporum. et horarum differentia. et distinctōne. per iudices iudicia celebrabantur Et ita pleriqz. non aliter ad causas. veniebant. pertractādas: quā post prandium repleti. et inebriati. propter quod iudicium paruipendebatur et debilitabatur reuerentiaqz iudicis. minime obseruabatur. nec ad veritatē aliquis habebatur respectus. Jtaqz decernimus ⁊ volumus. vt certis temporibus: siue horis: et cum debita animi discretione iudicia pertractentur. et obseruentur: ⁊ q deinceps iudices. diebus terminorum. et ad presidendum consuetis a mane: vsqz ad horam nonam siue ad meridiem in quibuslibet causis debeant presidere: ⁊ causas pertractare Et si primo die terminorum ad horam meridiei: omnes litigantes in causis ⁊ litib9 ipsorum. non poterint expediri. volumus q absqz alicuius: cause vulneratione aut abreuiatione diebus ꝓxime sequentibus presidendo: dumtaxat ad horam pre

dictam omnes et singuli litigantes. debito modo. ꝑm ordinem infrascriptum expediantur.

Quis modus et ordo sit. seruādus in personis vocandis ad iudicium.

☞ In iudicijs nō cateruatim audiendi citati: sed ꝑ notarium pronunciati. audientiā habituri

e Et vt facilius: ꝛ sine clamore vel strepitu: causarum expeditio habeatur. Statuimus quod ad locum audientie: in quo iudices president: non scd̄m merita personarum: nec scd̄m maioritatem: vel minoritatem causarum: sed scd̄m ordinem litigantium. tantummodo actor. vel reus vocati accedentes: per iudices audiantur et expediantur. Ordinem autem in vocando ipsos litigantes ad presentiam ipsorum iudicum: taliter duximus describendum. Qz scriptor causarum: sub pena priuationis sui officij: non aliter quaz scd̄m ordinem citationum: litigantes: per ministerialē vocandos: pronunciabit seu nominabit. Ita ꝙ qui prius ad causam prouocauerit: prius nominetur: et expediatur Et sic deinceps: videlicet qui secundo loco: similiter loco sequenti. Et taliter: donec ad extremos procedatur. Qz si altera parcium vocata: se presidētibus nō exhibuerit: siue quouis casu fuerit impedita et tribus vicibus euocata. Tunc mox pars aduersa: que fuerat p̄ns de audientia remoueatur. Et alij litigantes: secundo loco inscripti nominentur: et ad audientiam euocentur. ¶ Et nihilominus pars que fuerat absens. ꝛ tribus vicibus euocata. Si circa extremam horam meridiei. iudice quasi surgere volenti. Iterum et secundo tribus vicibus euocata: non curauerit parere. extunc cōdemnetur ¶ Si quis autem eo tempore. quo iudices presideant: ad locum in quo president: preterquā ad petendam citationem: vel de speciali ipsorum iudicum licentia: ꝛ mandato quauis presumptione vl' temeritate: intrare presumpserit absq; aliqua remissione pena que dicitur pijathnadzyesczа: ꝑ iudices puniatur.

☞ Cōdemnatō nisi ĩ extrema diei hora: decernit̃ faciēda: ꝓclamatiōe ter ante meridiē: et ter pꝰ meridiem premissa

☞ Ad iudiciuz nemo accessurus: nisi ex causa iudicij vl' ꝓ citatione sub pena quinquaginta.

Quibus in locis: dñi iudicia celebrari.

q Uia plerumqꝫ hñtes iurisdictiōes a casu ꝛ ꝓ li bito sue voluntatꝭ cōsueuerīt ad iudiciuꝫ acceptare vl' eligere sibi loca q̄libet indeterminate Et iō vt q̄sqꝫ suis terminis sit ꝯtentus. Statuimus ꝙ Cracouieñ. castellan⁹ in trib⁹ dūtaxat locꝭ: vcꝫ in Cracouia in Andrzeiiorv, ꝛ in Wjeliczka sua dꝫ ꝛ tenetur iudicia ꝑtractare: al's tanqꝫ a non suo iudice: quicq̄d factum fuerit vel iudicatum: nullā habeat facultatē Idē de Castellano Sandomirieñ. ꝛ alijs fieri statuimus

In terra Cracouieñ. tribus in locis iudicia tenēda Cracouie. andrzeijow ꝛ in wieliczka

Quib⁹ mōis misteriales citare debeāt

q Uoniā ex mō citatiōs nōnulla grauamina: et oppressiōes ꝑ nr̄os iudices seu officiales: nr̄is subditis euenire cōsueuerunt. Et ideo eisdem ḡuaminib⁹ ꝛ oppssiōib⁹ volētes obuiare. Statuimus ꝙ ministeriales siue officiales: ꝑ nos seu quoslibꝫ iudices deputādos fore ꝛ eē: in hunc modum formādaꝫ vl' faciēdam citatōeꝫ: ꝙ ipe ministerial' cum suo solito baculo accedere dꝫ ad dñm ville, ꝑ quocunqꝫ etiam excessu fuerit citand⁹: ꝛ omissis eiusdē ville villanis in pace ꝛ trāq̄llitate illis relictis ad domuꝫ seu ad portā eiusdē dñi: suo baculo tangendo ꝛ clamādo eundē citet. Lr̄asqꝫ citationis porrigat. Exponendo nihilominus in dcā citatiōe contenta: de cui⁹ videlicet iudicis mandato: et ad cuius instantiā ꝛ ꝓpter quā causam fecit eandē citationē. ¶ Si autem eiusdē ville villani ꝛ ipse dñs ville fuerint simul culpabiles: volumus ꝙ eodem mō tāgēdo portā cuiuslibet villani seu Kmethonis clamādo faciat: similimō vt premissum est citationē. Qui villani si nō fuerint culpabiles in delicto sui dñi: volumus ꝛ ꝓhibemus omnino ꝙ ꝑ eandem citatōnē quomodolibꝫ nō grauentur nec fatigentur. ¶ Tamen plerumqꝫ in ꝯtemptum ꝛ odium dñi ville: ꝛ ex rācore cōsueuerunt aliq̄ villanos indebite fatigare ꝛ molestare. Quare huic morbo mederi volentes. Statuim⁹ ꝙ q̄cunqꝫ ipos

Misteriales cū baculo: citatiōes ad domos citatorū deferant. clament citādo et citationē porrigant.

Si villani citantur in cuiuslibet domo. portam tangat ministerialis

Si villani maliciose citanť: pena decernitur quindecim

villanos absq; iusta ꝛ legittima rōne citatos ꝛ vocatos eē ꝯstat. Qui ille extrahēs citationē: ꝛ q̄ hoc maliciose ꝓcurat puniatur pena q̄ dr̄ pijathnadzescha. Et eodēmō volumus fieri citationem predictam vbi sine delicto dn̄i ville ipsius fuerint villani: cōmuniter vel diuisim culpabiles vel delinquentes: ita ꝙ ad portā tangēdo quelibet ipsoꝝ citare teneatur. mō: ꝛ ordine supius expresso: cessante qualibet oppressione suprascripta

De hijs q̄ inopinate et ex iprouiso citāt in curia regis vel ad iudiciū euocantur.

℞ Inopinate aut i curia citatis debite causa exponatur: p iudicē seu actorē ꝛ in scripto detur.

Preterea cū in delibatōe ꝯsistat mater v̄tutū ipa discretio: cōtingit plerunq;: ꝙ aliq̄ nr̄i familiares vl' alij quomodolibet in curia nr̄a cōstituti: vel in iudicio arrestati inopinate ad nr̄am. vl' iudicis audiētiā euocātur. Et q̄ones de q̄bus minime cogitauerunt eisdē mouētur Jdō pti vtriq; ꝓuidere cupientes: ꝛ vt dicto mō citati cum bona deliberatōe ꝛ discretione: sup ꝓpositis r̄ndeant. Neue actores suis q̄stiomb⁹ siue causis frustrētur. Statuim⁹ ꝙ cum aliq̄s in nr̄a curia vl' in iudicio inuētus: ꝛ ad nr̄am vel nr̄i iudici p̄ntiā: fuerit mō p̄misso euocat⁹ actor seu ip̄e iudex questionē siue causam debite citato exponere: ꝛ in scriptis tradere. teneatur: ꝛ ad r̄ndendum eidē q̄stiōi: vt al's pz

℞ Propositiōi ꝓ hereditate quadraginta marcarū Terminus triū septimanarū ꝓ minori vl' ꝓ iniuria ad crastinū datur

¶ Si q̄stio fuerit hēditaria vl' ꝓ mag̃ pecunie summa. scȝ ꝓ q̄dragınta marcis: termin⁹ videlȝ trium septimanaꝝ: p iudicē eidē assignetur: al's si ꝓ minori debito: vl' ꝓ iniuria verbali. incrastinum terminus ꝓrogetur.

De citationibus ministerialium sine iussu iudicis.

Ministeriales sub pena priuationis officij et honorū nō citent. iudice irrequisito. al's cauterisationis penā formidēt

Flebili querela sepius recepimus: ꝙ ministeriales p terrā girantes ꝛ cursitātes: paupes villanos vel religiosorum villas aut paupes: milites ceterosq; subditos nr̄os. fatigandi. vel vexandi. modos exq̄sitos adinueneērt Jta ꝙ si alicuius ville paupes milites: aut villani religiosoꝝ: eos pro bn̄placito ipsoꝝ officialium: quibuslibet expensis. nō ꝯtractāt nec ꝓcurāt. Jdē ministeriales: ipos paupes: nobiles:

aut villanos sine culpa seu causa: et absq3 iudicis prece pto citant occasiōe vexatiōis faciende: terminos eis p libito sue voluntatis. assignātes Sicq3 idē paupes mi lites seu villani volentes redimere hmōi vexationes: et molestationes. sepissime decerta pecunie summa cu3 eisdē cōponunt vn̄ nos hmōi malicie: et machinationi obuiare volētes. Statuim⁹ q3 deinceps ministeriales sub pena priuatiōis sui ministeriat⁹ et puatiōe omniu3 suo2 bono2 absq3 speciali iudicis mandato. aliquā citationē. facere nō p̄sumāt. al's p̄missam penā. et in facie adustionē et notationē. nō immerito poterint formidar̄

De his qui cū strepitu: et impetu ad iudicium veniunt in amicorum causis.

Ad iudiciū cu3 clamore venietes et p assistētiā vincētes penam quindecim debeant regie came re applicandam.

p Lerunq3 fit q3 aliqui pter causas consanguineo2 vl' familiariu3 suo2 ad iudicia venietes p strepitum et importunā ipso2 acclamationē et infestationē sententiā seu victoriā causa2 reportare cō sueuerunt: vn̄ sup hoc puidere volentes. Statuimus q3 deinceps nemo cuiuscunq3 status vel cōditionis exi stat: pter cām ɔsanguinei: vel familiaris aut fuitoris ad iudicium venire tali mō nō seruata q̄dā reuerētia et discreta decētia p̄sumat Qz si q̄sq3 ɔ facē p̄sumpserit pe na q̄ dr̄ pijathnadzescha nr̄e camē applicāda puniatur

De hijs qui citati: se excusant per dominos referendo se ad illos tanquā p alterius crimine citarentur.

Quilib3 citatus existens rn̄dere p se debeat. nō referendo se ad p̄ceptorē cui⁹ iussu fecerit.

c Ontingit etiā q3 dum aliq̄ p quibusdā criminibus et delictis ad nostrā audientiā euocātur nominant dominos et quoslibet ipsorum superiores allegantes. Qz auctoritate et mandato suorum dominorum et superiorum. huiusmodi crimina et delicta commiserunt. Ueruntamen q̄uis aliquibus tēporibus: contra rationem fuerit obseruatum: quia huius modi malefactores p eandē nominationē a pena liberabātur: q̄ nominatio ɔtinet in se errorē intollerabilē Ex eo q3 directe contrariatur p̄cepto diuino: vn̄ nos atten

dentes: q peccata teneant: suos tantummodo actores et scdm canonicam equitatem nominatio in delictis nō vendicat sibi locum: nec liberat delinquentem: ostēsio auctoris delicti. Statuimus: q citati pro quibuslibet criminibus: et delictis in nostro iudicio: iudicentur: et respondere teneantur. Et conuicti: debita pena puniātur. Non obstante predicta qualibet nominatione. Etiam si super hoc priuilegijs nostris vel nostrorum pdecessorum essent communiti Que qntum ad hoc. vt perniciosa et erronea cassamus: irritamus: et reuocamus.

Citati et in iudicijs nominati si rñdere noluerint. et iurisdictionē regis declinarent p cōuictis decernuntur

¶ In hereditarijs vo: et alijs quibuslibet questionibus citati et in nostro iudicio nominati: tales si nostram iurisditionem declinare voluerint: nolentes easdē questiones in se recipere decernimus q extunc predicti citati: cuiuscunq status et conditionis existant habeantur pro conuictis.

Nullus debet citari: nisi per ministerialem: excepto vbi sit pro crimine recenti.

Per misterialez semp fit citatio. in recenti excessu fit etiaz per familiarem.

Possibilitas hoc dictat rōnis. q iudices in exercendis suis iudicijs hēant suos certos ministeriales seu officiales. Quapropter statuimus q penitus nullus iudex p aliquā aliā psonā quā p certum suum officialē seu ministerialē faciat et expediat suas citatōes Milites āt supiores p lrās Excepto hoc si aliqd crimen in iudicio. vel in curia iudicij recēter: et de nouo cōmittatur: tunc p huiusmodi crimine: per quemlibet familiarem contra tales: liceat fieri citationes.

De illo qui extrahit et pcurat cōtra aliquem citationem sine legittimo actore

Nulla citatō sit danda. vbi actor nō esset. qui aliter pcurat fieri. quindecim penam debeat.

Preterea qcunq psidentes aut ipoz officiales vel eoz familiares aliqs maliciose laborib9 et expēsis grauare volētes. Cupiētesq et elaborantes emungere et extorquere aliqd pecuniaz aut rerum ab innocētib9: p vexatiōe redimēda: qzuis penit9 nihil hēant cause: seu qstiōis aduersus eosdē faciunt et pcurant diuersas citatiōes: finguntq et dictāt causas Idcirco statuimus q siqs citauerit vel procurauerit:

aliquē sine legittimo actore vulgariter przes porvod takr citans vel ꝓcurans talem citationē penā pijathna dzeńscza: soluē citato teneatur: ꝓhibētes nihilominꝰ Castellanis: et quibuslibet iudicibus: ⁊ subiudicibus Ut deinceps sine certo actore: ⁊ causa expressa: non debent decernere: nec dare aliquas citationes

De illis: qui sunt in remotis partibus qualiter sunt citandi.

Parte aliq̄ citata existente ⁊ allegāte, q̄ ꝓpter absentiā coheredis in remotioribus agētis nō esset rñsurus, decernitur ille absens citandus in ꝑrochia

d Um aliquis pro hereditate citatur: et comparens in iudicio maliciose opponit. Ut Petrus vel Johannes in remotis partibus est constitutus. coheres eiusdem hereditatis: cum tamē forsan idem Petrus vel Johannes nihil iuris habeat ad eandem. Ideo ille citatus dicit se non teneri respondere: ꝓ eadem hereditate. Propterea q̄ Petrus et Johannes coheredes sui agerent in remotioribus. Quapropter statuimus q̄ taliter Petrus vel Johannes in iudicio nominatus de mandato iudicis: in aliquo eminenti loco: vel circa parrochiam: de qua parrochia: est hereditas: pro qua eadem questio mouetur: per ministerialē tribus vicibus publice proclamando: ad ꝓsequutionē seu defensionem cause ad certum locum. et terminum debebit citari. Quo non comparente ipsius contumacia: seu absentia non obstāte: ad decisionem seu diffinitionē cause: licite: per sententiā diffinitiuā procedatur.

De pignoratione quot boues sunt recipiendi pro contumacia.

In pignoratiōe ꝓ cōtumacia. a dominis duo boues a villanis ꝓ vnū recipiantur.

c Xpientia nos edocuit q̄ q̄nq̄ nō ꝯtumaces ꝓ ꝯtumacibꝰ vl' ipsi ꝯtumaces: etiā modū ⁊ illō

quod iustum et equum est excedendo. pro contumatia puniuntur. et grauantur: In eo videlicet. ꝙ dum in aliq̄ villa pignora recipiuntur: vbi sex boues fuerint recipiēdi. triginta. vel quadraginta recipiebantur. Et antequam ad locum debitum depellebantur. per moduꝫ rapine in non modicam pauperum destructionem. diuidebantur. et consumebantur. Ideoqꝫ ad subueniendum: huic morbo pestifero. Statuimus ⁊ ordinamus Certam quandam mensuram ⁊ obseruantiam videlicꝫ ꝙ pro prima contumatia punienda Ministerialis cum duobus famulis. iudicis ad villam accedens. sicut al's premissum est. Si dominus ville tantummodo fuerit culpabilis. in duobus bobus dumtaxat impingneretur. Si autem Kmethones aut villani extiterint culpabiles et citati contumaces. quilibet coꝝ tantummodo in vno boue pigneretur ¶ Et idem decernimus: ꝓ secunda contumatia. esse faciendum. et obseruandum.

Pro scd'a contumatia eadem fit que supra pignoratio

¶ Si autem tercio dominus cum villanis fuerint contumaces. decreuimus ꝙ contumax causaꝫ. pro qua dinoscitur esse citatus. perdat. et cedat ab ea per sententiam indicantis.

Tercio contumax causam perdit pro qua citatur.

¶ Declarantes nihilominus. ꝙ dicti boues pignoratici per ipsos iudices In estate duabus septimanis In hyeme v'o diebus octo absqꝫ aliqua distractione obseruentur. volentes deniqꝫ: ⁊ decernētes ꝙ dicti boues pignorati. sine pena cuiuslibet cōtumacie tantummodo nobis et iudici nostro applicentur.

Pena contumacie seu pignus in estate post duas septimanas ī hyeme p⁹ octo dies distrahēt

¶ Decernimus etiam et statuimus ꝙ si predicto ministeriali deputato ad eandem pignorationem cum familia ipsius iudicis villa pignoranda per dominum ville et villanos non permittatur pignorari. iuxta predictā seu premissam imitationem: vel si ipsa pignora habita per eosdem dominum aut villanos in villa vl' ante villam seu in via recipiantur violenter: dolum et rebellionem eorum puniendo volumus ꝙ penam pijathnadzesczÿja: que dr̄. xv. al's idē rebelles nobis et iudici soluē teneātur. Et nihilomin⁹ cuꝫ alia pena sÿedmaczÿesczÿja eadē pignora denegata vl' violēter ablata inteḡliter obs'uaē aut assignare teneātur. Qui si in dādis pi

Renitens pignorationē aut eam adimēs penā pijatnadzÿesczÿja. soluat. ⁊ nihilomin⁹ et pignora sit daturus. al's debetur camere pena sÿedmadzÿeschÿja.

gnoribus predictis et in satisfaciendo de penis predictis. fuerint dolosi ⁊ rebelles: ita ꝙ forte iudex. propter potẽtiam eorundem ad puniendum et pignorandum eosdẽ pauesceret volum⁹ ⁊ decernim⁹ ꝙ pena Szyemdzeszanth dicta nostre camere applicanda puniantur.

De pignoratione et modo pignorationis.

P Reterea quia per frequentem. et immoderatam pauperum pignorationem. pleriqꝫ ipsi plurima damna. et oppressiones multiplices. paciuntur. videlicet in eo. ꝙ cateruatim. et in turmis. non per modum iusticiarie potestatis. ad aliquam villam pignoratores accedentes. damnabiliter et interdum. absqꝫ iudicis mandato. et sine culpa domini ville vel villaꝝ. comittere plurimas presumunt rapinas. pretextu pignorationis. Quapropter super hoc prouidere volentes. Statuimus ꝙ deinceps iudex vel subiudex. ad impignorationem faciendam non plures quã duos familiares. cum ministeriali transmittat. Et ꝙ sine culpa. vel causa. aut non condemnatos: seu conuictos: aut in iudicio non confessos ipse iudex vel subiudex. non presumat. nec premittat pignorare. Qz si ipe iudex: vel aliqui alij: quauis auctoritate. vl' potius propria temeritate. vel presumptione. pignorare. vel potius rapinas. committere presumant. precipiendo decreuimus. ꝙ peccora vel quaslibet alias res. ratione impignorationis ablata. et recepta Judex domino ville. vel villanis ville eiusdem. afferentibus. se indebite. ⁊ cõtra iusticiam. esse pignoratos. remota et cessante qualibꝫ difficultate. eadem pignora integraliter ⁊ ex toto. premissa tamen: ⁊ recepta fideiussoria cautione. restituere teneantur. Termino eidem ville domino: aut villanis pignoratis. ad ostẽdẽdum suã innocẽtiã ⁊ iusticiã assignato Et nihilomin⁹ vt audacia ⁊ temeritas pignorãtium restringatur decernimus ꝙ dum premisso mõ patefctã fuerit eoꝝ innocẽtia Judex ⁊ sb iudex q̃ tenẽt iurisdictioẽ ab oĩb⁹ ⁊ singul' q̃ fuerint in dcã in pignoratiõe vl' potius rapina

13. Ad pignoratio nes duo familiares ⁊ ministerialis tercius dũtaxat mittendi attñ non cõdẽnatus nec cõfessus fit a pignoratiõe liber al's iudex ad fideiussoriaꝫ pignora reddat. ⁊ cognita innocentia restituat. pignoratores quoqꝫ q̃libet eorũ penã quindeciꝫ pignerato soluant.

qui vl' auxilium prestiterunt. Et a quolibet illorum in speciali recipiant penaʒ pÿadnadzesczba domino ville pignorato damnumq; passo. persoluendum.

De pena Szÿedmdzeszÿath q̄n do sit decernenda.

Decernenda ē pena septuaginta ꝓ incēdio ꝓ violatōe strate publice. ꝓ armis in iudicio extractis ꝓ non paritione iudicati: dū a iudicio recedit cōdēnatus.

Vt itaq; certa mensura. ⁊ regula de pena. que cōsueuit nostro fisco. siue nostre camere applicari. que Szÿedmdzeszÿath: dicitur habeatur. Statuimus q; tm̄ in quatuor casibus infrascriptis: et non in pluribus. nostre camere applicetur. Primus casus est ꝓ incendio: vt dum aliquis de incendio accusatus. iuxta formam iuris legittime se nō poterit expurgare. Secund⁹ casus. vbi aliquis de violentia. siue spolio publice strate. accusatus fuerit ⁊ defecerit in sui expurgatione. Tercius casus vbi aliquis iudicium nostrum paruipendens. corā iudicio cultellum vel gladiuʒ presumserit extrahere. Quartus casus cum aliquis iudicatus ⁊ condemnatus: iussusq; satisfacere vel sufficientem fideiussoriam cautionem facere contempserit. Et de iudicio per suam rebellionem discesserit. non prestita predicta cautione volum⁹ q; p̄dicta pena. in p̄missis quatuor casibus. nr̄e camere applicetur.

De contumatia actoris et rei.

Actore nō cōpente reus absoluitur.

Actor faciat. ⁊ procuret ad causam reum citari reo itaq; in termino comparente. actore totaliter se absentante decernimus ob contumatiam actoris que est maior quā rei ipsum reum causam obtinuisse. ¶ Si autem reus parere in termino sibi assignato non curauerit actore per se vl' suum nuncium comparente decernimus. quod pro huiusmodi contumacia reus duoruʒ boum pena mulctetur.

Reo nō compente boum duorū pena ꝓ ꝯtumacia decernitur.

De his qui pro hereditate. aut debitis citantur.

l Icet in pluribus casibus celeritas cōmendetur: tamen eadem celeritas in iudicijs et causis expediendis rationabiliter quandoqz non est obseruanda, sed potius amplianda, et dilatanda. Ex eo qꝫ iudicantem cuncta oportz rimari. Ideoqz statuimus Qꝫ si aliquis super capitali hereditaria questione, primo, secundo et tercio citatus non comparuerit, a iudicioqz se contumaciter in termino sibi assignato absentauerit: tunc ob contumaciam eiusdem citati: actor in termino tercio, ꝛ pēptorio: p iudicem admittatur sentētia diffinitiua mediāte: in verā eiusdem hereditatis possessionē et ab omni iure eiusdem hereditatis, et ipsius qualibet venditione, per iudicis sententiam reus decernatur, et pronuncietur cecidisse. ¶ Si autem questio erit personalis: puta pro pecunia debita, aut quibuscunqz rebus obligatis Et primo secundo et tercio termino citatus, contempserit, vel in termino, parere neglexerit sibi assignato, decernimꝰ quod tunc creditor quarumlibet rerūz obligatarūz sibi post certum terminum per sententiam iudicis prefixum distrahendi et alienandi auctoritate iudicis, plenam habeat facultatem. ¶ Ita tamēqꝫ si auctoritate pmissa res obligate distracte ꝛ alienate minoris valoris inueniantur et existant tempore alienationis quā fuerit pecunia obligata seu credita. Et ipse creditor pro summa pecunie per ipsum simpliciter: ꝛ sine aliqua cautiōe credita vadiūz receperit: sufficiat creditori vadium, qui nulli alteri quā sibipsi, qꝫ simpliciter vadium receperit imputabit. Sed si conditionem creditor apposuerit circa res obligatas maioris vel minoris q̄ntitatis Si pro minori pecunia res obligatas alienauerit, debitor per iudicem decernatur, credite pecunie summam adimplere. Si vero p maiori summa pecunie res alienauerit obligatas, residuum quicquid fuerit: vltra summā creditā debitori creditor restituē teneatur

> ☞ In causis p hereditatis pprietate motis fit ad tercias vicem citatō: sed in tercio termino contumax hereditatē ꝑdit ꝛ actori intromissio decernitur.

> In causis pecuniarū debitorū ꝛ aliarū rerū citato ad tercium terminū nō cōparente, distrahendas res, iudex decernet.

> ☞ Pignora dum distrahuntur iudice decernente, creditor obseruet non excedere cōditōnes et summas in obligatione nominatas

De accusato pro violentia.

p Reterea vt calumnijs via precludatur. Statuimus qꝫ si aliquis bone fame, in iudicium, pro quibuslibꝫ violentijs euocatur: actor teneatur quod asserit cōprobare: alˀs reus tantummodo, proprio iuramento se valeat expurgare.

> ☞ Pro violentia accusatus iuramento se purgabit si actor nō probauerit.

Cum aliquis de furto accusatur per aliquē de eodem districtu vel de vna parrochia.

Accusatꝰ pro furto fieri dꝫ infra annuꝫ. inter ꝑsonas de vna ꝓchia. aut distri ctu: āno decurso accusatus. ꝑ testes: se expurgabit.

s I aliqui fuerint eiusdem parrochie. seu districtus ꝛ de furto quarumlibet rerum vnus alium ad iudicium voluerit euocare. Statuimus quod infra annum tantummodo. ad hoc faciendum liberam habeat facultatem. Si vero secus facere voluerit. annoqꝫ elapso. eandem moueret questionem. tunc accusatus rationabiliter. per idoneos testes. teneatur et potest. se comprobare in facto esse innocentem.

De Ciuibus vel Mercatoribus aliquid in mutuum dantibus terrigenis.

Terrigena debitor existens ciui per testes vincitur ad debiti solutionem alīs negātē terrigenā iuramentū ab impetitione absoluet.

f Inē litibus imponē cupiētes. Statuimus vt si qs ciuis aut creditor ꝑānos aut alīs res. seu mercātias. alicui terrigene mutuo concesserit. preter litteraꝫ obligationis in qua constare posset. de debito suo. Ciuis agens probabit per testes talem ꝯtum initum secum. Et probans iudicialiter obtinebit: alīs reus negans debitum. per proprium iuramentum prestitum ab impetitiōe agētis absoluetur.

De Nobilitate inculpata.

Nobilitateꝫ ꝓbare volens sex testes ꝓducere debet duos de sua genelogia: et quatuor ab auis et matre.

n Obilitatis stirpes ex progēitoribus eorum ducunt originem semper Quorꝫ nati progressum de genelogia approbare eorum fideli testimonio cōsueuerunt Siquis itaqꝫ dicat se nobilem aut illustrē. Et ceteris nobilibus. hoc negantibus asserat se parem ad probandum sue genelogie nobilitatem. debet inducere sex nobiles viros seniores duos de sua stirpe genitos. et hij duo iurati. dicunt ꝙ sit eorum frater Et de domo. ac stirpe eorum paterna procreatus de scda et tercia genelogia etiā per duos testes producendo.

De eo qui vulnerat aliquem vitam suam defendendo.

Ccepimus qḋ Petrus insequēdo Joannē grauiter in platea vulnerauit. Et cum Joannes in iudi
a
cium deduxisset petr⁹ Licet ↄfiteatur. se Joannē vulnerasse Tamen asserebat se hoc fecisse necessitate cōpulsum. ꝑ ipsum Joannē. q̄ ab initio et antea. ipm Petrum vulnerauerat. quod idē Petrus offerebat se ꝓbaturꝫ. Nos itaqꝫ in tali casu decernimus ipsius Joānis ꝓbationem esse admittendā sup eo. ꝙ dum in platea Petrus ipm Joānē insequeretur vulnerauerit. Cuꝫ dict⁹ petr⁹ nō vitā ↄfendēdo ꝟ iniuriā sibi al's illatā vlciscēdo Joannē noscitur vulnerasse.

Qui ex initio alterius vulnerat vitam defendēdo hoc si poterit probabit Al's vulneratus ꝓprio iuramēto vulnera obtinebit

De illo qui accusatᷣ de furto apū ⁊ Mellium

p
Etrus traxit Joannē ad iudicium. asserens quod apes seu mellificia ipius tꝑe nocturno. furtiue ad domum ꝓpriā deportasset. quod se offerebat probaturum Joannes v̄o. negabat se h̄ fecisse. Sed dicebat: ꝓprium suum mel. vt decuit in domum suā ꝓpriam portasse. Tandē petrus ꝑ iudicē. pluries interrogatus. Si ꝑ eos qui vidissent apes. seu mellificia sua. ꝑ Joannem recipiet in suā domum deportari intentionē suā. posset ꝓbare Petrus respōdit. Quod tales testes de visu nullo modo posset habere. Nos itaqꝫ Statuēdo decreuim⁹. in tali casu iuramētum Joanni imponēdum. Si al's fuerit bone fame Et pro expurgatiōe asserēti. ꝙ ꝓpūm suum mel in domuꝫ ↄportabat.

Accusatus ꝙ Mel aut Apes furatus fuerit. si bone fame est. et asserit proprium. Mel suum tulisse Juramēto se expurgat. actore visum furtum. non ꝓbante

Qui inuadit domū alterius manu violēta et vulneratur. et alios vulnerat in domo

p
In nomine domini. Amē. Cū gesta principum debeant inuiolabiliter: futurorum memorie enodari: ꝛ confirmationes: libertates: emunitates: priuilegia: instrumenta: ratificatiōes perpetuis: temporibus perhennari. Proinde Nos Ludouicus dei gratia Hungarie Polonie Dalmacie ꝛc̄. Rex ad vniuersorum: tā presentium q̄ȝ futurorum noticiam: volum⁹ deuenire Qꝛ ex puro animo ꝛ sinceris affectibus Regnum nostrum Polonie in bono statu ꝛ robore permanere anhelañ. licet alias nostris ꝓmissionibus Instrumentoꝝ seu priuilegiorum Nobilibus ipsius regni polonie fuissem⁹ obligati. ¶ Qꝛ decedētib⁹ nobis d̄ hac luce masculinā prolem nostram tm̄ ꝛ nō femineā deberēt habere ꝛ sibi recipere nostrum in heredē: et successorem regni polonie: demum: baronum: Militum Nobilium: ꝛ aliorum omnium cōsensu ꝛ voluntate accedente: filias nostras. nō extante ꝓle masculina sibi in dominos: ꝛ heredes Regni predicti acceptarunt quas fieri nostros successores: et coronam regni polonie ipsas volunt: ꝛ voluerunt obtinere. Tamen in eo casu quo filium vel filias diuina nobis prouidente clementia: habuerimus vnum ex eisdem masculis illis deficientib⁹ vnā ex nr̄is filiabus nunc natis ꝛ extantib⁹ ac in futuꝝ nascituris: quē vel quā: nos vl' excellentissima dn̄a regina: mater et ꝯsors nostra charissima. ipsis assignabim⁹ ꝛ assignabunt illum vel illā habeāt ꝓ herede ꝛ successore nostro. ꝛ ipsi regnicole assumere teneātur ꝛ hr̄e ꝓut eisdē p barones: nobiles ꝓceres Ciuitateñ. ꝛ singulos inhabitatores Regnum Polonie fit ꝛ facta est. de nr̄a voluntate obligatio omagialis et ꝓmissio fit ꝛ facta est exnunc ꝓut extunc: ꝛ extunc ꝓut exnunc

Ludowici filij in regno polonie regnaturi. si nō essent filie hereditabunt.

recipient in principem heredē ꝛ legittimum successorē. Et de inde vel ab inde successores eorundē vl' earundē locum regiminis habeant obtinere in regno polonie prenotato.

☞ Ludowic⁹ rex ꝓmittit nō alienare t'ras regni polonie.

¶ Sꝫ qꝛ corona regni predicti ꝑ has successiōes possꝫ aliquomodo diuidi rumpi. vel quouis mō violari. ꝓmittimus bona fide: absqꝫ omni dolo cuiuslibet fraudis sub sacramento fidei nr̄e ipsam coronā regni Polonie semꝑ saluā ꝛ integrā ac illibatā ꝯseruare. Et nullas terras vel partes eaꝝ ab ipsa alienare vl' minuere: sꝫ eā augere et recupare velut in coronatiōe nr̄a sumus ꝛ fuimus obligati nr̄is munimentis. Et qꝛ predicti nr̄i nobiles affectum ad nos hn̄tes specialē: ꝙ etiam ꝓlē nostrā femineā veluti masculum eis in principem ꝛ dn̄m: vt dr̄ acceptarunt.

☞ Ludowicus liberat Polonos ab omnibus datijs laboribus seruitijs

¶ Ideo ob merita fideliaqꝫ seruitia facta: ꝛ voluntates vniuersitatis ipsoꝝ que nobis ꝛ nostris pueris vtriusqꝫ sexus: facto fideli omagio prestiterīt ꝛ imposteꝝ loco ꝛ tēpore fidelia seruitia: sunt parati dante dn̄o exhibere eos speciali fauore ꝓsequendo Ciuitates Castra: possessiōes oppida ꝛ villas incolas villaꝝ totius regni Polonie inhabitantes: ipsoꝝ baronum ꝛ nobilium omnium absoluimus liberam⁹ ꝛ eximim⁹ ab omnibus ꝛ singulis collectis donatōibus siue tributis: tā generalibus q̄ꝫ specialib⁹: quocunqꝫ nomine cēseantur: ꝛ ab omnibus seruitijs: laboribus vexationib⁹: angarijs: preangarijs: in rebus ꝛ ꝑsonis cōmittendum: pure ꝛ simpliciter solutos ꝛ absolutos esse volumus ac exemptos.

☞ Ludowic⁹ duos grossos de laneo mēse regali reseruat ꝓ festo scti martini

¶ Sed his tantuꝫ volumus esse cōtenti: ꝙ duo grossi vsualis monete: in dicto regno currētis: quoꝝ quadragintaocto marcā faciunt polonicalē: de quolibet manso vel sorte locatis vel possessis singulis annis nobis ꝛ nr̄is successoribus in festo beati martini confessoris in signum summi dominij: et recognitionē Corone Regni Polonie exoluantur. Eo expresso: ꝙ si insultus hostium in dictum regnum inualesceret: tē Nobiles ipsius regni ad repellendum eoꝝ seuiciam occurrāt cum omnimoda eorum potestate.

Promittit rex frigenis in bello damna passis aut captis de indemnitate.

¶ Demum si nr̄o et nr̄oꝝ successoꝝ regiminis tp̄e ꝓ aliqua expeditiōe faciēda vltra fines ipsius Regni ꝓcedere nos expediat vel eosdē nobiscum cum inimicis quibuscunqꝫ: in eadem expeditione cōflictum seu bellum facere ꝛ inire ꝯtigerit: et aliqui ex ipsis in eodem ꝯflictu: si capti vl' detēti fuerint dānaqꝫ pua vl' magna ꝑceperint in rebus ꝛ ꝑsonis ipis plenariā satisfactionē impēdem⁹.

¶ Item si aliquod Castrum vetus. repatione indigeat. tunc tpe pacis Burgrabius seu possessor. et cōseruator illius Castri tenebitur reparare. Oriente autē guerra. et discordia Castra nostra. in confinib⁹ Regni nostri Polonie sitta. et existē cia. homines illoꝝ districtuum vbi ipsa Castra sitta existunt adiuuare ad reparationē. reformationemq; teneātur. ¶ Itē si aliquod Castrum. pro defensione et vtilitate ipsius Regni. cum consilio. et consensu eorundē Baronum. cōstruere voluerimus. tunc ad eius constructionē. idem Regni proceres. tenentur adiuuare. Si vero sine scitu et consensu eorundē Nobilium et procerum. edificare voluerimus. tunc ad eius constructionē nostris sumptibus. et expēsis faciemus. ¶ Item promittimus. Quod tales honores. et dignitates. vtpote palatinatus Castellanatus. Judicia et Succamerariatus officia. et his similia qui vel que. vsq; ad vitam conseruari consueuerunt. Alijs quibuspiam hominibus extraneis hospitib⁹. nō conferemus. nisi talibus qui sint Regnicole terrarum eiusdē Regni. in quibus huiusmodi dignitates. vel honores consistunt. quas etiā dignitates. et omnia officia ac singula volumus. in eorum Juribus prout fuerunt. tpe Serenissimorum principum dominorum Wladislai aui. et Kazimiri auunculi nroꝝ regum Polonie cōseruare plenarie ¶ Promittimus quod nullum Baronem Militem seu Nobilem vel alium quemcunq; cuiuscunq; conditionis existat extraneum hospitē. seu alienigenam preterquam natione polonum. in Capitaneum preficere debemus nisi talē q sub eadē Corona de gente polonica sit oriundus. dummō nō descendit de stirpe ducali. ¶ Ceteꝝ promittimus. Quod nullum Castrum seu fortalicium Regni polonie alicui duci vel principi aut descēdenti de genere ducali. regendum et tenendum committemus. ꝓ tempore vl in euum ¶ Deinde spondemus Castra et Ciuitates. sepedicti Regni de quibus honores et Judiciales sedes procedunt hec videlicet Cracouia Byecz Sandecz Wislicia Woynycz in terra Cracouieñ Sandomirieñ Zawichosth Lublyn Szyeczyechow Lukow Radom. in terra Sandomirieñ ac Castrum Lancicieñ. in terra Lancicieñ i terra Siradieñ et pyothrkow Item in terra Cuyauie Brzesczye Cruszwycza Wladislauia. Itē in polonia maiori Poznania Myedzyrzecz Sbanschyn Calysch Nakyel Conyn. et pysdri nuncupata nulli alteri nisi

f

Lodowicus decernit. castra p se tpore pacis. sed tpe guerre per districtꝰ reparanda

Lodowici decreto Nobiles consenciētes ad Castri reparationē tenentur adiuuare. alīs Rex suis impensis construet

De Lodowici decreto. dignitates et officia. nulli extraneo hospiti danda.

Lodowici decreto nullus nisi natione polonus in Capitaneū eligendus non tamē de stirpe ducali.

Lodowici decreto nulli duci castra regis cōmittantur.

Lodowicꝰ enumerat loca Capitaneatuum nō nisi terrigenis regni conferenda.

Lodowicus Castra nō enumerata cū iā dict⁹ pferēda p̄stituit qbus vellet

Lodowici decreto. Castroꝝ tenutarij corā Capitaneis et Judicibus rñsuri

Lodowicus sibi reseruat actionē sanguinis de Capitaneis seu tenutarijs

Lodowicus pro se. et p̄ successorib⁹ p̄mittēs stationes apud Nobiles nō faciet

Lodowic⁹ p̄mittit omnes incolas Regni cuiuscunqꝫ cōditionis fuerit i libertatibus coꝝ cōseruare

Lodowicus Rex cassat lrās de non elīgēda femella i successorem

terrigenis. seu Capitaneis in eodem Regno consistētibus cōferemus. ¶ Alia autē Castra quecunqꝫ hospitibus. vl' alijs quibuscunqꝫ voluerimus. nos et nostri successores habebimus. ꝛ habebunt liberā conferēdi facultatem. ¶ Decernen̄ q ipsi Burgrabij. seu Rectores Castrorum. et homines ipsorum. coram Capitaneis Judicibus Subiudicibus Regni predicti. qui pro tempore fuerint citati. cōpareant. et respondeant de se querulantibus prout ceteri Nobiles. et homines quicunqꝫ Regni predicti. ¶ Dummodo causa vlcionis sanguinem nō requirat. cuius cognitionē p̄ nobis et nostris successoribus reseruamus specialiter. ¶ Preterea. si p Regnuꝫ illud. quocunqꝫ tp̄e. nos et successores nostros. p̄cedere cōtigerit. descensus sup Barones Nobiles Milites. ipsorumqꝫ populum Kmethones. seu Juagiones. nō faciemus contra ipsoꝝ voluntatē. nec aliquid occasione dicti descēsus exigi faciemus ab eisdē. Qꝫ si al's pro faciēdo descensu. diuertere non possemus. extunc p̄ nostris sumptibus. et pecunia. nos p̄curari in victualibus et alijs necessarijs faciemus. ¶ Insuper omnes Barones Magnates Nobiles Ciuitatēs. Oppida Villas. possessiones eorundē populum. et Kmethones in eorum libertatibus. pollicemur et spondemus conseruare. nec eos contra illas intendimus aggrauare. vl' per quenpiā faciemus aggrauari. ¶ Omnes autē al's litteras. ordinationes. pacta instrumenta et munimenta data et concessa per nos. ꝛ successores nostros parte ex vna ac p̄dictos Barones. ꝛ nobiles Regni predicti. parte ex altera. que successionem filiaꝝ nostrarum ducem vel inducem in dicto Regno. fieri excludebant de consensu eorundē Baronum Militum et Nobilium dicti Regni polonie. cassamus. vacuamus. annullamus. cassas. vanas. vacuas. ꝛ irritas nunciamus. volentes ipsas carere omni robore firmitatis. p̄ntibus solummodo perpetuis tp̄ibus valituris. In quoꝝ omnium. euidens testimonium firmitatemqꝫ perpetuam presentes concessimus lrās nostras pendēti ꝛ euidenti sigilli nostri simplicis munimine roboratas. Datum et actum Caschouie decimaseptima mensis septembris. Anno domini. Millesimotricētesimoseptuagesimo quarto

Finis Priuilegij Loysch Regis

¶ Statuta Uladislai Jagello Regis Polonie. Supremi ducis Lithwanie primum Cracouie. Anno. M.cccc.xx. collecta Tandem in Cōuentione generali totius Regni i oppido wartha. ꝓ festo Simonis ⁊ Jude Anno dñi. M.cccc.xxiij. edita ⁊ ꝓmulgata

De Antiqua cōsuetudine. in transpositione terminorum seruata

P Eruersa consuetudo. in terminoꝝ trāspositione. colloquij generalis. ⁊ terminoꝝ particularium. a nostris subditis. hactenꝰ obseruata extitit. vñ diuersa iuramenta: ⁊ periuria oriebantur. ac infirmitates fictiue allegabātur. Un̄ talibus obuiare volētes et iniquitati viam precludere. de vnanimi consensu prelatoꝝ et baronum ac nobilium nostroꝝ talem ordinē in predictoꝝ transpositione terminorum. volumus a nostris subditis fore obseruandum. vt predictis periurijs obuietur illiciteqꝫ dilationes amputentur. ¶ Decernimus igitur ꝙ termini colloquij generalis taliter in iudicijs terrarum nostrarum imposterum transponi et obseruari debeant. videlicꝫ qđ primum terminum per simplicem infirmitatem prorogent. Scđm vero per veram infirmitatē absqꝫ confessione ⁊ allegatione capellani transponant. pro qua infirmitate in tertio termino si superuenerit iuramentum corporaliter prestare teneatur. ꝙ tunc vera infirmitate fuerat innodatus. ¶ Si autē in eadē infirmitate casualiter ꝑduret. tunc tertio poterit. iteruꝫ facere prorogare eundē terminum. quia prout iacebat in ipsa infirmitate. hucusqꝫ non conualuit Et nihilominus in colloquio. quarto generali parē studeat. aut procuratorē certuꝫ trāsmittere nō postponat alioquin causam ammittat. ¶ Item volumus de terminis obseruare particularibus. ꝙ primum et scđm terminos. per simplicem infirmitatem subditi nostri trāsponere valeant. Tertium vero terminum absqꝫ allegatione capellani. per veram infirmitatē possunt ⁊ debent prorogare. ¶ Et in quarto finaliter corporale iuramētum prestare debebit ꝙ

☞ In colloquio generali. Primꝰ terminus simplici. Secūdus vera infirmitate ꝓrogant. pro q̄ i tertio termino iurabit transponens.

☞ Durante infirmitate poterit tcio terminus egroto ꝓrogari procurator tamen cōpareat alis causam āmittet.

☞ In terminis ꝑticularibus. Primꝰ et scđus terminus. simplici infirmitate Tertiꝰ vo vera prorogatur.

☞ In q̄rto termio iuramentuꝫ indicitꝰ prorogant

non fictiue. tunc infirmabatur si superuenerit. Sin āt eum. q̄ terminum ꝓcurat prolongare contigerit in eadē infirmitate morari. et diutius perseuerare. Tunc quarto iterū ꝓlongari. poterit prout superius de prolongationibus colloquij generalis. ē expressum hoc tamē de reo et citato intelligē volum⁹ ¶ Sed actor terminum colloquij generalis alr̄ transponere nequeat. nisi primum per veram infirmitatem. ꝛ in terminis particularibus. semel per simplicē infirmitatē

Actor non nisi primū terminū vā infirmitate trāsponere pōt In termis aūt particularibus simplici infirmitate excusatur

De vxore. in sede viduali constituta

Vxor marito mortuo. i bonis dotis. et dotalicij tātū ꝑmanebit. Reliqua bona pueris et propinqs resignatura.

a Ꝺ abolendam dānosam' consuetudinē. q̄ hactenus inter subditos nostros. solum ex cōmuni vsu seruabatur. ꝙ vxor marito mortuo. in sede viduali ꝯ quādam ancessoris nostri institutionē. que incipit Statuim⁹ ꝛc̄ remanēs omnia bona possidebat. ꝓpter ꝙ nōnulla bona pueris vel proximioribus ꝑ in aduertentiā ꝛ malā ipsoꝝ ꝓcurationem ambilabātur et desolabātur. vñ talibus obuiare volentes. Statuimus de cetero. ꝙ vxor marito mortuo. tātum dotē et dotalicium habeat alia vo bona in q̄bus dotē ꝛ dotalicium nō habuerit. pueris vl̄ ꝓximioribus. tenebitur resigr̄e.

Supra I[...] stitutiōe [...] ilmiri [...] gni. fo. xx[...]

Kazimiri Magni [...] fo. xxv

In quibus Vidua succedere possit

¶ Vxor post mortem viri circa parafernalia remaneat. pecunijs ꝛ argento equis magnis et armis. ad pueros ꝛ ꝓpinquos deuolutis

l Icet etiā antiquitus. ꝑ antecessores nostros. in quodam capitulo statutum sit. Ꝙ marito mortuo. vxor donationē et dotē. et quelibet parafernalia videlicet in gēmis argento vestibus et pecunijs. habeat et teneat Tñ qꝛ nō modica dāna ꝑ hoc pueris euenire solebāt. Qua ꝓpter de cōsilio et consensu Prelatorum et Baronum nostroꝝ omnimode Statuimus Ꝙ vxor marito mortuo. solum circa parafernalia domestica remaneat Thesauro videlicz pecunijs ꝛ argento. equis magnis cum omnibus armis (equiteis exceptis) que omnia ad pueros deuoluātur ¶ Declarātes insup ꝙ talis mulier. circa omnia pecora. et quevis alia. que in dote sua et dotalicio fuerint. vnacum equis vectigalibus. q̄b⁹ tpe mariti sui vehebatur remaneat. demptis vestibus. ꝛ eq̄s paruis. in valore trium marcarum mariti defuncti. que inequalē sortem seu portionē. domine cum pueris cedere debebunt. et diuidi cum effectu.

Per Kazimirū magnū supra folio xxv

Supra I[...] stitutiōe [...] ilmiri [...] gni. fo. xx[...]

Vestes mariti equi parui inter viduam et pueros diuidantur habitura vidua equos q̄bus viuente marito vsa fuit.

De orphanis qui iudicio vexantur

Orphanitati puerorum nostrorum subditorum consulere graciose cupientes qui interdum per patres ipsis ad annos pubertatis minime educatis.casu mortis relinquuntur Et sic multotiēs p nōnullos in iudicium euocātur et vexantur qui etate et discretione.carētes litē contestari nequeunt.neqꝫ causas acticare.neqꝫ defendere.Et quāqꝫ antea Hoc ad certam etatē sit restrictum.vt videlicet masculus ad q̄ntumdecimumannum.femella vero ad duodecimuꝫ ꝑpelli nō possint neqꝫ alicui infra h̄ teneantur rn̄dere ¶ Tum alijs diuersis grauaminibus multotiēs opprimuntur.quare statuimus Q pater viuens possit et valeat pueris suis.ꝛ vxori si ipsa affectauerit.cōstituere certos tutores quos voluerit.de quibusqꝫ maior sibi fides et ꝯfidētia apparuerit.qui tueri et curare eosdē poterint.vsqꝫ ad annos supius allegatos nec eosdem tutores.post mortē constituētis ꝓximiores a tutela poterint remouere.

Supra i cō. stitutiōe Kazimiri Magni.fo.xxj.

Etas masculi anni quindecim Etas femelle anni duodecim

Pater viuēs ꝓ pueris et vxori.tutores.cōstituere qs etiam proximiores a tutela nequeūt remouere

De pueris matre orbatis habētibus patrē et bona maternalia.

In quadam cōstitutione nostri ꝑdecessoris decretuꝫ extitit videlicꝫ in capitulo Ex cōmuni vsu.ꝛcē Q moriente matre puerorum patre cum alia contrahere volente.pueri a patre petere valeant.portionē maternā Et ideo cōsiderantes in eadē cōstitutione.q ꝓpter ingratitudinē p̄ri factā per filios.ꝛ depressionē status sui quē a filijs nōnunqꝫ.in tante partis bonorum receptione.ꝛ priuatione paciebatur.Et quia multotiēs filij ad inopiam vergētes.ad patrē ꝯuolabant et recurrebant.qui superiora aduertēs eisdē succurrere.nō curabat nec volebat.vnde inter vtrāqꝫ partē rancor ꝛ displicentia oriebatur.Quibus incōmodis.obuiare cupientes exnunc statuimus Q pater h̄n̄s filios.dum post mortem genitricis eorum ad scd̄as nuptias cōuolauerit.nō tenebitur.nisi forte velit sponte.predictis filijs suis.portionē hereditariam assignare.dummodo dissipator bonorum non existat.ſꝫ vsqꝫ ad mortē suā.in bonis hereditarijs quibuscunqꝫ dn̄ari.ꝛ manere valebit.ꝛ poterit assignata dumtaxat ꝑdictis filijs suis

Supra i cōstitutiōe Kazimiri Magni.fo.xxvi

Pater ad scd̄as nuptias conuolās in bonis suis remanet.filijs prime vxoris.portione quam post eam tulit assignata

portione quā post matrē ipsoꝝ ratione dotis. seu nuptiarum tulit ꝛ recepit

De eo qui filios habuerit. superduxeritq̄ scđam vxorem. ꝛ filias propagauerit

☞ Filij prime vxoris. mortuo patre. sorores et scđa vxore maritabr̄. assigta eis dote ꝯpetēti. bonis maternis. dumtaxat exceptis

d Eclarātes statum⁹ Q si ꝯtingerit prēm cum scđa vxore filios nō hr̄e. sꝫ filias Et cum pma habuerit filios. extunc patre mortuo pueroꝝ p̄dictoꝝ. pars aliqua scđe vxoris. filios nō ꝯtinget. sꝫ filij siue fili⁹ p̄me vxoris supstites sorores suas. iuxta ꝯsuetudinē terre maritabunt assignata ipsis in pecunijs dote cōpetēti. bonis maternis dumtaxat exceptis si ip̄e p̄dicte sorores. habuerint q̄ p ipsis debēt remanere. ¶ Cum vo pueri. prime vxoris. portionē suā eq̄lē a prē eis sponte. ex diuisione ppetua oblatā obtinuerint tunc portio scđe vxori. filijs aut filiabus eiusdē cedē dꝫ integralr̄

☞ Pueris prime vxoris. diuisis a patre. et portionē suā tenētibus. Portio pueris scđe vxoris integra debetur

De filiabus carētibus fratrib⁹ germanis.

☞ Filiabus carentibus germanis patre mortuo. debetur successio hereditaria. nō obstante pacto de nō petēdo cū eaꝝ maritis facto

v T viā dubijs p̄cludam⁹ interduꝫ ꝯtingit filias post obitum pr̄is. carētes fratrib⁹ germanis in bonis hereditarijs remanere q̄s solēt patrui vel amici proximiores. nomine tutorio obseruare in hunc finē Q ipas q̄buscunq̄ ꝯditionibus. siue pactis de hereditatibus excludāt volentes ipsis pecuniā. cuꝫ maritātur assignare. Eisdē igitur de nr̄a clemētia. puidē cupiētes. Statuimus deinceps Q si mariti eaꝝ. taliter pecunijs a pr̄ibus vel amicis aut tutorib⁹ receptis. ex pacto de nō receptione bonoꝝ ipsas concernētium astrinxerint qualitercunq̄. siue p fideiussoriā cautionē vl̄ alio quocunq̄ mō tale pactum interuenerit. aut aliquis fuerit astrictus: illud decernimus irritum fore. ꝛ mane vtq̄ p̄fate filie redeāt. ad eaꝝ hereditarias portiones. nō obstātibus pactis. aut cautionib⁹ q̄buscunq̄. sꝫ sponte p̄fate filie bona sua hereditaria si ip̄is placet. vendēdi vt anteą habeāt facultatē et omnimodam potestatem

De tutoribus Uirginum

☞ Virgines nubiles quas tutor negligit maritare pnt sibi de maritis cum cōsilio tamen amicorum seu patruoꝝ prouidere.

a Stucie. et volositati hominum peruersoꝝ q̄ omnia in peius ꝯuertere et interpretari nō formidāt. viā p̄cludere cupiētes. Sanctim⁹ q̄ q̄cunq̄ nomine tutorio aliquā. vel aliq̄s. puellā. vel puellas iure affinitatis. cum bonis hereditarijs. ipas ex successione paterna ꝯtingētibus seu ꝯcernētibus. iā puberes. atq̄ nubiles ad desponsandum

seruant eas nolentes maritari. in hunc finem q bona ipsaruz diutius valeant obtinere seu possidere. Decernimus q tles virgines. sic vt premittitur adulte. poterint et valeant de maritis sibipsis prouidere. sine eiusdē patrui seu tutoris voluntate et assensu. Tamen cum consensu. et consilio aliorum amicorum aut patruorum. aut auunculorum. nec in bonis ipsaꝝ priuari poterunt. vel fraudari. non obstante quadam constitutione nr̄i antecessoris. q̄ incipit Quicunq3 vero virginē ɽc. vt supra de violationibus virginum

Fo. xxiiij.

De prescriptione possessionum.

Quamuis prescriptio possessionis siue hereditatis in pecunijs obligate. seu impignerate. in quibusdam litteris nostris ad decemocto annos seruabatur. et currebat quibus transactis eadem possessio. per mutuatorez pecunie. solebat perpetuo obtineri. visum fuit nobis et nostre milicie. equum consonumq3 rationi. Quia talis breuis p̄scriptio. non sine pacto fuit obseruata. vnde exnunc Statuimus in prefatis obligationibus. prescriptionem triginta annorum esse obseruandam quib9 infra quinquennium aut decennium vel cum sibi placuerit coram iudicio in actis suā obligationem poterit innouare.

Prescriptio triginta annoꝝ. in obligatione hereditatis concedit si infra q̄nquēnium aut decēnium in actis Judicij innouetur

In constitutiōe Kazimiri. Magni. incipien. Si vero aliquis Diile fo. xvij.

De amputādis calumnijs. et possessore ad probationem admittendo.

Ad precludendam viam calumnijs per nos prouisum est. Qz si quis vellet quempiam. pro hereditate impetere. dicendo possessorem eandem in obligatione. aut pigneratione. possidere et tenere. quā fortassis legittime et libere possidet. Qz tunc possessor. actore repulso. ad probationem testium admittatur Et maxime vbi vtraq3 pars. litteratoria et legittima testimonia super huiusmodi possessionē. nō habuerit In tali itaq3 casu possessoris ꝓbatio admittatur.

Possessori alicuius hereditatis. ꝓ eiusmodi hereditate citato. incūbit ꝓbatio actore a ꝓbatione repulso.

De limitibus. et terminis fiendis

☞ Notabiliora signa limitū ostēdēs admittit ad pbandum. deficientibus aūt signis. et vtraqꝫ parte. actori cum testibus defertur probatio.

d E limitibus autem nostrorum Nobilium. taliter duximus prouidendum. Quod si contigerit. aliquem litigantem pro limitibus. docere vel ostendere Scopulosos dictos Copcze ad minus tres. aut alia signa notabilia in campis. vulgariter zwyasdy In siluis vero signa. ad instar Crucis facta. vt est moris Extunc Succamerarius noster. illum. qui meliora et notabiliora signa seu scopulos ostēderit discernens sub honore et ꝯscientia. debebit. et tenebitur: mittere ad pbādum. Ubi autē vtraqꝫ pars. signis notabilibus inter hereditates caret. extunc actor. ad probationē limitum cum testibus. prout de Jure est admittatur.

De venditore hereditatis

☞ Vendens hereditatem p Ministerialem debꝫ vicinos vocare ad ostēdēdū illius hereditatis granicies emptori qui alias possidens per tres annos et tres menses possidebit perpetuo

e X consuetudine. et Jure ātiquo seruabatur. Quod vendens hereditatem. emptorem per tres annos. et tres Menses. ab impetitione q̄cunqꝫ. adinterueniēdum et liberandum eundem sit astrictus. Sed quia multotiēs cōtingit. Quod vicini illius vendite hereditatis. quorum limites etiam ipsam contingunt. infra prefatos tres annos. et tres menses. emptorem vexare postponunt. donec venditor. et intercessor. prescriptione emptionis euadat. qua elapsa primo emptorem. pro limitibus inquietare non formidant. licet vēditioni presentes extiterint Ea ppter volumus et statuimus Quod cum aliqua hereditas. emptori per venditorem ostēditur vicini illius hereditatis. per emptorem. cum ministeriali euocentur. quod illi ostensioni intersint. Qui si venire noluerint. sic per ministerialem vocati. et infra tres annos. et tres menses possessori questionem pro limitibus non moueant. tunc possessor. ad probationē sue emptionis. cum testibus admittatur. prescriptioneqꝫ tanti tpis iuuabitur

Simile i constitutiōe Kazimiri Magni. icipiē. Cū prescriptio. et c. fo. xviij.

De clausura et reseruatione. actorum Judicialium. seu libri Terrestris

☞ Liber actorum terrestriū sub trib' clausuris habeatur scilicet Judicis Subiudicis. et Notarij terrestris

e T quia Barones terrarum nostrarum. in Judicijs colloquiorum generalium. psonam nostram representant coram quibus cause hereditarie. et alie maiores agitantur. et tractantur. Et sententie per eosdem late robur accipiunt firmitatis. acsi nostra in presentia agerentur

Coram quibus etiam resignationes bonorum magnoꝝ peraguntur ⁊ alie cause ꝑ eosdem diffinite in speciali libro cōscribuntur. Unde cum maiori alicuius pondere. debeāt diligentius. et cauti⁹ obseruari. Volumus q̄ liber p̄notat⁹ seu acta colloquij generalis. sub clausura trium clauium. ammodo conseruetur. Quarum vnam Judex. aliā Subiudex. Tertiā vero Notarius terrestris. habeant et conseruent. Nec liceat vni sine alijs. clausuram predictam apperire. Et quia ex actis predictis. seu in libro nonnulli litteras habere et extrahere. tempore debito cupiunt. Quapropter prouidendum est. Quod Judex debeat per ministerialem publice. quando opus viderit. facere proclamare. q̄ in tali districtu. loco et die tali. liber seu acta ad extrahendum litteras aperientur. vtq̄ʒ eas habere volentibus. seu affectantibus pateant.

De terminis particularibus celebrandis.

D E terminis autē particularibus simplicibus. Quia vexationi. et turbationi nostroꝝ pauperum Militum sumus cōpacientes. Taliter duximus prouidendum Quod p̄fati termini ꝑticulares. non pluries. nisi semel infra mensem. in q̄libʒ districtu seu Jurisditōe. al's porvyath fieri debebunt. in q̄bus Camerarij Judicum ⁊ Subiudicum Alij duo Camerarij videlicet Palatini. et Succamerarij eligendi per eosdem ad illos adiungendi. sine quibus Judex. et Subiudex. et Camerarij eorum non habeant iudicandi facultatem. ¶ Predicti etiā Camerarij seu officiales iudicij. sic locandi. non debebunt alias causas. nisi proprias procurare. vl' ad ꝓcurādum se de iudicio leuare. ¶ Ac bonum et cōsultum videtur. q̄ Judex vl' Subiudex. ꝑticularib⁹ terminis ꝑsonal'r cum possint presideant. sicut et in Maiori polonia ē ꝯsuetum

Termini particulares semel īfra mensem in quolibʒ districtu habeātur. in quibus Judex cū Subiudice et Camerarijs palatini ꝑsideant. Nec vllius causas. procurent. assurgētes. ꝓprias tamē agere poterīt

De memoriali al's Pamijanthne

O Fficiales. aut Camerarij seu Subiudices. terminoꝝ particularium. nō debebunt a causis minoribus. q̄s vsq̄ʒ ad extimationē Triginta Marcaꝝ. ⁊ infra cōputamus ꝓ Memoriali al's Pamyanthne siue alio nomine Przybyanthne plus q̄ʒ duos grossos recipe a maiorib⁹ autē causis que vltra Triginta Marcas se extendunt. quatuor grossos recipiendi habeant facultatem.

In terminis ꝑticularibus a summis infra Triginta marcas duo grossi a Maioribus quatuor recipiēdi ꝓ memoriali

De vna questione. al's Zaloba. plures personas contingente

☞ In ꝑpositione vna a pluribus personis vnũ memoriale dandum.

p Rouisum est insuper. Quod postquam vnamquamque questionem coram iudicio expositam dictam Zaloba aliquis edixerit. Etiam si plures persone sint. pro parte quarum questio agitatur tãtum vnum Memoriale exigatur.

De causis. quas soli Capitanei Judicare possunt.

☞ Capitanei iudicant. violationẽ domorum. viarum. feminarum. Et incendium

r Elatum est nobis. Quod Capitanei nostrarum terrarum communiter causas quascunque. que minime ad eos dinoscuntur pertinere. iudicant sentẽtiant. et discernunt. Volentes igitur imponere modum Judicãdi. decernimus quod Capitanei terrarum nostrarum non debeant al's causas preter infrascriptos articulos iudicare scilicet pro violentia feminarum. pro depredatione strate publice. pro incendio et immissione ignis. pro violẽtia domicilij. inuasione alicuius. aliarum autẽ causarum. minime iudicandi habeãt facultatẽ

De Notarijs Terrestribus. et Salarijs eorum

☞ Notarij maioris polonie. ꝑ vna inscriptione ad finem cause. vnũ grossum vt in Craco. terra habituri

t Errestres Notarij. in omnibus terris Regni nostri videlicet Maiori Polonia Siradia Lãcicia Cuyauia Dobrzyn. etc pro notis equaliter accipiãt sua Jura secundum quod Notarij Cracouieñ. et Sandomirieñ terrarum recipiunt videlicet pro vna inscriptione vsque ad finẽ cause vnum grossum. aut in principio medium. et in fine medium grossum

Simile constitutione Kazimiri Magni. icipit Statuimus quod scriptor fo. xxvij

De Judeis et eorum pecunie accõmodatione

☞ Judei nõ daturi pecunias super literas. et inscriptiões. sub amissione pecunie.

p Eruersa Judaica perfidia. cum semper sit. et ẽ Christianis contraria et inimica. et non solum in fide. nec in corpore. verumetiam in direptione bonorum et facultatum attractione quam studiosissime intendit. Quamuis in Constitutione eiusdem Capituli. quod incipit Porro. etc sit eis prohibitum. quod dare non debeant hominibus cuiuscunque status. aut conditionis. existant pecunias sup. litteras. et inscriptiones. Sed tantum super vadia et pignera. tamen hoc ipsi minime aduertẽtes. pecunias sup literas. et inscriptiones. dare non cessant. etiam contra Jura. et Canonica. et Ciuilia que

Supra constitutione Kazimiri Magni. fo. xxvij

Artissime h' ꝓhibēt. Ideo volētes nr̄is s dditis terraꝝ nr̄aꝝ subuenire graciose. ꝑut ex Religione christiana tenemur. ꝛ debemus. Decetero ꝓhibemus. ne Judei sup lr̄as. ꝛ inscriptiones pecunias mutuēt. sꝫ solum sup pignera. vt superius in eodē Caplo est expressum. ¶ Si q̄s igitur Judeoꝝ tales literas decetero. aut inscriptiones exhibuerit. aut sup easdem pecunias dederit extunc tales lr̄e aut Inscriptiones. dn̄t esse nullius valoris. vel robori. nec recipiēs pecunias hmōi tenebitur ꝓcedere ad earumdem solutionem

fo. xxvj.

De vituperatione vnius Nobilis palium.

Simile I cō stitutiōe Kasimiri. Magni. icipieñ. Cū omnis. fo. xxvij

Nobilis ignobilitatem obiciens ꝛ negans iurabit se non dixisse

f Jq̄s Nobilis aut asserēs se de nobili genere ꝓcreatum dicat. ꝙ aliq̄s sibi impar. exn̄s in generatione. vituperosa v̄ba intulisset. ꝙ tunc ille reus. eidē eq̄lis nō existēs ꝛ negās se improperatiōeꝫ fecisse, ꝓprio Juramēto ab increpatione. eius absoluatur.

De vituperatiōe Nobili illata a Kmethone

Siīl I cōstitutione Kasimiri Magni incipieñ Cum om̄is fo. xxvij

Kmetho nō p̄t nocere vitupio nobilitati alicuius nisi dū sit increpatione audiss̄ꝫ aliquē eque nobilē eū vitupasse et nō expurgatū sed in ciuitate residētes expurgaturi sūt obiectum

k Kmetho v̄o nō poterit alicui Nobili. vel ꝑ nobili se gerēte Nobilitatē eius increpare. nisi forte idē Kmetho audierit p alium Nobilē. Ipsum increpasse Et ipse se de hmōi improperio minime expurgauit. Hoc tn̄ volumus intelligi de illis Nobilib⁹. q̄ ad expeditionē seruiunt. et iudicijs terrestribus subsunt. nō āt de illis Nobilibus qui in Ciuitatib⁹ residētes. ceruisiā ꝓpināt. aut forte alij sunt vagi in terra nihil hn̄tes cum tales teneantur se expurgare

De libertate alicui Kmethoni p dn̄m ꝯcessa

Kmeto in siluā vbi villa locanda ē. libertatē accipiens recedere nō poterit nisi agro extirpato

q Uia libertas ad h' p sapiētes ē inuēta. vt silue. ꝛ Nemora. vbi modice sunt vtilitates. vel ꝓueniunt extirpentur. et ad ām̄pliores vtilitates reducātur Uñ si q̄s Kmetho in silua vbi villa locari debeat libertatē accipiat nō poterit de suo agro nisi illum extirpauerit. se mouere. q̄ extirpato facere poterit. ꝙ Jus terrestre: aut illius hereditatis exquirit ꝛ deposcit circa suam motionem.

Sup̄ in ꝯstitutione Kasimiri Magni. icipieñ Preterea declarando. fo. xxvj.

De Sculteto vel Kmethone a dn̄o fugiēte.

Profugorum a bonis ad. quartam vicē iudicialr̄ vocatorum et nō redeuntium. bōa p dn̄m loci vsurpantur

c Um autē Scultetus vel Kmeto de agro seu hereditate sua. absqꝫ culpa dn̄i fugerit talis ꝓfugus debet p dominum in Judicio maiori. et bannito ter et ex superhabundanti quarto: vt ad suā redeat hereditatē: euocari. Qui si nō redierit taliter vocatus dn̄s ville cum ꝓrestatione

poterit suā hereditatē p alium locare. Contumacia illius non obstāte. ¶ Et si is ꝓfugus minas incusserit possessoribus agrorum qualescunqꝫ tenebitur dn̄s sub q̄ degerit requisitus Jus polonicale poscētibus. cum eo ministrare al's ille sb quo fuerit contradicēs. penā Pyathnadzyesczya incurret. totiēs quotiēs cōtra hāc ꝯstitutionē fecerit quoquomodo

ꝟ Loci dn̄s ꝑ pfugo Jus polonicale nō ministrans incurrit penam quindecim

De sculteto inutili. aut rebelli

¶ Scultetus inutilis seu rebellis sculteciam vendat. al's dn̄s sculteciā soluet taxatam p psonas de iudicio terrestri datas

I Nutilem Sculretum dn̄s in hereditate h̄ns. aut rebellem: dn̄s pōt recipere Sculteciā suā ⁊ vendere. Qui si emptorē nō habuerit. nec habē poterit Tunc ille heres cum dicto Sculteto debebunt. et tenentur accedē ad iudicium terrestre. ⁊ recipē duas eligēdo psonas sagaces neutri partium suspectas. q̄ valorē Scultecie ad summā taxantes vnā eidē dn̄o. seu heredi. soluē nunciabunt ⁊ sic dn̄s. soluta taxa illa pecuniali. ꝑ se sculteciā obtinebit

De apprehensione alicui⁹. ligna in alterius silua excidentis

¶ Arbores singulares. et magni valoris vti taxus incidēs deprehensus. debet ad caucionem dari. q2 non sufficit pignerari talem. Similie intelligit͛ si inuētus fuerit i gaijs vbi pauce silue fuerint

P Rimeua cōstitutione in Caplo Statuim⁹ ⁊c̄. noscitur eē obseruatum. Qz cuz aliq̄s Kmethonē. vl' quēpiam ī sua Silua arestauerit. eundē. ꝑ pma impigneratione in securi tm̄. pignerabit. ꝑut ē in eodem Capitulo est descriptum. Et q2 diuerse sunt silue. inter q̄s aliq̄ reperiuntur in q̄bus sunt arbores magni valoris ⁊ precij vt ē taxus vulgariter Czyss. et alie: his igitur attētis q2 pignora dn̄t pcellē in valore. res ꝑ q̄bus impigneratur equuz visuz ē nobis. et n̄ris Baronibus Qz si aliq̄s siluā intrās. tales arbores. vel his siles inciderit poterit p heredē. ⁊ dn̄m silue capi. ⁊ ad fideiussoriam cautionē petētibus assignari. Nō em̄ videtur ꝯsonum ⁊ sufficiēs. ꝑ tā notabili dāno silue pignus recipi vl' solum in pignere puniri Et silr̄ de Gaijs. vbi pauce sunt Silue obseruetur.

De Kmethonibus habentibus mellificia aut apū examina. in nemoribus alteri⁹ dn̄i.

ꝟ Kmetho in alieno nemore habēs mellificia tributa soluet dn̄o nemoris

M Ellificia in nemoribus. seu Borreis alteri⁹ domini. Kmethones tenentes. aut iure hereditario possidētes. Et sb alio degētes de tributis. al's dan̄ij seu melle respondere tenentur. domino nemoris. in quo huiusmodi

mellificia habētur. q̄ si in solutione tardi fuerint. Tunc dn̄s poterit pro tributo suo iudicare et impignerare. ⁊ domin⁹ sb̄ quo deget. nō debebit eum defensare sed cum eodē iusticiam petēti tenebitur ministrare. vt de cōmuni molēdinatore. etiā in libro priori ē prenotatum

Sup in p̄stitutione Kazimiri incipien. Franciscus falco. fo. xxi.

De aruipirio ⁊ incendio siluarum

Incendarij Borre. siluaꝶ et Gajoꝶ q̄z uis infames non efficiunť. tn̄ iure polonico cōuicti. vitā redimant

f Requēter solz euenire Qz nobiles seu plebei. borra Siluā aut Gayum dictum zapustha cuiuscunq̄z ex industria intrātes aut casu Caumathe al's pozarem succendunt. Si de hoc per dominum ville fuerint inculpati. Tales nō alio iure. nisi iure polonico sic̄ incēdarij debēt iudicari. Et licz honori ipsorum per hoc minime derogetur. nihilominus tn̄ cōuicti. si fuerit Kmetho. ⁊ nō habet vnde soluat. redimat saltē vitam. decē marcis sicut pro capite plebei. dare est cōsuetum

Supra i cōstitutōe Kazimiri Magni incipien. Licet antiq̄tus. fo. xxj

De venationibus Leporum.

In alterius hereditate venationem exercens tp̄e segetū tres marcas soluat

c Um āt lepores venātes solēt paupibus hominibus nō modica inferre nocumēta bona eoꝶ. ⁊ fruges. cōculcando eapropter. statuēdo inhibemus Qz a festo sancti Adalberti. vsq̄z ad cōgregationē omnium frugnz hyemalium ⁊ estiualium de cāpis in bonis alterius. absq̄z voluntate eiusdē. venari nō presumant Al's passo dānum tres marcas. pro pena talis nouerit se incursurum

De cane. aut fera aliena. per aliquē recepta

Feram. aut canē alterius aliquis recipiens. ꝑ pena tres marcas et al's tres marcas ei cui⁹ fuerit soluere tenetur

n Onnulle displicētie. seu Controuersie inter nr̄os sb̄ditos. ⁊ Nobiles in venacionib⁹ oriuntur. eo q̄ aliqui feras agitatas. aut canes alterius. recipe nō formidant nec verētur. Vn̄ statuim⁹. vt si q̄s imposteꝶ Ceruuz aut aprum onagruz alteri⁹ agitatuz vl' captum vi aut oculte. an̄ Canes alienos ceperit aut rapuerit et ꝑ se vsurpauerit. talis vsurpās ꝑ ferinis siue canib⁹ tres marcas. ꝑ pena. ⁊ al's tres marcas illi cuius fera fuit soluere sit astrictus

De seruis. aut āncillis illiberis. euadētibus aut fugientibus

Seruos illiberos fugiētes retinēs et eos in curia Regis viciniori nō manifestās ei cuꝰ sunt cū pena quindecim restituat

Ji lege Imperiali ꝯtinetur Qꝛ serui illiberi. aut an-
i cille. non possint nec valeant. de manibus dn̄orum
suoꝝ liberari nisi ꝑ eosdē fuerint manumissi. et liber-
tati donate. Sꝫ qꝛ multotiēs tales illiberi. manꝰ suoꝝ dn̄oꝝ
subterfugiētes et euadē volētes. apud alienos Terrigenas
⁊ vicinos latitāt. et obseruātur Et sic tl'i mō dn̄os suos post-
ponētes ⁊ euadētes ad ꝓpria ṝuertuntur Ex q̊ꝝ fuga. dn̄i nō
modica damna percipiunt. ac si hereditatem perderent cum
seruos illiberos dominus vbi vult locare potest acquirendo
hereditatē nouam per ipsos erigendam. Unde si apud aliquē
tales de cetero latitabunt. aut seruabuntur. Idē debet eosdē
retinere. et in curia proximiori domini Regis protestari. Qꝛ
tales habent retentos et seruant Qd̄ si ille facere ommiserit
et dominus seruorum. per testes approbauerit contra ipsum
illiberum domino cuius fuerit soluere tenebitur. cum pena.
Pyantbnadzyescza.

De fraternitatibus Ciuitatum. et rebus ꝑ Palatinum. et Capitaneum Statuendis

Palatini et Capitanei locoꝝ cum ceteris dignitarijs. singulis annis mē-suras. et valorē reꝝ vendibilium imponant. Et mechanici cōtrauenīētes constitutioni. penam. Septuaginta camere regie soluant

Ad precludendam viā fraternitatibus. quas mecha-
a nici Ciuitatum obseruāt Statuimus Qꝛ Palatinus
et Capitaneus cum alijs dignitarijs terre illius sin-
gulis annis. in certa die mensuras. tam frumentorum. q̄ꝫ pā-
norum et aliarum rerum terrestrium que ad forum per Kme-
tones adducuntur. Et que in Regno inueniuntur. precio in-
dicere et corrigere debeant iuxta consuetudinem diutius ob-
seruatam. vt circa easdē Mensuras et precia fraudes non cō-
mittantur Et si amplius contra hanc nostram constitutionē
dicte Fraternitates in quibuscunqꝫ Ciuitatibꝰ inter Mecha-
nicos inueniantur. seu reperiantur Tunc illi Mechanici. in-
ter quos talis fraternitas fuerit reperta. pena Septuaginta
marcaruꝫ. al's Szyedmdyessantb. Camere nostre applicādā
nouerint se incursuros.

Finiunt Statuta ꝛvartensia Vladislai Jagellonis Regis. ⁊c̄

Uladislai Jagello prope Czirzvinſzko ꝯfirmatio

Confirmatio Priuilegiorum et aliorum. Jurium cum additione aliquorum articulorum per Uladiſlaum Jagello Regē ipis Regnicolis in loco Campeſtri prope Czirzvinſzko. De anno domini. M.cccc.xxij. cōceſſorum.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. nō debēt res humane vſqꝫ quaqꝫ deficē in robore et viribus eueruari a quopiā quos ſolida principum firmauit auctoritas. ꝑfectio plantauit lr̄arum et fides plena teſtimonij perfecit Proinde Nos Uladiſlaus dei grā Rex Polonie Necnō terraꝝ Cracouieñ Sādomirie Siradie Lancicie Cuyauie ꝑnceps qꝫ ſupm̄us Lithzvanie Pomeranie Ruſſieqꝫ dn̄s et heres. ꝛc̄ Significamus tenore preſentium q̄b⁹ expedit vniuerſis tā pn̄tib⁹ q̄ꝫ futurꝛ pn̄tium noticiā habituris quō ad fidē eximiā et obſequia ſemꝑ fideli cōtinuata. ſtudio attendeñ quibus Prelati Barones Proceres Nobiles ac vniuerſa Regni noſtri Milicia nunc ſuis nos dirigēdo cōſilijs nunc in bellis nunc in alijs caſibus et cōtingētijs noſtris infatigabili virtute nobis adherendo gratos ſe nobis reddiderunt et quottidie reddunt inceſſanter et aucta fidelitatis ſue preſtantia adhuc magis reddere poterint in futurum ꝓpter que regalis munificētie noſtre dona merentur a nobis recipere. ¶ Horum intuitu volētes ipſos gratiaꝝ noſtraꝝ fauoribus preuenire. et eorum profectibus quos ſemper cuꝫ ꝓprijs computamus intēdere. quatinus ſic ad noſtra ſeruicia valeant feruencioribus animis conuolare. Ad inſtantes peticiones ipſorum nobis cum humilitate oblatas et maxime ad p̄ces interuentus et ſuaſum Sereniſſimi fratris noſtri Chariſſimi dn̄i Alexandri al's zvytorvdi Magniducis Litzvanie ſpeciales infraſcripta iura libertates et exēptiones velut ipis accomoda et neceſſaria ꝑpetuis tꝑib⁹ ipis ꝯcedim⁹ duratura

☞ Cōmendat Regia Maieſtas Regnicolas ſuos. recēſendo v̄tutes eoꝝ q̄ꝫ multiplices

☞ Exp̄mit Regia Maieſtas affectuꝫ quem habet ad ſubditos ſuos.

Sūmariū — Wladislai Jagello prope Czirwinszko.

☞ Rex nō dꝫ cudere monetā absq̄ cōmuni suoꝝ regnicolarum ꝯsensu et decreto cudēs al's monetam clam pena legis ē puniendus.

¶ Inprimis pollicemur quodāmodo et in antea nunq̄ absq̄ consilio suasu et consensu et ānuentia speciali prelatoꝝ et Baronum Regni nostri monetā nunc currentē in regno nr̄o vel aliā extraneā aut de nouo inuētam cudere faciemꝰ aut cudi permittemus ⁊ cudētes iuxta ipsorum demerita penis legis afligemus vt per hoc dāna et importabilis subditoꝝ nostrorum penuria per cuiꝰ abusum hec vbiq̄ in regno nostro habundarunt tempore nostri Regiminis feliciter auferatur.

☞ Meminit statutoꝝ Kazimiri magni Wislicie editoꝝ

¶ Queādmodum diue memorie dn̄s Kazimirus olim Rex Polonie antecessor noster hoc ipsis concesserat et in libro terrestri quē cū prelatis et Baronibus suis quondam Wislicie in Conuentione generali edidit et pro memoria sempiterna dereliquit. ¶ Itē vt gratia vberiori cōsolētur a nobis etiā nos fide et seruicijs amplioribus prosequantur promittimus qđ exnunc et decetero nunq̄ alicuius subditi regni nostri cuiuscunq̄ dignitatis eminētie status aut gradus fuerit bona hereditaria recipiemꝰ ꝯfiscabimus recipi vel confiscari faciemꝰ

☞ Rex promittit nulli Regnicolarū recipere bona pro q̄cunq̄ excessu nisi quis fuerit iure cōuictus

¶ Nec se de eis ꝑ nos vel officiales nostros vel alios quoscunq̄ homines intromittemus vel intromitti faciemus pro quibuscunq̄ excessibus aut culpis nisi prius suꝑ hoc p̄cedat iudicium nostroꝝ quos ad hoc deputauerimus cum nostris Prelatis Baronibus matura cognitio et sentētia sequatur.

☞ De granicieb' per regē faciēdis

¶ Item nolumus a modo nec debemus alicui petēti nostrā Maiestatē granicies limitum seu graniciēꝝ huiusmodi cum bonis villis et hereditatibus nostris distinctionē denegare. vel differre dummō ꝑ vim et violētiam nō exigatur a nobis.

☞ Nullus Judex pōt effici capitaneꝰ illius terre cuiꝰ est iudex.

¶ Item cum ex hoc non modica subditis nostris cōtingant dispendia si Judices in terris in quibus presunt iudicijs in Capitaneos preficimus ꝓpterea exnunc et in antea. Nolumꝰ aliquē Judicē illum terre illi in Capitaneum p̄ponere in quo iudicio presidet et Judicij obtinet potestatē.

☞ Penas in subditis suis Rex nemini debet cōferre

¶ Preterea vt inter Nobiles regni nostri et alios subditos iurgia cōtentiones discidia strages et homicidia submoueantur que possent verisimiliter suboriri dum penas nostras que nobis de Judicijs nostris proueniunt familiaribus vel alijs subditis nr̄is ad eoꝝ importunas peticiones ab illis concedimus exigēdas qui ad illas nobis condēnantur Proinde presenti scripto pollicemur nunq̄ alicui hmōi penas in subditis nostris dare assignare et deputare, ex quacunq̄ causa vel ratione sed eas per

officiales nr̄os ꝓ nobis faciemus exigere: aut eas illis q̄ nobis ad eas sunt obnoxij pia mā̄suetudine indulgere: vl' al's ꝯ exactis disponere iuxta nr̄am regiā voluntatē. Ceterū cuꝫ oībus terris quas regni nostri ambit⁹ comprehendit velut vnicus princeps ⁊ dn̄s equaliter dominemur nō ē equum vt varijs modis iudicandi populus nob̄ subiectus: ⁊ sub nr̄o exn̄s regimine in varios rit⁹ iudicioꝝ dilabatur. ¶ Preterea ꝑpetuo edicto statuim⁹ vt oēs ⁊ singuli homines regni nr̄i cui⁹cunqꝫ ꝯditiōis status dignitatis aut grad⁹ fuerint cās in iudicijs nr̄is terrestribus ꝓponeñ. vel ꝓponere volētes singulariter singuli ⁊ gn̄al'r vniuersi eodē iure mōis ꝯsuetudinib⁹ ⁊ rittibus nobilib⁹ ꝑ regnum nr̄m potiātur nec audeāt. Iudices sedib⁹ ⁊ tribunalib⁹ iudicioꝝ nr̄oꝝ p̄sidētes alios modos rittus ⁊ ꝯsuetudines circa terminos ⁊ sentētias obseruare: nisi illos quos p̄fati dn̄i Kazimiri p̄dictus liber ⁊ ꝯsuetudines doceāt ⁊ informēt ad quē semꝑ recurrant. Quicq̄d āt ꝑ ipos aliter fuerit iudicatum ⁊ sententiatum irritum: remaneat et nullius roboris vel momenti. ¶ Insuper licꝫ collectores nr̄i ꝑ terras nr̄as Craco. ⁊ Sādomirieñ. ꝓ exactiōib⁹ nostris vulgariter Krolesthwo nuncupatis in signum subiectōis: ⁊ veri dn̄ij nobis solui ibidē in moneta currenti ꝯsuetis grossis prageñ. a Kmetonibus receperint ⁊ nr̄o infiscauerint. Thezauro ne tn̄ hoc valeat imposteruꝫ dictis terris parare aliq̄d detrimentum: vel iuribus eorundē derogare decernim⁹: ⁊ edicto ꝑpetuo statuimus: vt amodo in dictī terrī Cracouieñ. ⁊ Sandomirieñ. nō alia nisi currēs ⁊ cōmunis in regno moneta: ꝓ hmōi exactiōibus nostris exigatur. hoc ꝓuiso q̄ si aliqui subditi nostri in dictis terris a suis Kmethonibus ꝓ ipsoꝝ censibus grossos prageñ. receperint vl' recipere voluerint: illi etiā Kmethones: ad solueñ. nobis similes grossos pragenſ ꝓ exactōibus nostris per nr̄os collectores arceātur. ¶ Postremo vt subditi ⁊ indigene regni nostri tā spirituales quā seculares absqꝫ vlla ambiguitate viribus et ꝑuilegijs que nobis dudum a nr̄is predecessoribus diue memorie regibus polonie ⁊ a nobis sunt ꝯcessa securius vti possent ⁊ potiri: nec aliqua circa eoꝝ continentiā hesitatione suspendi: omnia ⁊ singula priuilegia iura libertates ⁊ cōcessiones nr̄as: ⁊ nostroꝝ predecessorum predictorum quas obtinent sub quacunqꝫ forma verboꝝ in omnibus punctis conditionibus articulis sententijs et clausulis presentibus in-

☞ In omnib⁹ terris regno Polonie subiectis vnuꝫ ius. vna cōsuetudo iudicij debeat obseruari

☞ Exactio dicta Krolesthwo. q̄ al's duorum grossoruꝫ seu poradlne nūcupatur cōi moneta ⁊ pragensibus grossis debet solui.

☞ Confirmat oīa priuilegia et libertates vniuersis regnicolis.

nouamus ratificamus approbamus. et robur perpetuuꝫ apponimus et addimus eisdem. In quorum omnium et singulorum premissoꝝ testimonium sigillum nr̄m p̄ntibus ē appensum. Actum in Colo Cāpestri stationum Exercituum nr̄oꝝ. vltra Vislam ppe monasterium Cirzwinszko dioci. plocen̄. in Crastino scte̅ Marie Magdalene electe. Anno dn̄i. M.cccc. xxij. presentibus p̄fato Serenissimo fratre nr̄o dn̄o Alexandro al's Witowdo Magnoduce Lituanie etc̄. Carissimo consensum et ꝯsilium ad omnia p̄missa prestante et prebente. necnon Reueren̄. in xp̄o patribus ac magnificis et nobilibus viris dn̄is Nicolao archiep̄o Gneß. Jacobo episcopo plocen̄. Eccliaꝝ Joanne de Tarnow Craco. Sandiuogio de Ostrorog Poznanien̄. Nicolao de Michalow Sandomirien̄. Nicolao d̄ oporow Lācicien̄ Pallatinis Martino d̄ Kalijnowa Siradien̄. Boblzone d̄ Olesznijcza woijnijcien̄ Martino de Rithwanij Zawijchostien̄. Castellanis Paulo de Bogumijlowice Cracouien̄. Petro de Widawa Siradien̄. Pradota Sarnowski Lancicien̄. Judicibus et alijs pluribus Baronibus et militibus nostris fidelibus dilectis Datum p manus reuerendi in christo p̄rs dn̄i Alberti episcopi Cracouien̄ regni Polonie Cancellarij supremi: et venerabilis Joannis decani Cracouien̄. vicecancellarij nobis sincere dilectoꝝ.

Ad mandatum p̄sonale ipsius dn̄i nr̄i regis p̄nte et p̄mouente illustrissimo p̄ncipe dn̄o Alexandro: al's witowdo Magnoduce Litwanie p me Albertum ep̄m et Cancellarium sup̄scriptum.

¶ Wladislai Jagello Statuta de libertatibus Regnicolarum tã spiritualium ꝙ̃ secularium in Jedlna concessum priuilegiũ: tamen datum erat Cracouie Rege ex Jedlna illic veniente: ⁊ sic in thezauro ꝯtinet̃ scriptũ

V Ladislaus dei gratia Rex Polonie: necnõ terrarum Cracouie Sandomirie Siradie: Lancitie: Cuyauie Lituanieq₃ p̃nceps: Pomeranie: Russieq₃ dñs ⁊ heres ⁊c. Significamus tenore p̃sentium quibus expedit vniuersis. Quomodo libramine vere ratiõis pensantes intemerate fidei ⁊ insupabil' v̈tutis ꝯstantiã: q̃bus incole regni nr̃i Polonie in bell' ⁊ certaminib⁹ q̃ cum ꝓsperi auspice dño nr̃oꝝ triumphoꝝ successib⁹ sepe sepiusq₃ ꝓ defensiõe nr̃a: ⁊ r̃gni eius de hostium sustinẽdo. insult⁹ suscepim⁹ placẽ nob̃ meruer̃t. ⁊ voti nr̃is obsecundatõe fidli nõ absq₃ varijs ꝑicul' corpm ⁊ extenuatõe reꝝ deuota sbiectõe vbiq₃ ⁊ sp̃ ꝑuer̃t. Hoꝝ intuitu ⁊ alioꝝ ꝯtẽplatõe meritoꝝ q̃ excelsa dona nr̃e municẽtie nõ indigne ꝓmerẽtur. Volẽtes etiã vt beniuolẽtia eoꝝ fidei affect⁹ q̃s cum tãta sinceritate ⁊ in filios nr̃os: p̃claros p̃ncipes vladislauz ⁊ Kazimiꝝ direxer̃t q̊ꝝ vnum quẽ aptiorẽ ad regimẽ regni cognouerint: quẽ nr̃is req̃sitiõib⁹ admoniti: sibi expleta vite nr̃e ꝑiodo ꝓ r̃ge p̃ncipe dño ⁊ herede regni h⁹. Polonie ⁊ terraꝝ Lituanie ⁊ Russie: q̃s p̃clar⁹ princeps dñs Sigismund⁹ Kerstuthi magn⁹ dux Lituanie: frater nr̃ caris sim⁹: ꝓut in p̃ntiaꝝ possidet ⁊ dꝫ ad tp̃a vite sue possidere: ⁊ p⁹ obitum eius ad nos: ⁊ filios nr̃os p̃dictos ac coronã v̈a ⁊ hẽditaria successiõe deuolui. sic̃ patẽtib⁹ lr̃is ad h̃ ꝯfecti ẽ firmatuꝫ deuote ⁊ humil'r susceper̃t: ⁊ corõa regni sceptrisq₃ regalib⁹ cuꝫ solẽnitate cerimoniaꝝ debita: ꝓmiser̃t tãq₃ veꝝ ⁊ legittimuꝫ successorẽ: p⁹ q₃ etatẽ legittimã habuerit insignire: dignis ꝓ g̃ta vicissitudine regie celsitudinis munerib⁹ cõpẽsentur. ¶ Oĩa iura ⁊ ipoꝝ p̃uilegia q̃ dudum: circa coronationẽ nr̃am ⁊ alijs p⁹ moduꝫ momẽtis ⁊ tp̃ib⁹ ip̃is: ꝯcessimus vl' q̃ eis alij r̃ges ⁊ p̃ncipes veri hẽdes regni Polonie p̃decessores nr̃i ab ãtiq̃s tp̃ib⁹ ꝯcesser̃t: patrocinio p̃nti p̃uilegij nr̃i ratificam⁹: approbam⁹ renouam⁹ ⁊ ꝯfirmam⁹ sub in-

Wladislaus cõfirmat p̃uilegia ⁊ iura ꝑ predecessores sui s is icolis. R. P. data interpretãdo obscura.

trascriptoꝝ moderamine articloꝝ. q̊ꝝ reglatiōe: si q̄ obscura tēoꝛ p̄dictoꝝ ꝑuilegioꝝ ꝯphēdit sēsuꝫ r̄cipiēt clarioꝛē: ⁊ ābigua oīm dubietate carebunt: ꝑ q̄ intellectꝰ ꝯfundi ⁊ nasci errores ꝯsueuer̄t.

☞ Eccl'ie om̄es in suis libertatibus et emunitatibꝰ conseruantur quibus tp̄e Kazimiri s̄cdi ⁊ Ludowici regum vtebantur.

❡ Primo q̄dē ꝙ vniuersas edes sacras seu eccl'ias in om̄ibꝰ eoꝝ viribꝰ eumnitatibꝰ ⁊ libtatibꝰ ac metiˀ ⁊ distinctōibꝰ antiq̄s q̄bꝰ tp̄ibꝰ duoꝝ p̄decessoꝝ nr̄oꝝ polonie r̄guꝫ ⁊ ducum fruebātur volumꝰ om̄imode ꝯẜuare: dignitates āt eccl'iasticas ⁊ secl'ares r̄gni polonie: eq̊ mō circa iura ⁊ ꝯsuetudines ac libtates ip̄oꝝ: q̄ ⁊ q̄s tp̄ibꝰ serenissimoꝝ p̄ncipum dn̄oꝝ Kazimiri Ludouici ⁊ alioꝝ reguꝫ ac ducum hē duꝫ regni polonie obtinebāt dimittimꝰ ꝑsistere et ꝑmanere.

☞ Dignitates in aliqua terra vacañ. nōnisi nobilibus et terrigenis illius terre benemeritis sunt conferende.

irrita nulliusq; esse roboris penitus voluit vel momenti. ¶ Precipiens sub indignatione imperialis Banni. Vniuersis et singulis Principibus. ac dominis temporalibus. Consulibus potestatibus. et aliis in officiis publicis constitutis quatinus. extunc ipsorum statuta. et ordinationes que in preiudicium Ecclesiastice libertatis edita fuerant omnino reuocarent. et de luce tollerent. quodq; scd̄m ea non iudicarēt amplius. nec sententias dictarent. aut eisdem in iudicio. vl' extra iudicium quomodolibet pro se Et contra ecclesiasticam libertatem. potirentur. ¶ Pronunciauit insuper. et eadem imperiali decreuit auctoritate Q quicunq; laycus. cuiuscunq; status. vel conditionis existeret. ausu sacrilego. et proprie temeritatis. audacia sacerdotem vel clericum Secularem. vel religiosum diffidaret proscriberet. captiuaret. spoliaret. occideret. mutilaret. aut in carcē detineret. ac huiusmodi maleficia perpetrantes scienter acceptaret. vel fauorem illis prestaret preter penas a sacris Canonibus. et Legalibus sanctionibus eis inflictas. Eoipso redderetur infamis. ac omni honore priuatus. Nec ad placita. vel consilia nobilium admitteretur quouismodo. ¶ Hortans insuper et requirēs in domino prelatos. in illis partibus Constitutos vt legem imperialem huiusmodi: per eorum Ecclesias. et Sinodos publicarent. Ne transgressores huiusmodi. per simulatam ignorantiam. suas valerent malicias excusare. put in edita tali lege. predicta plenius continetur. ¶ Cum autem sint exibita nobis. nuper pro parte dilectorum filiorum Prepositi decani et Capituli. Ac clericorum ppetuorum Beneficiorum in Ecclesia sancti Petri Figlarien̄ Maguntinensis diocesis. Et p̄latorum tam secularium q; regularum. ac Cleri cōsistentium infra limites prepositure eiusdem ecclesie. petitio continebat adeo quorundam Laycorum. et dominorum temporalium in oppido Figlarien̄ dicte diocesis. infra eosdē limites. ac etiā Figlarien̄. loci circumuicinis malicia inoleuerit. Q huiusmodi imperiales sanctiones transgredi non verentur. et ecclesiasticas libertates violare p̄summunt. pro parte Prepositi decani Capituli. prelatorum. et Cleri predictoꝝ Nobis fuit humilitr supplicatum. vt eis. puidere super p̄missis. de opportuno remedio dignaremur. ¶ Nos igitur vestigiis prefati

☞ Laycꝰ. diffidās seu captiuās. spoliās vulnerās. vl' occidēs Clericū vel religiosum. &c p̄ter penas a sacris canonibus & legibus inflictas infamis efficit̄ & oī honore priuatur.

☞ Hortat̄ Karolus p̄latos vt legē imperialem. p Eccl'ias & Sinodos publicarent

☞ Postulatio cleri Maguntinen̄ p cōfirmatiōe ↄstitutionis Caroline

predecessoris nostri inherentes. huiusmodi suplicationibus inclinati. Discretioni vestre. per appostolica scripta. Mandamus. quatinus vos vel duo. aut vnus vestrum. per vos vel alium seu alios. Constitutiones predictas in dicto oppido. et in alijs locis circumuicinis Auctoritate nostra faciatis inuiolabiliter obseruari Transgressores vero. ac violatores. ⁊ cõtemptores. ac sacrilegos predictos. Necnon contradictores quoslibet. et rebelles per Censuram ecclesiasticam. appellatione postposita compescendo. inuocato ad hoc si fuerit opus auxilio Brachij secularis. non obstante si aliquibus communiter vel diuisim. A sede appostolica sit indultum. qđ interdici. suspendi. vel excommunicari non possint. per litteras appostolicas. non faciendo plenam et expressam ac de verbo ad verbum. de indulto huiusmodi mentionem. Datum. ⁊c.

Sũmariũ

☞ Papa mandat has cõstitutiones imperiales. obseruari inuiolabiliter. sub pena excõmunicationis.

Finit Bonifatius Carolinam et suam Bullas.

☞ Joānes papa. Olomunceñ Luto- misleñ. et Miseneñ. epis scribit inherē- do vestigijs Hono rij tertij. sui ꝑdeces- soris. instante epo et prelatis Ecclesie Wratl

i

Oannes Episcopus Seruus
seruorum dei. Venerabilibus
fratribus Olomucensi et Lu-
thomislen̄. ac Miseneñ. Epi-
scopis salutem. et appostolicā
benedictionem. Justis ⁊ hone
stis suplicum votis. libenter annuimus. il-
lacꝫ fauoribus prosequimur opportunis.
Dudum siquidē Honorius papa Tertius
predecessor noster. attente considerans. ꝙ
Clare memorie Fredericus scdus Roma-
norum imperator semper Augustus. Ad
laudem Romane ecclesie. Et sacri dec⁹ im-
perij. Cupiens vt expurgatis quorundam erroribus. et ini-
quis statutis. penitus destitutis. De cetero ecclesie Et eccle-
siastice persone. plena quiete vigerēt. Et secura libertate gau
derent. ac pie et iuste attendens ꝙ quorundam. peruersorum
iniquitates adeo abundauerant. vt non dubitarent. Contra
Ecclesiasticam disciplinam. et sacros Canones Statuta con
fingere. aduersus Ecclesiasticas personas. et Ecclesiasticam
liberrarem edita tali lege. huiusmodi statuta iniqua irritaue-
tar. et preceperat irrita nunciari. Ac omnia statuta. et consue
tudines. que Ciuitates. et loca potestates vel Consules. aut
quecunqꝫ alie persone. Contra libertatem ecclesie. vel ꝑsonas
Ecclesiasticas edere vel seruare temptarent. Contra Canoni-
cas. vel imperiales sanctiones. de ipsorum Capitularibus.
infra duos Menses. post ipsius legis publicationem. peni-
tus aboleri facerent. Et si de cetero similia attemptarent. ipo
iure decreuerat esse nulla. Et eos sua iurisditione priuādos
Necnon locum. vbi deinceps. talia presumpta fuissent ban-
no Mille marcarum. auri. preceperat subiacere. Potestates
vo. ꝯsules Statutarios. et scriptores statutoꝝ ꝑdictoꝝ. nec
nō Consiliarios locorum ipsoꝝ et qui scdm statuta. ⁊ ꝯsuetu

☞ Hec confirma tio concordet per omnia cū ꝑcedenti. Ideo h nō summat

dines memorata iudicarent. Extunc essent ipso iure infames quorum sententias. et actus legittimos. statuerat aliquatenus non teneri. Quodque si per annum prefate Constitutionis. inuenti fuissent contemptores. Bona eorum. per totum suum imperium mãdauit impune ab omnibus occupari. Saluis nihilominus alijs penis. Contra tales. in Concilio generali, promulgatis. Et insuper voluerat idem imperator. quod nulla communitas. vel persona publica. seu priuata Collectas. siue exactiones. angarias. vel per angarias ecclesijs. vel alijs pijs locis. aut ecclesiasticis personis. imponerent. Aut inuadere Ecclesiastica bona. presumerent. Quod si secus facerẽt. triplum refunderent. Et nihilominus Banno imperiali subiacerent. quod absque satisfactione debita. nullatenus remitteretur. Statuerat insuper. quod quecunque communitas. Uel persona. per annum in excommunicatione. propter libertatem Ecclesie violatam persisteret. ipso iure imperiali Banno subiaceret. a quo nullatenus extraheretur. nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinauerat. Quod nullus ecclesiasticam personam. in criminali questione. vel Ciuili trahere. ad iudicium seculare presumeret. Contra canonicas sanctiones. et constitutiones imperiales. Quod si secus faceret. actor a iure suo caderet. iudicatum non teneret. etiam iudex foret. extunc iudicandi auctoritate priuatus. Quodque iudices temporales. qui clericis. vel ecclesiasticis personis. iusticiam denegare presumerent Tertio requisiti. suam iurisditionem ammitterent Prout in dicta imperiali Cõstitutione. plenius continetur. Dictus inquam predecessor. constitutionem ipsam. De consilio etiam fratrum suorum Sancte Romane ecclesie Cardinalium appostolica auctoritate aprobans. et confirmans. ipsam mãdauit inuiolabiliter obseruari. Necnon statutarios. scriptores. et violatores predictos. excommunicatos. auctoritate appostolica predicta publice nunciari Et deinde ad audientiam. diue memorie Karoli quarti. etiam Romani imperatoris semper Augusti. deducto Quod nulli. seculares in potestatibus. et officijs publicis constituti. videlicet Duces comites Barones et alij domini temporales Necnon Consules ciuitatum. Oppidorum. villarum. et locorum Rectores in nonnullis prouincijs constituti dei timore postposito. statuta singularia et iniquas

Joannes papa Carolinā cōstitutionē

ordinationes. motu proprio de facto. Contra personas eccle siasticas Ecclesiarum libertates. ⁊ earum priuilegia condide rant eisq̧ de facto. et publice insistere presumpserant. Contra Canonicas ⁊ legittimas sanctiones. Utpote ꝙ nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferentur. Neve Clerici in sacris constituti. ad agendum ⁊ testificādum in Ciuilibus. ⁊ maxime in pijs causis. aliquatenus admitterētur Neq̧ excōmunicati laici. et publice denunciati in Ciuili foro minime repellerentur. Et insuper cum predicti domini temporales. Consules ⁊ Rectores. per secularem potestatē res ⁊ bona Clericorum occuparent. ⁊ arestarent. ac oblationes Christifidelium diminuerent. ⁊ restringerent Exactiones ⁊ tallias indebitas de bonis. ⁊ redditibus eccleiarum exigerent. ⁊ extorquerent. Possessiones ecclesiaꝝ. ⁊ personarum earundem deuastarent. incendijs. ⁊ rapinis Contractus inter Clericos ⁊ laicos factos legittime. ad libros ciuitatum villarum. ⁊ locorum predictorum. inscribē. ⁊ sigillare recusarent. donata ⁊ legata. ad fabricas. ⁊ Ecclesiarum structuras Contra prelatorum voluntatem. Et aliorum quorumcunq̧ intererat. Contra iusticiam vsurpare presumerent. ⁊ in fraudem. ⁊ odium clericorum De bonis etiam. ⁊ rebus clericoꝝ. que non causa negotiationis. sed pro eorum vsibus ꝓprijs per eorum terras. ducebant. seu duci faciebant theloneum exigere. ⁊ recipere non verebantur. Et ꝯfugiētes ad eccl'ias. ⁊ eoꝝ Cimiteria inde extrahē. Cōtra sanctiones imꝑiales presumebāt Idē Karolus imꝑator tāquā Cristianissim⁹ ꝑnceps Volēs in ꝑmissis ꝓuidere remedio salutari. Etiā de principꝫ Ducum Comitum. ⁊ Baronuꝫ Fideliumq̧ alioꝝ: sacri imperij ꝯsilio. Et auctoritate imꝑiali. q̄cunq̧ statuta. ⁊ ꝯsuetudines Predicta. tāquā ꝑ Canonicas. ⁊ Ciuiles sanctiones expresse reprobata. Cassouie irritauit. ⁊ annullauit. ac cassa. et irrita. nulliusq̧ esse robori penit⁹ voluit. vł momēti Precipiens sꝫ indignatione imꝑialis Banni. Uniuersis. ⁊ singl'is ꝑncipib⁹. ⁊ tꝑalib⁹ dn̄is. Cōsulib⁹ ꝑtātibus. ⁊ alijs ī officijs publicī ꝯstitutī. q̄tin⁹. extunc ipsoꝝ statuta. ⁊ ordinationes q̄ sunt in ꝑiudiciuꝫ eccl'ie libertatis edite. omnino reuocarent. Et de luce tollerent. Neq̧ secundum ea non iudicarent amplius. Nec sententias dictarent. aut eisdem in iudicio. vel

extra iudicium. quolibet ꝑ se. ⁊ ꝯ Eccliasticā libertatē. poti-
rentur Pronunctiauit insup. ⁊ eadē imperiali decreuit aucto
ritate Vt quicunqꝫ laicus cuiuscunqꝫ status: vl' conditionis
existat Ausu sacrilego. ⁊ ꝓpria temeritatꝫ audacia sacerdotē.
vel Clericum secl'arē: vl' religiosum diffidaret. ꝓscriberet. dif
famaret. captiuaret. spoliaret. occideret. mutilaret. aut in car
cere detineret Ac hmōi maleficia ꝑpetrātes. sciēter receptaret
vel fauorē eis pstaret. pter penas. a sacris Canonib⁹ ⁊ legali
bus sanctionibus eis inflictas. eo ipo redderetur infamis Et
omni honore puat⁹. nec ad placita. vel cōsilia Nobilium ad-
mitteretur quīsmō Hortās insup. et in dn̄o reqrēs plátos in
illis ptibus ꝯstitutos. vt legē impialē hmōi ꝑ ipsoꝝ ecclias.
et Sinodos publicarēt. ne trāsgressores hmōi. ꝑ simulatam
ignorātiā. suas valerēt malicias excusare. ꝓut in edita tali le-
ge pdicta. pleni⁹ ꝯtinetur Cum āt sicut exibita nob nuꝑ ꝓ pte
Venerabilis fratris nr̄i Episcopi wratislauien̄. Et dilectoꝝ
filioꝝ Cleri Ciuitatꝫ. et dioc̄ Vratislauien̄ petitio ꝯtinebat a-
deo ꝑuersoꝝ. qrundā. laicoꝝ ī Ciuitate. ⁊ dioc̄ Vratislauien̄
⁊ alijs locꝫ circumuicinis habitātium malicia inoleuerit. ꝙ
hmōi impiales Cōstitutiones. trāsgredi nō veretur ⁊ Eccl'ia
sticas libertates violare psumunt. ꝓ pte eorundē Epi ⁊ Cleri
nob fuit humil'r suplicatum. vt ꝓuidere eis suꝑ pmissis opor
tuno remedio dignaremur. Nos igitur vestigijs dicti pdeces
soris nr̄i inherētes. hmōi suplicationib⁹ inclinati Fraternita
ti vr̄e. ꝑ applica scripta. Mādam⁹. qtinus vos duo. aut vnus
vr̄m. ꝑ vos vl' alium. seu alios Cōstitutiones pdictas in pfa-
tis ciuitate. ⁊ diocesi wratislauien̄. et alijs locꝫ circumuicinis
auctoritate nr̄a. Faciatis inuiolabiliter obseruari. Necnō sta-
tutarios Scriptores. ⁊ violatores pdictos excōmunicatos.
publice nunciari ⁊ ab omnib⁹ alijs arctius euitari. Applica
auctoritate. faciatis: trāsgressores ac violatores. ⁊ ꝯteptores
ac sacrilegos pdictos. Necnō ꝯdictores qslibet. ⁊ rebelles ꝑ
censurā eccl'iasticā appellatione postposita ꝯpescēdo. inuoca
to ad h etiā. si opus fuerit auxilio brachij. secl'aris nō obstāte
si aliqbus cōmuniter. vl' diuisim a sede applica sit indultum.
ꝙ interdici. suspēdi. vl' excōmunicari nō possint. ꝑ l'ras appli
cas. nō facien̄ plenā. ⁊ expssam. ac de vbo ad vbum. de indul
to hmōi mētionē. Datum Rome apud sanctum Petruꝫ. xiij
Kalendas Martij. pontificatus nostri Anno tertio.

¶ Wladislaus Jagello Rex polonie. confirmat Statutū Kazimiri Magni. et penam decernit. cōtra eos. q̄ ad bellū eundo. dāna inferunt in bonis Spiritualiū. et monasteriorum. et secularium

Quanquā felicis recordationis Kazimirus Rex polonie. Predecessor noster. cū nōnullis p̄ncipib⁹ terraꝝ Regno et maiestati sue contrariantibus. per multa tempora bella ⁊ expeditiones habuerit. fecerit. tenuerit. ⁊ exercuerit. nunq̄ȝ tamen tempore felicis sui regiminis regni: per bellatores. tot ⁊ grauia damna. pericula sacrilegia. effractiones. Ecclesiarum. ⁊ deuastationes bonoꝝ Ecclesie. ⁊ Monasteriorum. ac alioꝝ bonoꝝ fuerunt. nec sunt tot. ⁊ tā grauia vti felici tp̄e nr̄i regiminis Regni (quod ꝯdolētes referim⁹) ꝑpetrata. ac cōmissa. ¶ Statuerat em̄ et ordinauerat. laudabil̄r p̄fat⁹ p̄decessor nr̄. cum prelatis. ⁊ dn̄is regni sui. Qr oēs. et singuli regnicole. ad expeditionē euntes. q̄cunq̄ȝ nomine censeretur. nunq̄ȝ in Ciuitatib⁹. oppidis. villis. allodijs ⁊ alijs bonis tam Ecclesiaꝝ. ⁊ monasterioꝝ. ⁊ secl̄arium. q̄ edificia hn̄t. ȝ in cāpis. vel rubetꝫ stationē facē: nullasq̄ȝ rapinas. bonorum quorumcunq̄ȝ et violentias cuiq̄ȝ inferre debuissent.

☞ Ad bellū eūtes nō i ciuitatib⁹. opidis. villis. vel allodijs Spūaliū vel seculariū. faciāt stationem. ȝ in cāpis.

¶ Item. Statuerat cum prelatis et dominis predictis. leui ori comparatione expensarum ad expeditionem trāseuntium et vtilitate regni pensatis. Qr euntes ad expeditionem. pro expensis suis comparandis: bouem pro media marca. vaccam pro octo scottis. pro fertone porcum Mutonem pro duob⁹ grossis. duas aucas pro grosso vno Sex pullos pro grosso. Capetam tritici. pro duobus grossis Capetam siliginis. pro grosso. et Capeta auene pro grosso similiter emere debuissent Quod statutum per longam consuetudinem terrigenarum nostrorum. fuit et est tētum ⁊ laudabiliter obseruatum. Sȝ tempore felicis nostri regiminis regni. quorundam incolaꝝ regni nr̄i detestanda ꝑuersitas. nesciens abstinere a vetitis.

☞ Eūtes ad bellū bouē media marca vaccā octo scottis. porcum fert. Mutonem duob⁹ grossis. duas aucas vno grosso. Sex pullos vno grosso. Capetam tritici duobus grossis Siliginis vno grosso Capetā auene grosso comparabunt.

nec debito mō. gaudē ꝯcessis tā laudabile statutū. ī abusū
dampnabilem. deducētes. nō tātum p̄missa. ſ multo plura. ⁊
maiora mala q̄ diuine maiestatis offensam Regniq̄ nr̄i deso
lationem. inducē̄ videtur. ferociter ꝑpetrādo ꝯmisit. ꝓut ex
subditoꝝ nr̄oꝝ q̄relis. ⁊ q̄rulosis clamorib⁹. ꝑcepim⁹: et nos
ipsi. certa experiētia. ꝓbauim⁹ Ex q̄bus in regno nr̄o. multa
scādala. magna pericula et grauia incōmoda. necnon destru-
ctiones Eccl̄iaꝝ. ⁊ monasterioꝝ sunt secuta Et āpliora sequi
(nisi celeri remedio succurratur) verisile ē ī futuꝝ. ¶ Nos igi
tur p̄missis. ⁊ alijs malis occurrere. ⁊ in demnitati⁹ Regni
nr̄i. ⁊ eccl̄iaꝝ monasterioꝝq̄. ꝓuida circumspectione ꝓuidē
cupiētes Tā laudabile statutum. p̄dicti p̄decessoris nr̄i. de cō
silio pariter ⁊ assensu. p̄latoꝝ ⁊ dn̄oꝝ Regni nr̄i approbātes
illud auctoritate nr̄a Regia ꝯfirmam⁹. nr̄is vob̄ dātes in mā
datis. q̄tin⁹. tam laudabile statutum in Ciuitatib⁹. ⁊ opidis
nr̄i Regni. ac ipius ꝯfirmationē. ⁊ approbationē publicare.
et ꝓclamare faciatis: illudq̄ ab omnib⁹ regnicolis nr̄is. sub
obtētu gr̄e nr̄e obseruari p̄cipiati. Trāsgressores vo ipius no
bis ⁊ illis q̄bus dāna intulerint penā Syedmnadzyescza. al's
xiiij marcas vel maiorē penā illi⁹ terre. ꝑ cuius Terrigenas p̄
dicto statuto ꝯtrauētum fuerit. vna cum illatis dānis. ⁊ iniu
rijs. soluere tenebuntur. ¶ Que dāna ⁊ iniurie p illi⁹ solius
iuramētum. cui illata sunt. q̄cunq̄ ille sit corā nob̄ ꝓbari dn̄t
Excepti pōtificib⁹. q̄ cum sepius ex diuersis. in remoti ꝑtib⁹
cās agē̄ hn̄t. ꝓcuratores ipsoꝝ. discretos et ydoneos Spiri
tuales vel nobiles seclares Nob̄ istud p̄stent ¶ Vobis nihi
lominus hmōi trāsgressores statuti p̄ntis. nr̄a approbatione
et ꝯfirmatiōe. iudicādi ꝯdēnādi. ad satisfactionē ꝯpellēdi. et
puniēdi. omnib⁹ dilatoib⁹ remoti. omnimodā dam⁹ ⁊ ꝯmit
timus facultatē ¶ Mandātes vob̄. omninoq̄ hr̄e volētes
Qꝛ p̄ntes nr̄as approbationis. ⁊ ꝯfirmationis. hmōi lr̄as.
in libro terrestri. de v̄bo ad v̄bum. ad ꝑpetuā memoriā scribi
⁊ inferri faciatis Nos igitur ⁊ vladislaus dei gratia Rex polo
nie. ⁊c̄ Hoc laudabile statutum sup̄ius notatum Serenissi-
mi p̄ncipis ⁊ dn̄i Kazimiri dei gr̄a Regis olim polonie. p̄de-
cessoris nr̄i. renouan̄. ꝯfirmamus ⁊ ad librum iuri terrestris
scribi. ⁊ notari iussim⁹. ꝓut antea in statuti eiusdē dn̄i Regis
Kazimiri ꝯtinetur. ac in omnib⁹ prius enarratis. obseruari.
et [illegible]eri. fecimus. de cōsilio prelatoꝝ. ac dn̄oꝝ nostrorum.

☞ Vladislaus rex cōfirmat statutum Kazimiri. et mādat illud publicari Trās gressores statuti pena. xiiij. marcaꝝ vna cum illatis dānis ꝑ cellendos.

☞ Dāna iuramento solius. cui illata sunt. ꝓbari debent. pontificibus in remotis agētib⁹ exceptis. q̄ p. ꝓcuratores ydoneos. tā sp̄uales q̄ seculares nobiles istud prestabunt.

☞ Dat Rex auctoritatem Judicibus trāsgressores. iudicandi. cōdemnandi puniēdi. et ad satisfaciendū cōpellēdi.

☞ Ad ꝑpetuā rei memoriā. Rex mādat. hanc confirmationem. in librū terrestrē scribi ⁊ īserri de v̄bo ad verbum

¶ Constitutio Kazimiri Regis Tertij filij Wladislai Jagellonis. de pfectione bellica et pro damnis in profectione illa cōmissis in cōuentione Piotrkouiensi generali Sabbato post festum sancti Andree appostoli. Anno domini Millesimoquadringentesimoquinquagesimoseptimo edita per quaz datur arbitrium. damna passis. excōmunicandi Judices pro iniustitia

Ista cōstitutio Kazimiri eadē ē i forma cum constitutione Wladislai sui pgenitoris preter paragraphū illum Q2 si vos autaliquis vestrum

K Azimirus dei gratia Rex polonie. Magnusdux Lithwanie Russie prussieqz dñs. et heres. Uniuersis et singulis. Capitaneis Regni nr̄i tā generalib⁹. q̄z particularibus. quibuscunqz terris. et districtibus presidentibus. Gratiam et beniuolentiam Regalē Magnifici Generosi. et Nobiles fideles nr̄i dilecti. Quāqz felicis recordationis Kazimirus Rex polonie predecessor noster. cum pluribus hostibus Regni sui. per tpa multa. bella. expeditiones. habuerit fecerit tenuerit. et egerit. nunq̄z tñ tpe felicis sui regiminis Regni. p bellatores. tot et tam grauia damna pericula. sacrilegia. effractiones bonorum. ecclesie et monasterio2. fuerunt et sunt cōmissa. quod et quam grauia tpe nostri felicis regiminis regni. q2 dolenter referimus fuerunt. et sunt cōmissa. et perpetrata. Statuerat eñ et laudabiliter ordinauerat. prefatus p̄decessor noster. cum prelatis. et consiliarijs regni nostri. Q2 omnes. et singuli regnicole. quocunqz nomine censeātur. ad expeditionem euntes nunq̄z in Ciuitatibus. oppidis. villis. allodijs et alijs bonis tam Ecclesiarum. et monasteriorum. q̄z secularium que edificia habent. sed in campis. vel rubetis stationem facere Nullasqz rapinas. bonorum quorumcunqz cōmittere et violentias inferre cuicunqz debuissent ¶ Item statuerat cum prelatis et consiliarijs predictis. p leuiori cōparatione expensa2. ad expeditionē transeuntium. comoda. et vtilitate regni pensatis Q2 euntes ad expeditionē. p expēn

Supra i con stitutiōe incipit. Ego dit reipublice. fo. xxv.

ſis ſuis cōparandis bouē ꝓ media marca. vaccā ꝓ octo ſcott
porcum ꝓ fertone. mutonē ꝓ duob⁹ groſſis: duas aucas ꝓ
gr. caſſulā tritici ꝓ duobus gr. Caſſulā ſiliginis ꝓ gr. ⁊ caſſu-
lā auene. ꝓ gr emere debuiſſent. Qđ ſtatutum ꝑ lōgā ꝯſuetu
dinē terrigenaꝝ nr̄oꝝ. fuit ⁊ ē tentum ⁊ laudabil'r obſuatū
Sed tpe nr̄i felicis regiminis quorundā regnicolaꝝ nr̄oꝝ de
teſtanda ꝑuerſitas. neſciēs abſtinē a vetitis: neqꝫ debito mō
gaudere ꝯceſſis tā laudabile ſtatutum. in abuſum dānabilē
deducēs: nō eī̄ p̄miſſa. ſꝫ multo plura. ac maiora mala. q̄ ma-
ieſtatis diuine offenſam: ⁊ regni nr̄i deſolationē inducē vidē
turærociter ꝑpetrādo ꝯmiſit: ꝓut ex ſubditoꝝ nr̄oꝝ clamori
bus q̄rulosis. ꝑcepimus. ⁊ nosipſi certa expientia ꝓbauim⁹.
Ex q̄bus in regno nr̄o, multa ſcādala. mag̃ ꝑicula. ⁊ ḡuia in-
cōmoda. necnō deſtructōes eccl'iaꝝ ⁊ monaſterioꝝ ſunt ſecu
ta ⁊ ampliora ſeq̄ (niſi celeri remedio ſuccurratur) veriſil'r p̄ſu
mitur in futuꝝ. Nos igitur p̄miſſis. ⁊ alijs malis occurrere.
⁊ indēnitatibus regni nr̄i. ac eccl'iaꝝ ⁊ monaſterioꝝ vtilitati
bus ꝓuida circumſpectōe. ꝓuidere cupiētes. tā laudabile ſta
tutum p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ. pariter ⁊ aſſenſu p̄latoꝝ. cōſiliarioꝝ
regni nr̄i approbātes. illđ auctoritate nr̄a regia ꝯfirmauim⁹
Vob. ⁊ cuilibet vr̄m dātes in mādatꝭ: q̄tin⁹ tā laudabile ſta
tutum. ac ipius approbationē. ⁊ ꝯfirmationē. in ciuitatibus
⁊ oppidis. regni n i. publicari. ⁊ ꝓclamare faciatis Illud q̄ꝫ
ab omnib⁹ regnicol' nr̄is. ſub obtētu gr̄e nr̄e obſuare p̄cipia
tis. trāſgreſſores vo ipi⁹ nob. ⁊ illis q̄b⁹ dāna intulerint. pe-
na Sijethmadzijeſcha. vl' maiorē penā terre illius. ꝑ cui⁹ ter
rigenas p̄dicto ſtatuto ꝯtrauentuꝫ fuerit. vna cuꝫ illatꝭ dam
nis. ⁊ iniurijs ſoluere tenebuntur. q̄ dāna. ⁊ iniurie ꝑ illi⁹ ſo-
lius iuramētum. cui illata fuerint. q̄cunqꝫ ille ſit. corā nob ꝓ
bari dꝫ. Exceptis pōtificib⁹: q̄ cum ſepi⁹ ex diuerſ cauſ. in re
motis ꝑtibus agere hn̄t. ꝑ ꝓcuratores eoꝝ diſcretos: ⁊ ido-
neos ſpirituales vl' nobiles ſecl'ares corā nob illud p̄ſtēt Vo
bis nihilominus. ⁊ vr̄m cuilibet. hmōi trāſgreſſores ſtatuti
p̄n̄ti nr̄a approbatiōe. ⁊ ꝯfirmatiōe iudicādum. et ꝯdēnāduꝫ
ſatiſfacere cōpellēdum. puniendum. omnibus dilatiōib⁹ re-
motis omnimodā dam⁹ ⁊ cōmittim⁹ tenore p̄n̄tium facl'tatē
¶ Qđ ſi vos aut aliq̄s vr̄m. in exhibēda iuſticia. iniurias aut
dāna paſſis: poſtq̄ꝫ ꝑ eos req̄ſiti fueritꝭ: negligētes: ac remiſ
ſi fueritꝭ: poterint ꝑſone eccl'iaſtice ꝯ vos: ⁊ quēlibꝫ vr̄m pro

☞ Judices ſecula-
res. iuſticiā facere ne
gligeñ. dāna paſſis
poſtq̄ꝫ fuerint requi
ſiti. p̄n̄t ꝑ ꝑſonas ec
cleſiaſticas cēſurari
et compelli.

☞ In optiōe et arbitrio ē. passi damnum. an ad iudicez spiritualē vel secularem voluērit p iusticia recurrere

1457

huiusmodi negligētia: vti iure spirituali ꝛ p iudices ecclasti
cos: cēsuris eccliastici ꝯpellere: qbus vos subiicim⁹. ¶ Volumus tñ esse in optiōe. ꝛ arbitrio iniuriā. aut dānum passi:
ꝙ possit ꝛ valeat sup dānis ꝛ iniurijs. sibi illatis. ad eccliasti
cum vł secularē iudicē p iusticia recurrere. ¶ Mandam⁹ vo
bis ꝛ cuilibz vrm omnino hr̄e volētes: ꝙ pntes nr̄as hmōi
approbatōis ꝛ ꝯfirmatiōis lr̄as in libro terrestri ď vbo ad v
bum. ad ppetuā rei mēoriā scribi. ꝛ inseri faciatis: in testimo
nium futuroꝝ: secus nr̄e grē. sub obtentu nō facturi Actum
ꝛ datum pijotrkorvie. in ꝯuētione gñali Sabbo post festuz
sancti Andree apli. Anno dñi Millesimoqdringentesimoqn
quagesimoseptimo: nr̄o sub sigillo pn̄tibus sub appenso ꝛ ē
Pn̄tibus ibidē reuerendissimo reuerēdisqꝫ in xp̄o prib⁹ dñis
Jobe in scē ecclie Gnesneñ. archiepo. ꝛ pmati: thoma Crac
Jobe Vladislavieñ. cācellario Andrea posnanieñ. epis vene
rabiliqꝫ Jobe Luthkonis ď Brzeszije. vtriusqꝫ iuris docto
re archidiacono Gnesneñ. Vicecancellario rgni polonie. nec
nō magnificis. generoß. strennuis. ꝛ nobilib⁹ Jobe de czijs
sorv Castellano ꝛ capitaneo Cracovieñ. Stanislao ď Ostro
rog Calissieñ. Derslao de Rijthrvijanij Siradieñ. Petro de
Oppororv Lācicieñ. Nicolao ď Cosczijelecz. Vladislavieñ.
palatinis. Andrea de sprorva Palatino ꝛ Capitaneo Leopo
liēsi. petro ď schamothuli Posnanieñ. Petro de Gaij Calisiē
si. Dijncza de Rogorv Siradieñ. ꝛ regni Polonie Vicethe
saurario Creslao ď Curozrvijālri Lubliñ. Johanne ď borek
brezensi. Petro ď mosczijna Dobrineñ. Petro ď Strijkorv.
Vladislavieñ. Stanislao de Schijdlokrvijecz Zarnovieñ.
Castellanis Creslao voijschijk de Voijcza Cracovieñ. San
dirvogio ď Lāzenicza Sandomirieñ. ꝛ capitaneo Lublineñ.
Floriano de Paczanorv Crac. Cristino de Smolsko Juni
rvladislavieñ dapiferi. Jobe Kraska de Lubnijcza Calisieñ
Jacobo de Damno Cracovieñ. pincernis. Et alijsqꝫ plurib⁹
fidedignis: circa pmissa. Datum p man⁹ pfati Reuereñ. pa
tris dñi Johānis Epi Vladislavieñ. Cancellarij. ꝛ venerabi
lis Johannis Luthkonis ď Brzezije: vtriusqꝫ iuris doctori
archidiacono Gnesneñ. R. P. vicecācellarij sincere noß dile
ctis. Sub sigillo nr̄o pn̄tib⁹ appenso. in fidem pmissoꝝ: Ad
relationem eiusdem reuereñ. pris. domini Johannis episco
pi Vladislavieñ. Regni Polonie cancellarij.

Kazimirus tercius confirmando statutū Wladislai Jagellonis contra sustinētes excōicationum sententias constituit.

Sūmariū

¶ Confirmatio priuilegij: Wladislai Jagellonis. contra eos. qui excōmunicatiōis sententias. vltra annum sustinent. per Kazimirum tercium eiusdem Jagellonis filium. Pijothrkouie. Feria quarta post festū sācti Georgij proxima. Anno domini. Millesimoquadringentesimoquinquagesimooctauo cū insertione eiusmodi priuilegij.

IN noīe domini. Amen. Nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie. Magnus dux Lituanie ⁊c̄. Ad perpetuam rei memoriam significamus ꝑ presentes ⁊c̄. Et si regni nostri subditis: clementie nostre ⁊ regalis ꝓuisionis. in augēdis cōmodis: ac iuribus. immunitatibus: ac libertatibus cōseruandis sinum extendimus. Quātomagis ecclesijs (Unde laus: et honor: altissimo Jesu cristo: omnium creatori: salus ꝗ ꝓuenit animaꝝ Necnō ꝑsonis et mēbris eccl'iasticis) id facere et impendere cōuenit. ¶ Proinde felicis memorie: serenissimus princeps. dominus Wladislaus Rex Polonie ⁊c̄. ꝓgenitor nr̄ charissimus. et p̄decessor: iniq̄tati hominum occurrendo. ⁊ ecclesiastice libertati. eiusq̧ membris ⁊ personis ecclesiasticis ⁊ secularibus paci et indemnitati sui regiminis ꝯsultius ꝓuidendo: suas certas. ⁊ patentes lr̄as. statuti fec̄ ⁊ ꝯdidit hmōi sub tenore. ¶ In nomine dn̄i amen. Wladislaus dei grā Rex Polonie: necnon terraꝝ Cracouie Sādomirie: Siradie: Cuyauie: Lancicie: Lithuanieq̧ p̄nceps supmꝰ Pomeranie Russieq̧ dn̄s ⁊ heres Ad ꝑpetuā rei mēoriā etsi subditoꝝ nr̄oꝝ secularium ꝯmodis. de benignitate Regia. libenter intēdimus Juraq̧ et libertates ipoꝝ: ꝯtra detestandam malignoꝝ. prauitatē. Ditionis nr̄e p̄sidio. cōfouemus: multomagis tn̄ regis pacifici. dominatoris vniuersoꝝ exem

¶ Kazimirus tercꝰ exordiēdo ꝯfirmationē meminit cōstitutōnum. sui patris Wladislai Jagello ꝓ libertate eccl'iastica ⁊ personis ecclesiasticis editarum

¶ Wladislaꝰ Jagello. priuilegiū. originale: de lib̄tate eccl'ie ⁊ ꝑsonis eccl'iastice incipit.

Sūmariū

Uladislaus Jagello Cracouie ↄtra ex cōi

plo. ꝑ quē reges regnāt: ⁊ ꝑncipes dn̄antur. Eccl'iam suā sā-
ctā ⁊ ꝑsonas spirituales. ⁊ seculares: sibi subiectas in iurib⁹
⁊ lib'tatib⁹ ac statutis. a sanctꝭ p̄rib⁹ editꝭ. ↄseruare ⁊ tueri ↄ
uenit. ⁊ ip̄as ab omni imp̄ssionum incursu p̄seruare. Noscat
igitur. tā p̄ns etas: q̄ꝫ posteritas futuroꝝ. Qꝫ quāqꝫ sacris
canonibus: salubriter sanccitum. ⁊ lege humana. vtiliter sit
ꝓuisum Qꝫ q̄cunqꝫ ꝑnceps: seu capitane⁹. baro. aut nobilis
miles aut vasallus. Et general'r queuis alia ꝑsona spiritual'
aut secularis. cuiuscunqꝫ status: dignitatꝭ: gradus ⁊ ↄditio
nis existat.

¶ Deus velut vniuersalis dn̄ator decimas sibi dari iussit.

¶ Decimas q̄s sibi deus in signum vniuersalis
dominij: ꝓ alimēto seruiētium reddi censuit. Necnō: domos.
tributa: castra: villas munitiōes: possessiōes: ⁊ queuis bōa
ac alias res: mobiles ⁊ immobiles: ad eccl'ias et pija opa: ac
religiosa loca. ꝑsonasqꝫ eccl'iasticas spectātes: ac etiā paupe
rum hominum. in ipsoꝝ bonis degētium. rapuerit. inuaserit
occupauerit aut illicite detinuerit exactionauerit: tallias: seu
collectas imposuerit. seu iniuste impignorauerit: aut occasio
ne pignoris. aliq̄d extorserit. vel quouis q̄sito colore graua-
uerit. vel rapi. inuadi. occupari. detineri. impignorari. seu ex-
actionari. mādauerit. ordinauerit. seu ratuꝫ habuerit. aut ra
ptorē. inuasorē: occupatorē: ⁊ detētorē illicituꝫ. cuꝫ re rapta
inuasa occupata ⁊ detēta ↄseruauerit: seu in defensionē: susce
perit aut ī bonis eiusdē. notoriuꝫ dānum vl' māifestā offensā
intulerit.

¶ Raptor inuasor ⁊ occupator detentorqꝫ bonoꝝ eccl'iasticoꝝ: ⁊ quilibꝫ dās occasionē: talia exercendi penis. ⁊ censuris eccl'iasticis debet subiacere.

¶ Nisi omnia. ⁊ singula. rapta. inuasa. occupata.
seu pignerata restituerit. Necnō de iniurijs ⁊ dānis illatis.
ac manifesta offensa cōdignā emendam. ⁊ satisfactionē impē
derit: cum ipsoꝝ cōplicib⁹: penis ⁊ cēsuris eccl'iasticis debet
subiacere.

¶ De his q̄ vltra vnum annū cēsuras sustinēt ecclasticas

¶ Tn̄ qꝛ nōnullaꝝ ꝑsonaꝝ secularium. regni nr̄i
adeo irrepsit ⁊ inoleuit iniquitas. Qꝫ penas. ⁊ censuras in et
ↄtra tales. tā a canone q̄ꝫ ab homine ꝓmulgatas in sensum
dati reprobum. vltra annum animo indurato in contēptum
clauium sancte matris ecclesie animarumqꝫ suaꝝ periculum
Statutorumqꝫ predictorum vilipendium. ⁊ scandalum cri-
stifidelium plurimoꝝ. sustinere non formidant. ꝓpter quoꝝ
culpam. diuine vltionis gladius sepius perimit innocentes.
vnde etiam pullulant hereses. variaqꝫ insurgunt. animaruꝫ
pericula.

¶ Meminit wladislaus ↄstitutionū ꝑ suos p̄decessores ꝓ libertate ecclesiastica sanccitarum.

¶ Nos igitur Uladislaus qui intensis desiderijs.
p̄decessoꝝ nr̄oꝝ exemplo. tanq̄ꝫ tutor. ⁊ conseruator iurium.
libertatum. et priuilegiorum in ecclesia. personarūqꝫ sibi sub

sectarum ꝓpagationem.libertatis ecclesiastice:ex debito af-
fectamus:ad executionē debitā statutoꝝ hmōi procedere cu
pientes:cum frustra conderentur leges:nisi executioni debi
te demādarentur. ¶ Ex quo etiam quos timor dei et mucro
spiritualis.a malo nō reuocat pena temporalis:debet coher
cere presenti nostro regio decreto.de consilio ꝛ vnanimi pre-
latorum ꝛ baronum nostrorum voto.scientia ꝛ assensu:vo-
lumus decernim⁹ ꝛ firmissime ac irrefregabiliter ꝑpetuo ob
seruari pollicemur. Statuimusq; ꝛ ordinamus ꝑ p̄ntes: vt
dum aliq̄s indigena regni nostri.cuiuscunq; status ꝛ cōditi-
onis existat.ꝓpter raptum decimaꝝ vel aliarum reꝝ ecclesia
sticaꝝ occupationē:aut rōe excessuu; quorumcunq; siue etiā
in ꝯtumaciam:de nō parendo iuri ꝛ mādatis sancte ecclesie.

¶Quos mucro spi ritualis a malo non reuocat pena tpalis debet cohercere.

¶ Sententia excōicationis iuste fuerit innodatus.ipsamq;
vltra annum legalem ꝑtinaciter sustinuerit nec curauerit ad
gremiu; sancte matris ecclesie redire.ꝛ.ꝑ excessu debitā emē
dā exhibere. Extunc anno huiusmodi elapso omīa bona eius-
dem excōmunicati mobilia ꝛ immobilia:q̄ tunc possederit de
bent recipi ꝑ locoꝝ capitaneos quibus subiacent ꝛ apprehē
di.tenenda ꝛ possidenda:tādiu ꝑ Capitaneos hmōi quousq;
ꝑ eosdē excōmunicatos vl' capitaneos memoratos.de huius
modi bonis.damna vel valor rei ipsis lesis vel iniuriam pas
sis plenarie exoluantur. ¶ Quibus solutis bona prelibata.
prefatis excōmmunicatis nō nisi absolutis.decernimus vice
uersa restituenda ꝑ capitaneos prenotatos. ¶ Mandamus
igitur omnibus ꝛ singulis regni nostri Capitaneis ꝛ vicesge
rentibus eorundem.quatinus ad compescendam.talium ex
communicatorum pertinatiam duriciam ꝛ temeritatem.pre
missa nostra saluberrima decreta executioni debite debeāt de
mandari perpetue et in euum.totiens quotiens.ꝑ prelatos.
aliasq; ꝑsonas tam ecclesiasticas q̄; seculares.super hoc fue-
rint requisiti ꝛ moniti.

☞ Cuiuslibet excō municati vltra an- nū legalē excōicatōs ꝑ quocunq; excessu sustinētis oīa bona mobilia vl' imobilia dn̄t ꝑ loci capitane um apprehēdi ꝛ tā- diu teneri.quousq; de eis ꝑ excōicatum vel eūdē capitaneu; satisfactō ꝑsone lese impendatur.

☞ Solutiōe facta iniuriā passis et ab solutiōe obtēta.bo- na ꝑdicta.raptori ꝑ capitaneū restituat

☞ Mādatū regis ad capitaneos.

¶ Qd si prefati capitanei.Tenutarij-
q; nostri aut loca tenentes eorundē pro tempore existētes in
executiōe premissorum:tardi fuerint vel negligētes. Extunc
ipsos omnes.ꝑ huiusmodi negligētia per loci ordinarios:ia
culo anathematis indulgemus feriendos:harum quibus si
gillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actu;
Cracouie Sabbatho.primo ante festum Purificationis ma
rie virginis. Anno domini. Millesimoquadringentesimotri

☞ Capitanei remis si in executiōe ꝑmis- soꝝ ecclesiasticis cen- suris sunt feriendi

cesimotercio presentibus Reverēn in christo patribus dominis Sbigneo Cracovieñ. et Joāne Chelmeñ. epis. Necnō magnificis. et Nobilib9 Nicolao de Michalow Castellano Cracovieñ. Petro de Pijes krowasskala Palatino Crac. Joanne. Glowacz de Oleschnycza Marsalco Regni polonie. et Joanne de Conijeczpolije. Ac alijs q̄plurib9 militibus nostris dilectis. Datum per manus venerabilis Stanislai de oppo- row. decretorumdoctoris. decani Cracoviensis Sedisaplice protonotarij regni nostri predicti Vicecancellarij. nobis sincere dilecti ad Relationem Magnifici Joannis de Conijecz- polije. ¶ Nos itaqz vestigia ꝓgenitoris. et predecessoris nr̄i prelibati charissimi: toto mentis nostre conatu insequi et amplecti satagentes: lr̄as huiusmodi statutuz laudabile in se cō tinentes cum eorum toto tenore de ꝯsensu et voluntate prelatorum et baronum ac consiliarioꝝ regni nostri: approbam9. innovamus: ratificamus: et confirmamus tenore presentiuz mediante. Quo circa omnibus et singulis pn̄tibus et futuris regni nostri capitaneis tenutarijs et eoꝝ vicesgerentib9 Mādamus quatinus p̄dictas nr̄i progenitoris statuti lr̄as in omnibus clausulis. punctis. et conditionibus teneant: et ad unguem ꝑpetuo: et inviolabiliter observent. Aliosqz in suis capitaneatibus tenutis et districtibus ipsis quomodolibet subiectos suppositos cuiuscunqz p̄eminentie gradus: aut ꝯditōnis existant. arceant: et cōpellant iuxta vim et formam p̄dictarum ꝓgenitoris nostri litteraꝝ quotiens tā ꝑ p̄latos: quam al's ꝑsonas ecclīasticas et seculares fuerint sup hoc requisiti. et postulati. ¶ Quod si ipsi capitanei et tenutarij seu ipsoꝝ loca tenentes. ꝑ tp̄e existētes in premissoꝝ executione se remissos et negligentes: aut al's quomodocunqz difficiles reddiderint extunc ipsos et eoꝝ quēlibet ꝓpter hmōi incuriā et cōtēptum mādatoꝝ nr̄oꝝ excoicationum sentētijs et censuris ecclīastici in eos ꝑ locoꝝ ordinarios: eorumqz vicarios et officiales generales fulminandos et ꝓmulgandos subdimus et subicim9 ac perpetuo subiacere decernimus et obligamus tādiu ꝑcedendum: quousqz ad ipsaꝝ executionem lr̄aꝝ curaverint ꝓcedere cum effectu. Harum quibus sigillum nr̄m est appensum testimonio lr̄aꝝ Actum in ꝯvētione generali pȳothrkoviensi. ꝓ festo sancti Adalberti celebrata feria quarta post festum sancti Georgij ꝓxima. xxvj. mensis Aprilis Anno dn̄i

Kazimir9 terci9 statu. & i paternū cōfirmans Mādat omibus capitaneis et eoꝝvicesgerentibus hāc cōstitutionē tenere in omibus suis punctis. Aliosqz sbiectos. ad tenenduz compellendos fore

¶ Subijcit R. M. Capitaneos negligentes. sentētijs excōicationū per loci ordinarios contra eos fulminandis.

Millesimoq̄drīgētesimoq̄nq̄gesimooctauo p̄ntib⁹ ibidē re 1458
uerēdissimo reuerēdisq̄ꝫ ĩ xp̄o p̄rib⁹ dñis Johē sctē Gnesneñ.
eccl'ie archiep̄o ꝛ p̄mate Thoma Crac. Johē Uladislauieñ.
ꝛ regni Polonie cācellario: ac Andrea posnanieñ. eccl'iarum
ep̄is: venerabiliq̄ꝫ Johē Luthkonis d' Brzezije vtriusq̄ꝫ iu-
ris doctori archidiacono Gnesneñ. ꝛ vicecācellario regni po-
lonie. Necnō magnificis generosis nobilib⁹ ꝛ strennuis Jo-
hāne de Czijzow Castellano. Johē de Thanczijn Palatino
Crac. Luca de Gorka Posnanieñ. Stanislao de Ostrorog
Calischieñ. Derslao de Rijthwanij Sādomirieñ. Petro de
Opporow lancicieñ. Nicolao de Cosczelecz Bresteñ. Pala
tinis. Andrea odrowansch de Sprowa: Palatino ꝛ capita
neo Leopolieñ. Johē de Pijlcza. Hijncza de Rogow Sira-
dieñ. ꝛ regni Polonie vicethezaurario. Petro de Thurow.
Sandomirieñ. Petro d' Strijkow Uladislauieñ. Stanislao
Schijdlowijecz. zarnowieñ. castellanis Creslao v oijschijk
d' voijcza Crac. Sādiuogio de Lāczenicze Sādomirieñ. Jo
hāne Curothpathwa d' laczuchow lublineñ. Succamerari
is. Nicolao d' brzezije regni polonie Marsalco Johē craska
de Lubnijcza Calischieñ. Johē de Sczekoczijnij Dapifero.
Sandomirieñ. Nicolao Lublineñ. Nicolao Pijenijaschecki
de Uijthwicze Crac. capitaneo. Johē de Melsthijn. Johā-
ne de Tharnow. Jacobo de Dampno Pincerna. Nicolao d'
Chrzansthow tribuno Cracouieñ. ac venerabilibus. Jaco-
bo de Sijenno Gnesneñ. ꝛ Cracouieñ. Jacobo Loth d' dāp-
no decano Cracouieñ Johāne de Pnijow decretoꝝ doctore.
Archidiacono Johē Uoijschijk de Uoijcza Custode Crac.
Petro Spinek de Banthkow Gnesneñ. ꝛ Cracouieñ. Ca-
nonico. Et alijs q̄ꝫpluribus fidedignis circa p̄missa. Datum
per manus prefatoꝝ Reuereñ. patris. domini Johānis Epi:
Uladislauieñ. ꝛ Cancellarij: ac venerabilis Johannis luth
konis de Brzezije vtriusq̄ꝫ iurisdoctoris archidiaconi Gnes
neñ. ꝛ vicecancellarij Regni Polonie sincere nobis dilecto-
rum Ad relationem prefati venerabil' Luthkonis d' brzezije
doctoris vtriusq̄ꝫ iuri archidiaconi Gnesneñ. Uicecācellarij

Sūmariū

Kazimirus tercius in opatorviecz statuit

¶ Kazimirus tercius Wladislai Jagellonis filius in oppathorvijecz sanxit Statuta de raptoribus et inuasoribus bonorum ecclesie que edidit i Nouaciuitate sub data infrascripta.

k

Azimirus dei gratia Rex Polonie. Magnusdux Lituanie. Russie Prussieqȝ dn̄s ꝛ heres ꝛc. Uniuersis ꝛ singul' Capitaneis Signanter tn̄ Cracouien̄. Sādomirien̄. nouecíuitatis Radomien̄. Lublinen̄. ꝛ alijs vbilibet cōsistentibus presentibus requiren̄. sincere ꝛ fidelibꝰ dilectis. Gratiam nostrā cum fauore Magnifici ꝛ generosi sincere: ꝛ fideles nostri dilecti. Nō sine graui animi molestia: ac diuine vltionis metu quotidianas spiritualium regni nostri querelas, lacrimis etiam permixtas audimus. Quomodo ipsi per terrigenas belligeros. qui ad expeditionem generalem proxime preteritam procedebant in bonis ecclesiasistis preter morem terrestrem: dānificati sunt. Uolentes itaqȝ vltionem diuinam intercipere: nr̄aqȝ animaduersione preuenire Cum omnibus consiliarijs nostris in oppatorvijecz exercitualiter congregatis talē modum inuenimus statuimusqȝ: per quem ipsi spirituales dampna sua per viam iuris repetent breuiorem. ¶ Qz quilibet, ꝑ dampnis suis: possit coram capitaneo loci: cui damnificator ipse subiacet eum conuenire quē ipse capitaneus ꝓ dampnis illatis nō secus qꝫ pro articulo castrensi. vno ex quattuor iure descripto iudicare debebit. ¶ Et admittere probationē actori: sicut violētia domestica: aut si actor id egerit: quod arbitrio eius deferimus purgatione iuramenti more castri reus iudicetur. ¶ Si vo capitaneus in longa distantia fuerit: coram quo reus deberet trahi in causam: poterit actor spiritualis opportunitate capta: dum ipsi in partibus Cracouiēsis ꝛ non maiorispolonie essemus constituti: ad nostri presentiam reum citare: quem nulla districtus euocatione volumus excipi: sed more bellico actori iusticiam ministrare: que omnia descripta de spiritualibus bene possessionatis terrestri domi

☞ Inferens alicui spūali dānū coram capit. cui subest est cōueniēdus ꝛ nō secus quā ꝓ articulo castrēsi vno ex quatuor ꝑ eū iudicādus
¶ Actori sup dāno illato incūbit ꝓbatio: als reus iurabit se esse immunem a damno illato
☞ Capitaneo a loco lōge distante ꝑt. Actor reū corā rege in terra Crac. agēte cōuenire. sine districtus exceptione.

 Sūmariū

nio siue hereditario intelligere volumus. ¶ De alijs vo spiritualibus inferioris conditionis: qui propter eorum egestatem in iudicijs terrestribus: maxime sic remotis non sufficient impendere. Extunc poterint in iure eoruz ecclesiastico dānificatores suos conuenire: in quo quandocunq3 iuste conuicti fuerint: et censuras vltra annum sustinuerint volumus q3 rigidissime. constitutio d talibus edita. obseruetur. et q3 turri mancipentur. hanc volumus. a iudicibus spiritualibus. et actoribus seueritatez moderari: vt nec illi in petendo. siue existimando damna sua: nec isti in decernendo modum excedāt rationabilis equitatis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est sub appensum. Datum in Nouaciuitate Corczijn: feria sexta proxima ante dominicam Oculi. Anno domini. Millesimoquadringentesimoseptuagesimoquarto. Ad mandatum domini regis.

¶ Spiritualib9 inferioribus. nō habētibus impensas in iure terrestri. conceditur facultas cōueniendi suos damnificatores in iure spirituali. qui si cōuicti cēsuras vltra annuz sustinuerint in turrī inijciaantur.

1474

Finit kazimirus tercius statutū contra raptores bonoruz eccl'ie.

Sūmariū

Interdicta ⁊ excōicatiōes. ꝓ iniurijs eccl'ie

¶ Ut āt tollātur dubia de Interdictis et excōicatis: iuxta statutū ꝓuīcie Gnesneñ. pro raptu ⁊ iuasiōe bonoꝝ ⁊ ꝑsonaꝝ eccl'ie Nos Alexāder Rex ad informatiōẓ subditoꝝ nostroꝝ spiritualiū et seculariū. iura diuina nō callētiū decisiōẓ ď corpe iuris ⁊ ď libris eccl'ie doctoꝝ sup statuto ꝓuīciali Gnesneñ. scriptā. ꝑ venerabilē Nicolaū Cottfijcz Archidiaconū Posnanieñ. et Canonicū Gnesneñ. iuris pontificij ac legū doctorē collectā congestis per nos priuilegijs Regni communibus ascripsimus sub ordine infrascripto

☞ Inuasor bonorum ecclesie est excōmunicandus

Statutū ꝓuincie Gnesneñ. positum sb ti. de rap. disponit ⁊ statuit. Qr hij q̄ decimas. possessiōes tributa ac bona mo-
s bilia ad ecclesias personasq̧ eccl'iasticas: ac eorum subditos spectantia: rapiunt. inuadunt: occupant: exactionant: iniuste pignorant: extorquent: vel quouis sumpto colore grauāt: aut in bonis eisdem. notorium damnum seu manifestā offensam inferunt. post tres dies (nisi satisfecerint) Excommunicationis sententiam incurrunt ipso facto.

Circa qđ statutū. Noto primo. id qđ notat panormitan⁹ in rubri. de sagitt. Qr hic rubꝝ est generali⁹ nigro. Rubrica em̄ loq̄tur solum de raptorib⁹. Text⁹ vo etiā ď illis q̄ alioquin dānum: grauamen aut offensam faciunt: absq̧ eo ꝙ aliq̄d rapiant auferant ⁊ exportent

☞ Damnum proprie in rebus

Pro clariori tn̄ statuti intelligētia: p̄mitto p̄muẓ: ꝙ h̄ vbuẓ dānuẓ ꝓp̄e ꝑtinet ad res ⁊ ē q̄dā destructio seu deteriatio reꝝ ī bōis nr̄is ꝯsistētiuẓ: vt in. l. iij. ff. de dāp. infec. vbi iuriscōsult⁹ dānum vocat p̄rimonij diminutionē.

☞ Offensa ꝑtinet ad personā ꝓprie.

¶ Uerbum vo offensa ꝓprie ꝑtinet ad ꝑsonā: et ē q̄dā iniuria facta ꝑsone seu in ꝑsonā: q̄ hominē ad iustā turbationē induč vt dič bar. in. l. cum filium. ff. ď here. insti. Tn̄ large sumēdo

vocabula aliqn offensam psone vocam⁹ dānum: vn̄ dt alex. in.l.iusurādum.ff.d iureiurā.p.l.si in duob⁹.ff.d reg.iur. q dānum fame pfertur dāno pecuniario. Et ecō dānum rex vocam⁹ offensam psone. vn̄ dic tex.insti.d iureiu. q si cui⁹ bōa q̄si debitori cum tn̄ nihil debeat: possessa sint iniuriā admitti manifestum ē: et sic large dānum et offensa: vnum p alio possunt poni ¶ Hoc pmisso q̄ro: qualr in h statuto capiātur he dcōnes dānum seu offensa vtr stricte et pp̄e an vo large: ita q vnuz capiatur p alio et vnuz intelligatur in alio. Et rn̄deo q capiuntur stricte et pprie: nō em̄ op⁹ ē: vnuz sub alio intelligere: vbi singla ponuntur expsse: q: incerti nō i incerti ē locus subauditōi: l.ptinuam⁹.ff.d v.obli. fac regla in penis li.vi.ex q̄ em̄ statutum est penale deb3 fieri stricta interptatio.

Scdo pnoto q damnū seu offensa habēt se ad rapinā inuasionē occupatiōz et executiōz iniustā pignatiōz extorsionē: sic gen⁹ ad spes: pdicātur em̄ d q̄lib3 ipoz et valz psequētia rapina ē: g dānu3 seu offēsa ē et nō ecō: et sic d singul Capio tn̄ h gen⁹ nō ita pp̄e vt capitur a dyaletici: h̄ bm legistas p eo q ptinet sub se plura: vt not.panor.in.c.pastoral. §.qm̄ de rescptis. ¶ Hoc pmisso q̄ro: an istud statutu3 hēat locum in aliis casib⁹ sub istis vbis gn̄alib⁹.s.dānum seu offensa tacite cōphēsis: vltra casus q̄ sunt spālr enumerati. sez rapina etc. Et rn̄deo q sic p ea q̄ nōt panor.in.c.sedes d rescripris. In scdo nō. et in q̄nta colump. vbi dr̄ q quotiens enumeratis speciebus subiungitur genus sub nomine adiectiuo licet illud genus restringitur: vt non comprehendat nisi species pares expressis Non tamen restringitur ad species expssas tantum: sed ymmo comprehendit omnes alias species tacite sub eodem genere comprehensas: que sunt pares expssis ¶ Cum autem hic enumeratis speciebus: scilicet rapina inuasione etc. Subiunguntur dictiōes generales: scilicet damnum: seu offensa: quibus dictionib⁹ generalibus adiunguntur nomina adiectiua. Nā huic dictioni dammum adiungitur hoc adiectm̄ notum huic dcōni offensa adiungitur hoc adiectiuum manifesta. Dico q h statutum: h3 locum etiā in aliis casibus tacite sub eisdem verbis generalibus comprehensis ¶ S3 q̄ro q̄ sunt isti casus: tacite sub eisdē vbis gn̄alib⁹ cōphesi: dico q sub vbo dānum infert cōphēduntur illi. q̄ incendunt edificia q̄ sunt in bōis ecclie. et q̄ mutilāt aut necāt peco-

☞ Large vnum p reliquo ponitur.

☞ Hic tamen pprie sunt accipiēda.

☞ In penis stricta intptatio faciēda

☞ Damnū et offensa ad rapinā inuasionem etc. sicut gen⁹ ad speciē se habent.

☞ Genus comphēdit species suas.

☞ Statutum puinciale h3 locum in casibus sub verbis generalib⁹ cōphēsis

☞ Hoc notabile declarat precedens

ra ⁊ pecudes. Isti em̄ lȝ nihil rapiāt nihil extorquat ⁊c̄. Tn̄ qꝛ dāt dānuȝ incidunt in penā h⁹ statuti. Sb v̄bo v̄o offensā infert. ꝯp̄hēduntur illi q̄ in bona eccl̄ie veniētes ꝑcutiunt homines familiā aut ſbditos eccl̄ie. Isti em̄ q̄uis nihil rapiunt ⁊ nll̄m dānum faciunt: qꝛ tn̄ offendunt incidunt in penā hui⁹ statuti. ¶ Et qꝛ dr̄ in tex. q̊uis sumpto colore ḡuēt: q̄ro quō possint colorari ḡuamina: d̄ q̄b⁹ in tex. Rn̄deo ⁊ pono exemplū in rapina. ꝑ. c. clericos. d̄ immu. eccl̄. li. vj. siq̄s rapiēdo ꝓtestatur se id nōie doni mutui. aut ꝯmodati accipe. l' pōno exemplum d̄ ill' q̄ veniunt ad bona eccl̄iaꝝ: ⁊ exigunt victualia ⁊ statōes sub colore hospitalitatꝪ asserētes clericos ꝑtinē ad hospitalitatē: vt s̄. d̄ immu. eccle. ī statuto ꝙ incipit Itē cuȝ ad aures Clerici em̄ nō tenētur ad hospitalitatē: nobiliuȝ: diuitum aut stipendarioꝝ: gl'. in. l. j. ⁊. l. omnia. C. de ep̄is ⁊ cl. Sȝ solum ad illam que ꝯtinet offm̄ pietatꝪ. xlij. di. §. j. c. ij. d̄ sup. neg. prel. ⁊ ꝑ dec. in. c. d̄ monachis d̄ p̄ben. ⁊ ꝑ bar. in. c. j. de empt. ⁊ vēdi. ¶ Et qꝛ in tex. dcōnes adiectiue adiuncte v̄bis generalib⁹ q̄lificāt ipa. Nā v̄bo dānum adijcitur qualitas notorij. v̄bo offensa adijcitur q̄litas manifesti ¶ Quero an iste q̄litates notorij ⁊ manifesti debeant referri ad cas⁹ specialiter enumeratos: ⁊ ita q̄lificēt easdē spēs sic̄ q̄lificāt gen⁹ vl' an vnum v̄bum gn̄ale: q̄litatē suā ꝯiceret alteri v̄bo gn̄ali ⁊ eꝯ. ⁊ rn̄deo ꝙ sic. Moueoꝛ ꝑ ea q̄ notat bar. in. l. doli. ff. d̄ ser. coꝛ. vbi dr̄. ꝙ q̄tiēs in aliq̊ statuto enumerātur pl'a delicta: si circa vltimuȝ adijcitur aliq̄ q̄litas. illa refertur etiā ad delicta pri⁹ enumerata ⁊c̄. fac̄ ꝙ nōt panoꝛ. in. c. inq̄sitionē. de appel. dicēs ꝙ q̄litas in fi. dispōnis posita nō r̄stringetur tm̄ ad immediate p̄cedētia: s; ꝯcernit omnia in dispōne ꝯtēta. maxime vt dic̄ phil. in. c. ij. req̄ris. e. ti. ex q̊ nō ē dare d̄ nām. q̄re magi' ad vnuȝ: quā ad aliuȝ r̄feratur ꝑ leges ibidē allegatas. Facit ꝙ nōt idē bar. in. l. p̄toꝛ. §. en ideꝫ. ff. vi. bo. rap. in illa. q. an dicta in p̄cedētib⁹ intelligātur repetita in sequeñ, ꝑ q̄ dico ꝙ ista qualitas notorij: addita v̄bo dānum. Et q̄litas manifesti addita verbo offensa referenda est ad singula tā spāl'r expressa: quam tacite in verbis generalibus comprehensa. ¶ Deinde q̄ro Quō h̄ dcō manifesta. posita in statuto dȝ accipi. ⁊ an̄q̄ȝ rn̄deā. p̄mitto. ꝙ h̄ dcō manifestum. in iure aliqn̄ capitur impꝛop̄e, ꝑ notorio: vt in. c. manifesta. ij. q. j. ⁊. c. qm̄ d̄ filijs p̄sbi. ⁊. c. ex ꝑte. cum. c. seq̄n. d̄ v. sig. aliqn̄ v̄o capitur

Margin notes:

☞ Quō dāna possunt colorari vl' grauamina.

☞ Quō clerici ad hospitalitatē teneātur.

☞ Notoriū ⁊ manifestuȝ ad quid referenda sunt.

¶ Manifestū aliqn̄ ꝓprie: aliqn̄ impꝛoprie accipitur

etiā in ꝯsti tutiōib⁹ p uincialib ... ti. de immu nitate eccle siaꝝ. Cū ... cū ad aure

ꝓprie. ꝑut ē q̄dā spēs de ꝑ se. differēs a notorio. ⁊ hn̄s se ī mi
nus q̄m notorium. ⁊ est illud qđ ꝓcedit ex certo autore. ⁊ p̄t
ꝓbari. xj. q. iij. eoꝝ. ⁊ notatur in. c. cum olim. đ v̄. sig. c. vene
rabilibꝰ. v̄. senes autē de sen. exco. li. vj. ⁊ in. c. vr̄a. de coba.
cle. ⁊ mu. ꝑ glo. ⁊ dec. ¶ Hoc p̄misso: rn̄deo ad quesituꝫ. ꝙ

¶ Verba statuti debent ꝓprie interpretari.

dictio manifesto: h̄ dꝫ accipi ꝓprie: ꝑ nō notorio. Moueor p̄
mo: qꝛ v̄ba statuti sꝑ dn̄t potiꝰ ꝓprie: q̄m impropꝛ̄e exponi: et
interp̄tari. Si tal' interp̄tatio nō ē ꝯ̄ria iuri cōi: s̄m bar. in. l. p̄
toꝛ ait: vt. ff. de dāp. infect. ⁊ panoꝛ. c. cuꝫ dilectꝰ đ ꝯsue. Sꝫ
certuꝫ ē: ꝙ h̄ expositio ꝓp̄a hꝰ v̄bi māifesta nō ē ꝯ̄ria: ymmo
ꝯsona iuri cōi. ¶ Nā s̄m ius cōe: ille q̄ trāsgreditur legeꝫ in

¶ Trāsgressoꝛ occl'tus nō minꝰ incidit penam legis quam publicus.

occulto: nōminus incidit in penā legi: q̄m ille q̄ trāsgreditur
in publico. vn̄ dicit glo. nō in cle. de here. in v̄. eoip̄o ¶ Ciꝛ il
le q̄ ꝑcutit clericum in occulto nō minꝰ cadit in sentētiā cano

¶ Percussoꝛ clerici in occulto incidit sētētiā sicut ī publico

nis: q̄m ille q̄ ꝑcutit in publico. Et nō minꝰ dꝫ declarari excōi
catus dummō hmōi ꝑcussio occulta. i. nō notoria: possit ꝓba
ri. ¶ Scđo moueoꝛ ꝑ ea q̄ notat panoꝛ. in d. c. Cum olim: de
v̄. sig. vbi dic̄ ꝙ sꝑ h̄ dictō manifesta: dꝫ accipi ꝓprie: si mate

¶ Manifestum debet accipi proprie.

ria subiecta h̄ patitur. Cꝛ āt materia subiecta hꝰ nr̄i statuti:
h̄ patiatur. ymmo req̄rat ꝓp̄t mētē statuētiuꝫ. ¶ Probatur
ꝑ argm̄: ab absurdo: seu incōueniēti: qđ est in iure validum.

¶ Argumentuꝫ ab incōuenienti est ī iure validum.

vt dic̄ glo. in. c. dudum: de p̄ben. li. vj. Si em̄ debēt accipi ꝓ
notorio: ⁊ sic ꝑ ꝯn̄s h̄ statutum: debēt tm̄ in casu notorio in
telligi: Sequeretur hoc incōueniēs ꝙ aliqn̄ ille: q̄ pauca ra
peret: eēt excōicatꝰ vigore hꝰ statuti. Ille v̄o q̄ ml't̄a raperet
aliqn̄ nō eēt excōicatꝰ. ¶ Exēplum: ille q̄ dum dies est: veni
ret ad villā ⁊ vicinis cernentibꝰ. rapet vnum equum: esset ex

¶ De raptoꝛe notorio ⁊ nō notorio exemplum.

cōicatus. Ille v̄o q̄ veniret de nocte: ⁊ aliis vicinis dormiēti
bus: aggrederetur vnā domum (⁊ frustra repugnāte hospi
te) recipet ml't̄os equos: oues boues ⁊c̄. nō eēt excōicatꝰ: ꝓ
pterea: qꝛ s̄cm̄ nō eēt notorium. Sil'r ille: q̄ solo pastore pre
sente: et repugnante gregem: totius ville: qui ibat in pascu
is abigeret. nō esset excōicatus: qꝛ non posset dici notorium:
ꝙ vnus tātum vidit. Sed hoc esset inconueniens: ⁊ contra
¶ Itē plebano in Nijepolomicze dātur annuatim quattuor lapides sepi: ⁊ totidem cere.
¶ Itē vicarijs ecclesie capituli Cracouieñ. dātur annuatim sexagintasex mensure salis minuti.
¶ Itē hankoni dicto Steberim de Vijeliczka ⁊ suis veris ⁊ legittimis heredibus ⁊ successoribus: iure hereditario suo ꝓ magisterio ibidē in Vijelij czka sup carbaria: dam⁹ triginta marcas singul' annis: temporibus ꝑpetuis duraturis: et ista non debent ad rationem poni
¶ Itē sal bancatum qđ datur monialibus Vratislauiam.
¶ Itē Sal ad Castra dñi Regis. siue baucatum siue minutum ista omnia non debent ad rationem poni.
¶ Itē in presentia totius ꝯsilij dñs Johānes castellan⁹ cracouieñ. cum fratre suo domino Raphaele herede ď Tarnorv monstrauerunt quasdā lr̄as magistratus montium in Bochnia: videlicet sup montē Cracouieñ. in quibus lr̄is cōtinebātur ꝙ deberent habere septimanatim vnam sexagenam grossorum: que lr̄e per dñm regem Kazimirum. ac totuz cōsiliuz omnimode fuerunt anullate. Et ideo p̄cepit dñs Rex ꝙ ꝑpetuis tꝑibus nullus dominoꝝ. debet aliquem censum habere in zuppis: nisi illi qui sunt in registro conscripti. ⁊ finaliter ꝑ consilium confirmati. Nam illi qui secus fecerint: collo ⁊ bonis debent omnimode priuari.

Sūmariū
¶ Plebano de collō celarij qnq3 marce. cū octo vlnis pāni. et vna thuna dant.
¶ Pleban⁹ i nijepolomijcze q̄tuor lapides cere et totidē sepi annuatim habet
¶ Vicarij eccl'ie cracouieñ. cathedralis lxvi. mēsuras sal' minuti annuatim.
¶ Hankoni cū suis successoribus ꝓ magistro i vijeliczka sup carbaria. xxx. marce. perpetuo dantur annuatim.
¶ Sal bancatum ꝓ monialib⁹ Vrat.
¶ Sal bnacatū ⁊ minutū ꝓ castr. R. m. nō ponēdū i ratiōe.
☞ Nullus dñorū habitur⁹ cēsuz i zuppis preterꝙ in r̄gistro scripti. al's collo. ⁊ bōis priuādus

Sequuntur iura succamerarij.

¶ Item statuimus Quod succamerarius qñ zupparium intronisat ad zuppas: tunc zupparius ratione sui officij tenetur sibi dare vnum stamē Machliceñ. Si vo zuppari⁹ stamen nō habuerit: tunc loco staminis: debet sibi dare decem marcas.
¶ Item statuimus Quod succamerarius nō debet intrare zuppas: ne ipsas impediar: sed debet descendere ad hospicium ⁊ necessaria sibi per seniores sectores: videlicet vna mensura auene. octo pulli: sexagena panis: medium quartale carnium bouinaꝝ cum potu debeant ministrari: qua hoc statutum ē vt zuppa ꝑ eum non impediatur.
¶ Item statuimus Quod succamerarius nullum hominem in

☞ Zupparius rōne itrouisatiōis succamerario dz vnum stamē pāni machliceñ. al's decē marcas dare.
☞ Succamerarius nō ad zuppas sȝ hospiciū descēdat necessarijs hic descriptis ꝓuidendus.
☞ Succamerari⁹ nō iudicet boīez in zuppis manentem

zuppa permanentem. presumpserit iudicare.

¶ Equū i zuppa suc camerari⁹ nō stabiliat. p̄ter equū sui falli ð tribus marc: quo deficiente zuppari⁹ aliū loco ei⁹ ordinz

¶ Et nullum equum in zuppis stabilire nisi equuz sui famuli camerarij: de tribus marcis. si idem equus seruicijs zupparum defecerit. extunc zuppari⁹ loco illi⁹ eq̄ dz aliuz ordinare

☞ Succamerarius ꝓ festo scti io. bapt. ꝯsules in vijelizka z senioēs sectoēs. In Bochnija vo ꝓ festo circūcisionis domini eligat.

¶ Item statuimus. Qz idem succamerarius ad festum sancti iohannis baptiste: debet eligere consules in Wijelijczka Et seniores sectores In Bochnija vo in festo Circumcisiōis domini. Et illos iuxta iura eorum iudicare.

☞ Nullus zuppas impediat: nec intret p̄ter vicethezaurarium. qui in quatuor eq̄s ꝓ pecunijs veniens pōt intrare sb pena bonoꝝ z colli

¶ Item statuimus: ꝙ nullus. siue sit magnus siue paruus presumat zuppas impedire ac eas intrare: nisi tantummodo dijmetrius vicethezaurarius. cum quattuor equis dum venerit pro peccunijs a zuppario assumendis. sub pena colli: et omnium bonorum.

Sequuntur iura zupparij.

☞ Supparius nō nisi corā rege de anulo suo citatus respondeat.

¶ Item statuimus. ꝙ nullus zuppariorum de se querulanti: debet respondere: nisi coram domino rege. dum per ipsius ānulum fuerit euocatus.

☞ Familia zuppe. dumtaxat p zupparium iudicanda.

¶ Item statuimus ꝙ nullus viuentium debet iudicare familiam zuppe: nisi solus zupparius.

Sequuntur iura sectorum.

☞ Sexaginta sectores al's stolnijczi in vtraqz zuppa laboribus deputantur

¶ Item statuimus sic volentes. ꝙ in vtraqz zuppa. videlicet Wijelicieñ. z Bochneñ tm̄modo debent laborare sexaginta sectores: qui nominantur in vulgari Stolniczi: famul' hospitalibus inclusis z non plus Causa est ista: ꝙ si plures laborarent montes sale citius euacuarentur

☞ Inicium laboꝝ a festo sci Martiad festū penthecostes Necitate iminente a festo tādē michaelis ad festū p̄nōtuz

¶ Itē statuimus ꝙ idē sectores debent laborare cōtinue. a festo sancti Martini vsqz ad festum penthecostes. Si autem necessitas fuerit. tunc debent laborare a festo sancti Michaelis vsqz ad festum prenotatum. Et idem sectores debent obedire zuppario z stigario quotiens fuerit opportunum.

☞ Sector sal ðstruens p stigarium puniendus.

¶ Item statuimus Si aliquis sectorum rebellisando. sal suum destruxerit. extunc stigarius debet eum punire. sibi montes abnegando tamdiu: quousqz a zuppario. et stigario veniam impetrabit.

¶ Tragarius negligens vel rebellis p stigariū puniendus

¶ Item statuimus ꝙ om̄es tragarios rebelles. quotiēscunqz crimen ꝯmiserint: seu laborare noluerint. Extunc idem stigarius debet eos de laboribus destituere: et alius loco ipso-

rum ad labores ordinare.

Sequuntur iura magistrorum montium.

¶ Item statuimus Qꝫ magister montium. nō debet aliquē censum hr̄e de zuppis: neqꝫ septimanalem neqꝫ annualē nisi tm̄mō famulos: quos ab antiquo in mōtibus habuit: ꝛ eos ꝓprijs pecunijs salariare ſm cōsuetudinē mōtium pecunijs. quas ꝛ de bipenne acquisiuit. ¶ Et carpentario montium loco ipsius qui ꝓprijs manibus laborat in montibus: debꝫ dari septimanatim vnus ferto. cum victu ꝛ amictu prout ceteris officialibus.

¶ Magr̄ montium nullū censum de zuppis habiturus.

¶ Carpētario septimanatim. j. fert'. cū victu ꝛ amictu debetur.

¶ Item statuimus Qꝫ in quolibet monte dn̄t poni duo fornatores ꝑ sale querendo. ꝛ illud qđ ꝑ fornatore in omnib⁹ q̄tuor angulis acquisitum fuerit. debet obseruari cuꝫ optimis parietib⁹ salis. ¶ Et qñ sectores. ꝓprijs laboribus fecerint. tunc zupparius vna cum magistro montium debet eis fornaces cum parietibus largiri ꝛ nulla munera ab eisdeꝫ acceptare: qꝛ illud est donum dei ꝛ nō magistri montium.

¶ Duo fornatoēs in quolibet mōte ꝑ sale q̄rēdo ponendi

¶ Sectoribus ꝓpriis laborib⁹ deferētibus zupparius cuꝫ magr̄o montiuꝫ debet eis fornaces cuꝫ parietibus largiri

¶ Ad idem.

¶ Harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est sub appensum.

¶ Ad idem.

¶ Nos vo Sbigneus miseratione diuina sancte Romane ecclesie tituli sancte Prisce. presbr̄. cardinalis et episcop⁹ Cracouieñ. Uladislaus dī gratia sancte ecclesie Gnesneñ. Archiepiscopus ꝛ primas. Johannes eadem gratia Uladislauieñ. Andreas simili gratia Posnanieñ. episcopi ecclesiarum. Johannes de Czijzorv. Castellanus ꝛ Capitaneus. Johānes de Tanczijn Palatin⁹ Cracouieñ. Lucas de Gorka Posnanieñ Johannes de Olessnicza Sandomirieñ. Albertus de Male Lancicieñ. Johānes đ Krethkorv Brzesteñ. Palatini. Johannes de Conijeczpolije Regni Polonie Cācellario Predborius đ ibidem Castellanus Sandomiriensis. Creslaus de Czvrozrvijālz. Lublineñ. Laurentius Zaramba Siradieñ. Petrus Skora de Gaij Calissieñ. Stanislaus đ Ostrorog Gneznēsis. Nicolaus de Ossolijn Uoijnicēsis. Nicolaus de Uurzijmorv Bresteñ. Petr⁹ đ Czvrorv Sādeceñ. Hijncza

¶ Consiliarij regni polonie approbāt statuta ꝑ kazimirus terciū cōfirmata Sigillorū appensione.

đ Rogorv Rosperieñ. ⁊ regni Polonie vicethezaurari⁹. Ni colaus de Vijrbijaslro Dobrinensis. Gregorius de Grani cze Radomiensis. Johannes de Bntijn Mijedzijrzecensis. Nicolaus de Visnijcze Leopolieñ. Nicolaus de Zalrerzorv Visliceñ. Stephanus de oppororv Brzezinēsis. Petrus đ Strijlrorv Junivladislauieñ. Johãnes đ Bobrlra Beczñ. Albertus de Mijchorv Zarvichosteñ. Nicolaus de Proch nijcze Premisliēsis: Johãnes đ Kvrhabnijzet Haliciensis. Borlro de Officzno Nalrleñ. Castellani. Nicolaus đ Brze zije Regni Polonie Marsalcus Johannes de Pijlcza Bar thossius Obulecz de Bora Cracouiensis. Nicolaus de Vis smuthorv Sandomiriensis. Thomas de Sobotha Lanci ciensis iudices. Petrus Schaffranijecz. Cracouiensis. Jo hannes de Czarnlrorv Posnaniensis. Nicolaus Porvala đ Magnuschorv Sandomiriensis. Petrus de Brudzorv Ca lissiensis. Johannes Krvropathrva đ Laczrvchorv Lubli nensis. Michael de Lassothlri dobrinensis. Nicolaus Bola Junivladislauiensis Succamerarij. Johannes Bijezad đ Morslro Cracouiensis. Nicolaus de ibidem Sandomirieñ. Nicolaus de Noijlrorv Sandocensis Vexilliferi: Nicolaus subiudex Sandomiriensis. Ceteriq̃ prelati ⁊ Barones dig nitarij Nobiles ⁊ proceres in hac Conuentione gñali Pijotr krouiensi congregati. Innitentes approbationi confirmatio niq̃ prefati Serenissimi Domini nostri Regis statutorum supradictorum serenissimi Domini diue memorie Regis Ka zimiri eadem statuta. velut hic habentur inserta. per omnia approbantes in omnibus punctis. articulis. et clausulis fir miter attendemus. custodiemus. ⁊ seruabimus. ⁊ nunq̃ il lis verbo aut facto contraueniemus. Unde et sigilla nostra. presentibus iussimus appendi. in robur firmitatis: ⁊ testimo nium omnium. ⁊ singulorum premissorum. Actum in cōuē tione Pijotrkrouie. Feria quinta infra octauas festi Penthe costes. Anno domini. Millesimoquadringentesimoquinq̃ gesimoprimo. Presentibus dominis supradictis. Datum ꝑ manus Magnificorum Johannis de Conijeczpolije Regni Polonie Cancellarij predicti Petri de Sczelroczijn eiusdem regni vicecancellarij nobis sincere dilectorum.

¶ Finis confirmationis Statutorum super Zuppas

Alia confirmatio statutorum zupparum.

¶ Ista cōfirmatio statutoꝝ Salis pcedēs eadē est cū seqnti: sed illa cum insertōne originalis diffusior: hec vero compendiosior.

In noie dñi. Amen Ad ppetuā rei memoriā. Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimētum: alta regum. et principum decreuerunt cōsilia ea litteraꝝ apicibus et testium annotatione perhennare. Proinde Nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie: necnō terraꝝ Cracouie Sandomirie. Siradie. Lancicie. Cuiauie. Magnus dux Lithuanie Pomeranie. Russieqꝫ dominus et heres Significamus tenore presentium q̃bus expedit vniuersis pñtibus ꝛ futuris pñtiuꝫ noticiā habituris. Et si ex debito regal' munificētie ad om̄ subditoꝝ: cōmodum ꝛ pfectum. oculo cōsiderationis intendere habeamus: propensior tamen solertia circumspectionis. ad augmentum thezaurorum. et prouentuum regni nostri incumbit. ex quibus regni ꝛ subditoꝝ nostrorum comodis debite valeamus prouidere. Cum igitur zuppe nostre Bochneñ. ꝛ Wyelicieñ. pars notabilis. prouentuum. et thezauri regni nostri existit. que hactenus pter nimiam. et continuam notabilium et diuersarum personarum frequentationem. ꝛ salis elaborationem in notabili sui parte. desolationem. ꝛ iacturam susceperunt. Quia neqꝫ zupparius. neqꝫ sui officiales. regimini ꝛ laboribus intendere valuerunt. hospitum voluntati intenti Et nisi eis tempestiue subueniatur: verendum est. ne in ruinā. et iacturā ponantur. Volētes igitur huiusmodi ruine. et iacture subuenire. vt circumspecti pncipis est. ex preteritis habere memoriam ꝛ intente considerationis oculum ad futura. et tandem ad singula salubri dispositione procedere. dum omnia prospexerit sapienter imitātes vestigia predecessoris nostri diue memorie domini Kazimiri Regis polonie. qui prefatum thezaurum zupparum in capite. ꝛ in membris. ac in omnibus prouētibus. ordine. dispositione. et terminis ordinauit et regulauit. atqꝫ perpetuis tēporibus huiusmodi ordinationem. tenendā. seruandam. ꝛ custodiendam statuit ꝛ diffiniuit. Ne igitur nos. aut quenqꝫ subditoꝝ nostroꝝ ab huiusmodi sui ordinatione. ꝛ dispositione

☞ Nomina omnium ⁊ singlorũ regni platorũ dignitariorũ ⁊ officialium supra. scripta Statuta zup parũ approbantiũ

recedere. aut eidem per ignorantiam cõtrauenire contingat. Statuimus et presenti edicto. in robur maioris firmitatis declaramus. ipsius domini Kazimiri regis statuta. et ordinatões. que in nostro regali seruantur Thezauro in omnibus ⁊ per omnia ſm regulationem. ⁊ ordinationem suam debeant teneri perpetuis temporibus duraturis. Et quequidem statuta hic habentes pro insertis. in omnibus suis. punctis. articulis. conditionibꝰ. ⁊ clausulis. ratificamus. approbamus ⁊ confirmamꝰ Nax testimonio litterarum. quibus sigillum nostrum est subappensum ¶ Nos vo Uladislaus dei grã: sancte Gneznen. Archiepiscopus et primas Johannes eadẽ gratia Uladislauiensis. ⁊ Andreas simili gratia poznanien. episcopi. Necnõ Johannes de Czijzorv castellanus ⁊ capitaneus Cracouiensis. Lucas de Gorlza Poznaniensis. Johannes de Olesnicza Sandomiriensis. Albertus de Male lanciciensis. Johãnes de Crethlzorv Brzesteñ. Hriczlzo de Pomorzanij podolie palatini. Johannes de Conijeczpolije Regni polonie Cancellarius. Predborius de ibidem Sandomiriensis. Johannes de pijlcza. Stanislaus de Ostrorog gneznensis. Nicolaus de Borzijmorv Brestensis. Petrus Slzora Callissieñ. Laurentius Zaramba Siradiẽsis Creslaus de Curoszrvijanlzi. Lublinensis Nicolaus de Ossolijn Uoijniciẽsis. Petrus de curorv. Sandecensis. Nicolaus d' Uijrbijslzo Dobrinensis. Gregorius de Branijcze Radomieñ. Johannes de Bnijn Mijedzijrzeczeñ. Nicolaus de Uijsnicze Leopoliensis. Nicolaus de Zalzrzorv. Uislicіensis. Stephanus de Oppororv. Brzezinẽsis Petrus de Strijlzorv. Junivladislauiensis. Johannes de Hobrlza Bijeczeñ. Albertus de Michrv Zauichostensis. Nicolaus d' Prochnijlz przemisliensis: Johannes d' Knijabnijcze Halicieñ. Bozlzo de. U. Nalzleñ. Castellani. Bartossius Obulecz de Gora: Cracouiensis. Nicolaus de Uijssmuthorv. Sandomirienſ. Thomas de Sobotha Lanciciensis Judices. Johannes de Czarnlzorv Poznaniensis. Petrus d' Oppororv Lancicieñ. Petrus de Brrvdzorv Calissiensis: Johannes Crvropathrva de Laczuchorv Lublinensis. Michael de Lassothlzi Dobrinensis Nicolaꝰ Kola Junivladislauiẽsis Succamerarij Johãnes Brzijzath de Molzrslzo Cracouiensis. Nicolaus de ibidem Sandomiriensis. Nicolaus de Moijslzorv. Sira-

dieñ. Vexillifeī. Nicolaus de Panlzorv. Subiudex Sando mirienſis. Ceteriq; prelati Barones. Dignitarij. Nobiles & proceres. in hac Conuentione generali Pijothrkouieñ. congregati Innitentes approbationi confirmationi prefati ſereniſſimi domini Regis Statutorum ſupradictorum ſereniſſimi diue memorie dñi Regi Kazimiri Eadem ſtatuta velut hic habentur inſerta per omnia approbantes: in omnibus punctis articulis & clauſulis firmiter. attendemus. cuſtodiemus & ſeruabimus. & nunq̄ illis verbo aut facto contrauenien⁹. Vnde & ſigilla noſtra preſentibus iuſſim⁹ ſubappendi. in robur firmitatis & teſtimonium. omnium & ſingulorum p̄miſſorum. Actum in conuentione Pijtrkouieñ. Feria quinta infra octauas Pēthecoſtes. Anno domini Milleſimoquadringenteſimoquinquaſimoprimo. Preſentibus dominis ſupradictis. Datum per manus magnificorum Johannis de Coniyeczpolije Regni polonie Cancellarij. & Petri de Sczelroczijn eiuſdē vicecancellarij. nobis ſincere dilectorum.

¶ Vladiſlaus Rex Polonie. et electus hungarie promittit bona ad procurationem generalem Cracouieñ. ſpectātia nō obligare.

¶ De bonis regalibus ad Crac. ꝓcurationē ſpectantib⁹ nō obligandis.

V Ladiſlaus dei gratia Rex polonie Lithuanieq; princeps ſupremus dominus & heres Ruſſie &c. ac electus regni Hungarie &c. Significamus tenore preſentium. quibus expedit vniuerſis Quomodo debita animaduerſioē huius regni noſtri dicti Polonie beneficia in quo. et educati et Regij honoꝛ culmine inſigniti ſumus. in animo reuolneñ Volenteſq; ipſa beneficia. de ipſo regno ſuſcepta. omni cura ipſi Regno & corone Polonie. ſtatum & ſtabilimentum ꝓcurañ refundere. quod maxime tunc videmur agere. cum ipſius regni bona et poſſiones in libero. et nobligato ordine. & ſtatu. vt poſſumus preſeruamus. Igitur ꝓmiſimus. ſpopondimus. ac in verbo noſtro Regio promittimus. ſpondemus. et preſentis noſtri patrocinio ſcripti. Nos obligam⁹ omnia bona. poſſeſſiones. Ciuitates. Caſtra. oppida. Villas. Molēdi-

na piscinas. lacus. et alia bona: quibuscunqꝫ specialibus vocitentur nominibus seu vocabulis. que ad presens. et hactenus: ad procurationem Cracouieñ generalē spectant. et pertinent. propter Regni nostri sepefati polonie necessitatem. et firmum ipsius stabilimentum in libera conseruantia et inobligata: seruare stare tenere. et habere volumus. Ita q nulli hominum cuiuscunqꝫ status. et conditionis. aut preeminentie fuerit dicta bona. vel eoruꝫ aliquod: ad procurationē Cracouieñ. generalem ad hactenus pertinent. ita vt prefertur inobligata: conseruabimus. et libera pro huius reipublice. et Regni Polonie statu: profectu conseruañ stare ꝓmittimus. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datuꝫ Cracouie sabbato proximo ante dominicam Judica. Anno domini. Millesimoquadringentesimoquadragesimo.

Primus rex post patrem kazmiri erat Johannes albertus [illegible] nomina habuit / Secundus Alexander Tercius Sigismundus et quartus qui erat senior in ter omnes wladislaus qui erat rex vngarie et bohemie iste ante alios ut sup erat omnes [illegible] reges polonie



Lr̄a obligatoria in q̄ dn̄s Rex polonie p̄mit tit terrā Sandom̄. se nūq̄ cuipiā obligatur

☞ Joannes d' Rijthwijanij pa'atinꝰ Cracꝰ. ⁊ derslaus castellanꝰ resignāt terram Sandomirieñ regi kazimiro tercio

k Azimirus dei grā Rex polonie. Magnus dux lithuanie Russie Prussieqꝫ dñs ⁊ heres ⁊c. Significamus tenore p̄ntium q̄bus expedit vniuersꝭ: tā p̄ntibus q̄ȝ futuris Quō attendeñ fidei ꝯstañ. ⁊ eximie affectiōis in nos ⁊ rēpublicā regni nr̄i deuotionē ꝑ magnificum Johānē de Rijthvijanij Palatinum Cracꝰ. militē. ⁊ ꝯsiliariuȝ nr̄m syncē dilectuȝ: rara ⁊ singulari libalitate monstratā. ꝑ quā Jobes ipe palatinꝰ. ⁊ voluntatē germani. sui olim Derslai Castellani Cracꝰ ⁊ capitanei Sādomirieñ. impleturꝰ ⁊ beniuolētiā ꝓpriā. erga nr̄am ꝑsonā p̄mum: deinde erga rēpublicā regni nr̄i. ⁊ zelum singularē ꝯsurus Terraȝ Sandomirieñ. cuȝ castro. ciuitate. ceterisqꝫ oppidis. ⁊ villis. theloneis. p̄otalibꝰ ⁊ vniuersꝭ cēsibꝰ. ꝓuētibꝰ. ⁊ introitibus ad illā quoquō ꝑtineñ relaxādo. ⁊ dimitteñ simpl'r ⁊ nude notabiles pecuniaꝝ summas. q̄s a nobꝭ ⁊ germano nr̄o dño vladislao hungarie ⁊ polonie r̄ge in dctā terra Sādom̄. castro ciuitate. oppidis ⁊ vill' vterqꝫ eoꝝ hēbat obligatas ⁊ insc̄ptas lr̄as q̄ȝ diuersas nr̄as. ⁊ p̄fati germani nr̄i dñi Vladislai regꝭ in q̄bꝰ insc̄ptio ⁊ obligatio p̄fataꝝ summaꝝ cuȝ causꝭ ⁊ respectibꝰ denotata ⁊ exp̄ssa ad liq̄duȝ ꝯtinebatur in ꝑtātē nostrā

☞ De resignatione Castri ⁊ terre Sādomirieñ Regi facta ꝑ manus venerabilis dñi Stanislai d' Lwroszwijaki. R. Pol. Vicecancellarij.

¶ Per manꝰ venerabil' Stanislai de Curoszvijalzi regni nr̄i vicecācellarij. r̄stituit d' terra q̄ȝ p̄dicta Sādomirieñ castro ciuitate. oppidis ⁊ vill' effectual'r. ⁊ ad integꝝ nihil sibi. ā successoribꝰ suis iuri ꝓprietati ⁊ dñij. in eisdē relinqueñ. excesserit. spōtanea. vltronea. ⁊ mera sua voluntate. ꝓ regni sui augm̄to ⁊ ꝑfectu.

☞ Promittit Rex terrā Sandomirieñ nō amplius se obligaturum.

¶ Ne itaqꝫ casu aliq̄ sinistro qd' d's auferat l' euētu voluntatē suā optimā ī augm̄tuȝ r̄gni nr̄i ⁊ reipublice ordinatā ꝯtingat q̄quō infringi vl' deformari. tenore p̄ntiuȝ ī v̄bo nr̄o regio. ꝓmittimꝰ. pollicemur. ⁊ nos fide bōa astringimꝰ. inscribimꝰ ⁊ obligamꝰ. q̄ p̄fatā terrā Sādomir̄. castꝝ. ciuitatē. oppida ⁊ villas in toto. vl' in ꝑte. ꝑ ipm̄ Jobem palatinuȝ nobꝭ resigtā ⁊ donatā nll'i hoim̄ cuiuscunqꝫ ꝯditōis statꝰ vl' eminētie. in q̄cunqꝫ nr̄a. ⁊ regni nr̄i ncēitate. euētu. vl' successu cāu infeudabimꝰ. inscribēꝰ. vēdemꝰ. donabimꝰ. obligabimꝰ. locabimꝰ. ad tp̄s ⁊ ad vitā in ꝑpetuum: vl' al's q̄quō: nec aliq̄ȝ summaȝ pecuniaꝝ. ꝑuam aut magnaȝ. etiaȝ ad extenuationē arendationē vel locationē. aut sub nomine extenuatiōis arende. vel locatōis ī eadē terra. ⁊ castro. ciuitate oppidis ⁊ vill'. ā aliquoꝝ p̄missoꝝ in ꝑte. vel in toto inscribemꝰ vel inscribi cōsentiemꝰ. sciēter vel ignoranter. directe vl' indirecte. vel q̄uis

exquisita causa. occasione. vel colore. omēs tamen occasiōes colores. artes. causas. calliditates. fraudes. ingenia. quacunꝙ subtilitate excogitatas. scriptas vel interpositas. nulli hominum cuiuscunꝙ ꝯditōis. status sexꝰ. vl' pemīnentie existat qui ꝯtra presentem nr̄am ordinationem. in toto vl' in parte excesserit: aut illi ꝯtrauenerit. aut illā violauerit: nolumus in aliquo suffragari: aut in excusatiōem. ⁊ purgationem sui sceleris sueꝙ ꝑuaricatiōis pene. ⁊ reatus trahi Si autem presēti nostre. promissiōi: pollicitatiōi: astrictiōi: inscriptiōi: vl' obligatiōi. cōtrauenerimus. ⁊ eā violauerimus. in toto. vl' in ꝑte. ⁊ aliquā infeodationem. inscriptiōem. donationem. venditionē ⁊ obligationem. de dicta terra Sandomirieñ. eiusꝙ castro Ciuitate oppidis. ⁊ villis cēsibus Theloneis ⁊ q̄buscunꝙ eius redditibus fecerimus. Extunc talem infeodationē volumus. ⁊ decernimus esse cassam ⁊ irritā. nec vllū vnq̄ posse ⁊ obtinere robur velut eam. que in damnum reipublice regni nostri procederet lesionem ⁊ offensam ¶ Sed ⁊ personā cuiuscunꝙ status. ⁊ cōditionis existeret. q̄ue inscriptionem. ⁊ infeodationē suꝑ dicta terra Sandom̄. Castro Ciuitate. oppidis ⁊ vill'. a nob' vel successoribus nr̄is susciperet lese maiestatis. leseꝙ reipublice: reā eē decernimꝰ. Nostrꝙ ac regni nr̄i polonie. publicum hostē ⁊ fraudatorē declaramus. habebimusꝙ facultatem Nos ⁊ successores nostri. habebunt quoꝙ consiliarij regni nostri hominē. tā impium ⁊ ābitiosum a ꝑfata terra Sādom̄. castro. ciuitate. oppidis. ⁊ vill'. ā ꝑtē earꝝ q̄cunꝙ occupauerit. absꝙ omni iure et strepitu iudicij amouēdi. ⁊ expellēdi. tāꝙ cōis boni hostē ⁊ ꝑturbatorē. In cuiꝰ rei testimoniū sigillum nr̄m p̄ntibꝰ ē appēsū. Actū in ꝯuētiōe gn̄ali Piotrkowieñ. fer. q̄nta an̄ dn̄icā Esto mihi. Anno dn̄i. M. cccc. lxxviij. P̄ntibꝰ reuerēdissimo ⁊ reuereñ. i xp̄o p̄ribꝰ dn̄is Jacobo scte Gnezñ. eccl'ie archiep̄o ⁊ p̄mate Sbigneo vladislavieñ. ⁊ ādrea varmieñ ep̄is Nec nō magnifici ⁊ generos. mathia d' Bnijn poznañ. Jacobo d' dambno Sandom̄. Nicolao d' Cuthno lancicieñ. palatinꝰ. Johāne de ostrorog. poznañ. Bartholomeo d' Iwanowicze Calissieñ. Petro duniin de Prawkowicze. Siradieñ. Castellanis. Ceterisꝙ dignitarijs. officialibꝰ. regni nr̄i ⁊ Curieñ q̄ pluribus datum per manus venerabilis Stanislai de Curozwanki. Regni Polonie Vicecancellarij.

¶ De eo qui pecunias ad terrā Sandomirieñ. dederit. q' debet tāq̄ patrie destructor reputari.

¶ De pecunia braccata. et penis ex illis extorqueñ. qui falsam pecuniam haberent: et apud quos falsa pecunia fuerit inuenta: taꝫ in regno polonie quã ducatibus Mazouie.

k

Kazimirus dei gratia Rex polonie. Magnusdux Lituanie. heres Russie ⁊c̄. Significamus tenore p̄sentium. quibꝰ expedit vniuersis. Quomodo agentibꝰ nobis hic in P̄ijotrkorv ꝑ republica r̄gni nostri Conuentionem generalē inter ceteras huius conuentionis ordinationes. suꝑ differentia. que inter prelatos. ⁊ barones terrarum totius regni. vnanimiter ordinatum est. et conclusuꝫ innitendo ordinationibus. ⁊ conclusionibus aliarum conuētionum. etiã generalium. ⁊ ab eis non recedendo

☞ Decernit ⁊ in regno ⁊ in Mazouia. braccatã minutã pecuniã recipi.

¶ Qꝫ pecunia minuta braccata. indifferenter per totum regnum nostꝝ polonie. ⁊ ducatus Mazouie. tam pro nostris q̄ꝫ etiaꝫ prelatorum. principum. baronum. nobilium. ⁊ cuiuslibꝫ statꝰ hominum. ꝓuentibus vtpote theloneis. exactionibus. contributionibus. censibus. decimis. necnon penis memorialibus arris seu notis notarioꝝ resignationibus. Item mercibus ⁊ singulis rebus venalibus sine ꝯtradictione. tã ꝑ nos. seu nostros officiales. q̄ꝫ etiã p̄latos. p̄ncipes. barones. capitaneos nobiles. ⁊ quoslibꝫ regni polonie ⁊ ducatuuꝫ Mazouie incolas ⁊ subditos. mō duduꝫ statuto: vicꝫt nouē denarios ꝓ q̊libet medio grosso lato ꝯputãdo recipiatur ⁊ exigatur.

☞ Excipit vbi ex foro aut de iure lati gr. debent exigi.

¶ Nisi forte aliq̄s. d̄ iure ꝓ cēsibꝰ ⁊ decimis fertonalibꝰ debeat exigere latos grossos monete prageñ. q̄ꝝ q̊libꝫ ꝓ eisdē latis gr pecuniã minutã braccatã. iuxta cursum coem. inter mercatores currētē. dꝫ recipe seu exigē. ⁊ tenetur sb penis infrascptr.

¶ De penis pecuniam braccatã recipere nolētium tã spiritualiũ q̄ꝫ seculariũ.

¶ Quicunq̄ꝫ r̄gni nr̄i. ã ducatuuꝫ mazouie cuiuscunq̄ꝫ statꝰ incola. ⁊ subditꝰ. ip̄am braccatam pecuniã minutã. recipe noluerit. aut cōtēpserit. Si p̄latus aut spiritual' p̄sona fuerit. q̄ ꝓ decimis eãdē pecuniã minutã. recipe noluerit. decimam ꝓ qua forisfauit perdet. que ꝑ capitaneum. aut officiales nr̄os. pro bonis recipietur. ⁊ ꝓ nostra vtilitate conuertetur.

¶ Si autē fuerit nobil', ꝑ primo excessu decē marcas, ꝑ scdo simil' decē: et ꝑ tercio al's decē, ꝑ quarto vo triginta marcas, ꝑ fisco nostro soluat, ꝑ quib⁹ capitaneus in bona sua se intromittat, et teneat eadem ad persolutionē triginta marcarum.

¶ De penis nobilium.

¶ Si vo in ciuitate aliqua pecunia minuta braccata, ꝑ q̄buscunq; reb⁹ venalibus, siue in hospicijs siue in foro, nō recipetur, extunc ipa ciuitas, ꝑ trib⁹ p̄mis excessibus, ꝑ quolibz excessu seorsum soluat decē marcas, ꝑ quarto vo excessu soluat triginta marcas ꝑ thezauro nr̄o Regio conuertendas.

¶ De penis ciuium

¶ Qd̄ si mercator ꝑ mercibus suis q̄buscunq; et cuiuscunq; gn̄is aut speciei, eandē pecuniā minutā braccatā, recipere noluerit, in valore p̄dicto: videlz ꝑ medio grosso lato nouez denarios computando, aut plures in minuta pecunia q̄z ī mediantibus, ꝑ mercibus suis exigere, voluerit pecunias, extūc omnes ipe res et merces eidem recipiantur, et pro thezauro nostro conuertantur.

De penis mercatorum.

¶ Item Kmetones, pro rebus suis, pecuniam minutam recipere recusantes, et nolentes: ꝑ quolibet excessu in fertone puniantur, irremissibiliter ab eisdem exigendo.

De penis kmetonū

¶ Item tabernatores in villis q̄ ꝑ reb⁹ suis: videlicet victualibus, et pabulis recipere noluerint minutaz braccatā pecuniam: ꝑ quolibet excessu, quilibet in media marca puniatur, irremissibiliter ab eodem exigeñ.

¶ De penis tabernatorum.

¶ Volētes insup reipublice prouidere, ne habeant malefactores, occasionem importādi falsam monetaz in regnuz nostrum, Statuimus et ordinamus de vnanimi predictoruz nostrorum consiliariorum voluntate, Qz apud quemcunq; cuiuscunq; status hominem in vna marca, duo grossi falsi fuerint reperti, ipse cuius marca fuerit, marcam perdet, apd̄ quē sex grossi false monete, in vna marca inuenti fuerint, talis iuxta priores conclusiones puniatur.

¶ De penis falsariorum.

¶ Inter creditores vo, habentes inscriptiones super mediantes, taliter ē statutum Qz quilibet talium pecuniā sibi: ante hanc dispositionem inscriptam: iuxta continentiam litterarum suarum, libere exigat, in moneta in ipa insc̄ptiōe exp̄ssa.

¶ De moneta obligata ilr̄is soluēda añ cōstitutionē.

¶ Deinceps vo, nō nisi minuta pecunia vl' simpl'r marce monete et numeri polonicalium, inter creditores inscribātur, et ī minuta pecunia, q̄uis debita exigātur et soluātur, dumtaxat nouem denarijs, ꝑ medio lato grosso computatis

¶ De minuta pecunia post cōstitutionem recipienda.

Sũmariũ

Kazimiri tercij Jagellonis filij statuta in Nouaciuitate Corczyn in conuẽtiõe gñali.

¶ De negligentibus capitaneis per regiã M. puniẽdis

¶ Statutum est insup. omni vnanimi voluntate: q capitanei nri quorumlibz locoꝝ facẽ exactã diligẽtiã tenẽtur vt p̃dicta minuta pecunia recipiatur. ꝛ puniãt mõ p̃misso: oms ꝛ singl'os dispositõis p̃dicte ↄtẽptores. al's capitanei ipi nri p̃dictã dispõnẽ introducẽ. ꝛ inobedientes cohercere. ꝛ punire negligẽtes. p nos tanq̃ rebelles. ꝛ mãdatoꝝ regalium cõtẽptores. puniãtur: datum in pijtrkoꝛv. feria q̃nta. pxima post festum pẽthecostñ. Anno dñi. M. quadringẽtesimoq̃nquagesimoprimo Sigillo nostro presentibus sub appenso

¶ Ad idem.

Nos vo p̃lati barones maioꝛispolonie. Siradieñ. Lanciciẽñ. Cuiauie. ꝛ dobrineñ. terraꝝ in euidẽtiã ↄsensus ꝛ voluntati oim̃ p̃missoꝝ. Sigilla nr̃a. p̃ntibus etiã fecimus sub appendi

De violentia in iudicio commissa.

¶ Violans iudicium. iuxta penaz statutã punit. ꝛ. xij. septimanis i carcerib'. recluditur.

Vt violẽtie ꝛ inuasiões in iudicijs secludantur et vie calumniatoribus amputentur decernim' Si q̃s ausu temerario iudicium inuaserit ꝛ violentiã ↄmiserit in cã sua quã corã iudice habz vl' habiturus erit: ſm penã statutã punietur: ꝛ duodecim septimanis mãcipetur. ꝛ carceribus recludetur

Sup in ... tutõib' K... miri ma... stitutõ... te plerin... folio ...

De iudice inculpato existente qualiter alie cause iudicabuntur necne.

¶ Inculpãs iudicez p aliq̃ cã. illa dũtaxat suspensa. alie omnes iudicantur.

¶ Itẽ si q̃s ↄ iudicẽ quicq̃ attẽptauerit. eumq̃ inculpauerit al's ruschij. extunc solummõ illa cã in qua iudici derogauerat non debet iudicari. alie oẽs cause corã eodem iudice vertentes: eo non obstante iudicẽtur

De iudicijs quater in anno celebrandis.

¶ Iudicia terrestria quater in anno tm̃. iuxta poꝛẽ ↄcessiõez expẽsis pcendo celebrentur.

¶ Itẽ volum' ꝛ decernim' q iudicia terrestria q̃ter in anno iuxta prioꝛem concessionem et admissionem ad euitãdum inanes expensas. et fatigas celebrentur

De reclamatione terminoꝛum

¶ Reclamatio terminoꝛ nõ ẽ deĩceps necessaria. ſz t̃mĩnuz partibus assignatis iudicabũtur.

¶ Item volumus. q reclamatio terminoꝝ: nõ debet esse deinceps. nec sit necessaria Sz termini ꝛ colloquia partibus assignatis iudicabuntur: qz termini ꝛ colloquia erunt pemptoria. pro partibus constitutis celebrandi.

Sũmariũ

De terminorum dilatione per infirmitatẽ.

¶ Item decernimus. Qꝫ omnes terminoruꝫ repositões seu dilationes inutiles cassentur et minorentur. Nam repositio et dilatio terminorum. Si fieri debet. aliter nõ fiat. nisi vera infirmitate allegata Et ille cuius nomine proposita extitit iurabit cum testibus mettercius cum testibus et littera iudicii more terrestri probabit. Qꝫ pro illo tempore ⁊ die habuit actionem vel terminum pro maiori.

¶ Terminoꝝ dilatõ nõ nisi vera infirmitate allegata pmittitur iuramẽto ei⁹ cuius noĩe ꝓposita est cum duobus testibus accepto.

De iudicibus ꝑsonaliter iudicaturis ꝓ summis q̃ nõ maiores sint quã trigita marcaꝝ.

¶ Item decernimus Qꝫ iudices ⁊ subiudices proprijs in ꝑsonis ⁊ nõ ꝑ camerarios iudicijs tenebuntur ꝑ̄sidere ꝓ summis centum marcarum triginta marcis extendentibus nullo pacto iudicabunt.

☞ Iudex ⁊ subiudex nõ ꝑ camerarios sꝫ per se iudicijs ꝑ̄sideant. summã triginta marcarũ excedẽtem nllo pacto iudicaturi.

De colloquijs iudicãdis non obstãte absentia aliquorum.

¶ Itẽ colloquia assignata vbilibꝫ ⁊ celebrabuntur ⁊ mors infirmitas aut absentia vni⁹: aut duoꝝ dignitarioꝝ ad sedẽ colloq̃lẽ spectantium celebratõnẽ colloquij nõ debebunt impedire: defectu vo aliquo ex his imminẽte hẽbunt plenã facltatẽ ⁊ ptãtẽ: alij dignitarij colloquio ꝑ̄sidentes in loco absẽtium ⁊ deficientium: alios terrigenas: viros idoneos legales ⁊ possessionatos cuꝫ plena potestate surrogãdi qui habebunt plenã ptãtẽ iudicãdi: tãdiu quousqꝫ d̃ defectib⁹: ⁊ d̃ absentia dignitariorum prouisum fuerit.

☞ Colloquia celebrãda morte infirmitate vel absentia. vnius aut duorum dignitarioꝝ nõ obstãte iudicant loco. quoꝝ alij surrogantur: dõec de alijs fuerit prouisuꝫ.

De inhibitionibus ad iudicia dari solitis.

¶ Itẽ decernim⁹: ꝙ ammõ ⁊ deinceps lr̃e ius ⁊ iusticiã ꝓhibẽtes in ꝑ̄uamen ⁊ ꝑiudicium. iusticiã q̃rẽtib⁹. nõ dabuntur nec ꝯcedẽtur. nisi illꝭ q̃ bello fuerint: aut reb⁹ ⁊ negocijs Rei publice intendunt: tpe medio quo hmõi onera pretulerunt.

¶ Lr̃e ius ⁊ iusticiã impedientes. nõ sũt dande ꝑ̄terq̃ꝫ illis q̃ in bello fuerĩt vl rei publice negotijs intendunt.

De notis nõ soluendis ab exactione regia.

¶ Itẽ volum⁹ ⁊ decernimus ne pecunia siue inscriptionales ab exactione nostra regia deinceps recipiantur ⁊ exigantur.

¶ Pecunia ⁊ inscriptionales ab exactõe regia nullatenus exigantur.

De iudicio kmetonis fugitiui

¶ Pro kmetonibus fugitiuis vł vi receptis in iudicio castrē si corā capit̄ pcedat

¶ Item volumus ⁊ decernimus vt cause ꝑ kmetonibꝰ fugitiuis: in iudicio castrensi. coram capitaneis experiantur sicut illorum qui recepti fuerint violenter.

De falsarijs citationum puniēdis.

¶ Falsarij citationū p dignitarios iudicijs p̄sidentes sunt puniendi.

¶ Item volumus ⁊ decernimus Qꝫ calumniatores ⁊ false citatiōes ac inordinate. locum in iudicijs non habebunt. pro quibus iuxta qualitatem excessus dignitarij iudicio presidētes: habebunt facultatem eosdem calumniatores ⁊ falsas ac inordinatas citationes offerentes puniendi: corrigendi ⁊ mutilādi.

De precio per palatinos rebus imponēdo.

¶ Palatinus cuiuslibet terre hꝫ facultatem vēditionē moderandi. ne nobiles grauētur in emēdo.

Item plerunqꝫ ciuitatenses et oppidani mercatores ⁊ artifices. nobiles et aduenas. per inordinatam venditionem cōsueuerunt ḡuare et opprimē. ideo statuimus ꝙ Palatinꝰ cuiuslibet terre habeat facultatem huiusmodi immoderatam venditionē moderandi: ⁊ ad bonum ordinē ponendi ⁊ ꝯstituēdi

De puniendis decreto palatinorum renittentibus.

¶ Renitentes ordinationi. p palatinū ꝓm cōsuetudinē antiquā sunt puniēdi.

Item si Ciuitatēses. et oppidani aliquo decreto in statuto palatini. ꝯtrarios ⁊ inobediētes se exhibuerint. huiusmodi palatinus habebit facultatem renitentem suo statuto ⁊ ordinationi puniendi. mutilandi. iuxta antiquam ꝯsuetudinē.

¶ Finis constitutionum Noueciuitatis.

¶ In conuentione Pȷ̃otrkouieñ. statuta hec per serenissimum principem dominum Kazimirum tercium Regem Polonie edita Anno domini Millesimoquadringentesimoquadragesimoseptimo.

Kazimirus Jagello. Piothrkouie ꝯstituit

Sūmariū

k Azimirus Tertius. dei gratia
Rex polonie Magnusdux Lithwanie. et
heres Russie. Ad perpetuā rei memoriam
ad hoc nos omnipotēs deus auctor iusticie
dispensator equitatis. et reipublice ꝓ sua
voluntate directores regni fastigio licȝ im
meritos voluit sublimare vt ipsam ꝓsequamur iusticiā. equi
tatem sectemur. et in regno ipso rempublicam dirigamus.
¶ Sollicitudine igitur nobis diuinitus cōcessa. attendētes
Serenissimos dños principes. dominos Kazimirum scdm.
et Wladislaum scdm genitorē nostrum charissimum Reges
polonie. diuos ꝑdecessores nostros. iura et cōstitutiones di-
uinam et humanā pariter iusticiā redolētes. q̊bus totum Re
gnum polonie in colloquiorum et iudiciorum ꝓcessu regulatur. or
dinatur et regitur cōdidisse. nec tñ per illa sufficiēter. omnibus
q̄ in republica diriguntur ꝓuidisse. nouas cōstitutiones et iu
ra edita in generali Piothrkouieñ. ꝯuentione. ꝓ festo sancti
Bartholomei appli. Anno dñi Millesimoquadringētesimo
quadragesimoseptimo celebrata. p̄nti matura deliberatione
prehabita. laudātibus. approbātibus. et cōsentiētibus pre-
latis. principibus Baronibus. et nobilibus regni nostri con
didimus. edidimus et ꝓmulgauimus. ¶ Quas per vniuer-
sum regnum nostrum polonie. et colloquijs. terminisqȝ ge-
neralibus particularibus et quibuscunqȝ iudicijs terrestribus
de cetero volumus et precipimus obseruari et practicari quarum
tenor sequitur et est talis

☞ Rex Kazimirus more ꝑdecessorum sua decernit statuta facienda.

1447

☞ Rex decernit sua presentia statuta ꝓ iure teneri

De prole relicta post mortē parentum.

Inprimis siquidem attendentes. Quod plures filij
i primogeniti. vel seniores parentibus defunctis
licenter et sine aliquo metu. vel respectu substan-
tiam paternā. sumptu prodigo effundunt. et que
in splendorē. et augmentum. domus eorum parentum virtu
tibus. obsequijs. vel meritis collecta fuere mutuo ī incōtinē
tia diminuunt taliterqȝ fratres. in puerili etate positi. bonis
paternis. quorum eis equa debetur portio fraudātur. ¶ Quo-
circa perpetuo statuimus et decernimus edicto. et inuiolabili
prohibemus decreto. ne filius senior aut primogenitus possit

☞ Filius senior nō ꝑt bona fratrū minorum ꝓpter portionē eū ꝯcernētē obligare. vēdere distrahere vel quouismō alienare

☞ Debita parētū de bonis vēditis cū consilio amicorum sunt soluēda.

☞ Debita parua de censuum et ꝓuentuum pecunijs. sūt ꝓsoluēda Residua pecunia iter fratres equaliter diuidēda reseruata

☞ Factū ꝯ statutum. fit irritū ⁊ iane

et valeat bona fratrum suoꝝ sub quocunqꝫ colore arte vl' ingenio vltra portionem eum tangētem indebitare. vēdere obligare. alienare. dare. distrahere. ¶ Nisi forte debitoꝝ onus per parētes ꝯtractum. illud exigeret. et exposceret. Sꝫ nec ꝑ solutione huiusmodi debitoꝝ licebit sibi aliquid vendere. obligare: aut distrahere. Nisi ad id senioꝝ domus sue. accesserit cōsilium consensus et voluntas. et pecunia ex vēditione prouenīens summam debitorum nō excedat. ¶ Ubi vero parua aut nulla parētuꝫ. extiterint debita. tenebitur frater senioꝛ deductis suis cōgruis oneribus. īpēsis et expēsis. censum et prouētus. ex bonis prouenīētibus fideliter ad soluēdum huiusmodi parua debita cōuertere et omnia residua cōseruare inter ceteros fratres equaliter partiēda. ¶ Si quid autē in contrarium. huic decreto nostro factum fuerit. totum id irritum decernimus. et inane. Sic enī equitatis libra seruabitur si auxilium largimur imparibus et metum legum pro paruulis insolentibus imponemus.

De hijs qui furti. aut spolij crimīe infamantur. quomodo se purgent.

☞ Infamatus de furto nūero testiuꝫ tacsi nobilitatē probatur⁹ esset, se purgabit alioquin pro fure reputat⁹ puniī

Licet cuncta iure detestemur scelera. et omne ꝗ iniquum ē: regius horreat auditus: sꝫ ea maxime que spoliatorum et furum aguntur. in republica dolo. arte vel violentia incommoda nostram contra se incitare rigidiorem hactenus quo multiplicata ēst eoꝝ nequicia censuram. Et ꝓpterea firmamus edicto vt quilibet cuiuscunqꝫ conditionis existat. notatus inculpatus. infamatus. de furto vel spolio. teneatur suam innocētiam equali ordine vel grauitate et testium numero. acsi nobilitatem suam probaturus esset. clarificare. et purgare. et demonstrare. al's volumus eum tanqꝫ furem puniendum ¶ Illi autē tantummodo volumus prodesse purgationis beneficium qui semel aut bis. et ad maximum ter de furti aut spolij. fuerit notatus vel culpatus scelere. Eum autem qui quarta vice culpat⁹ fuerit relinquimus legibus plectendum. ¶ Purgatione autem huiusmodi facturus. sine turba aut tumultu. cum purgatoribus dumtaxat veniat. Si qui vero vltra cōpurgatores suos venire presumpserint. omnes decernimus honore priuatos.

☞ Culpatus ꝗrta vice de furto. legib⁹ relinquit̄ plectēdus.

☞ Purgādus nō cū turba sꝫ cū ꝯpurgātibus veniat alioquin. oēs honore priuantur

Sūmariū

¶ Omnium autē de furto vel spolio culpatorum. et contumaciter in primo scdo tertio. et quarto termino. cōparere nolentium. bona thezauro nostro infiscamus regio. mandātes omnibus Capitaneis. vt de illis se. nostro nomine intromittant. et illorum realem apprehendant possessionem.

Bona culpatoꝝ. ꝛ se primo scdo. tertio et q̄rto ꝯtumaciter absentātiū Thezauro Regio infiscant.

De libertate in fluuijs Regijs.

¶ Fluuij enumerāt i statuto q̄ liberi eē debēt ad nauigādū.

1 Inter ceteras reipublice curas. sollicitat mentem nostram vehemētius. vt singulas e regno nostro damnosas obseruantias et abusus euellamus. et que incrementum reipublice adijciunt plantemꝰ. Sane etsi flumina nostra Regni nostri polonie. Wysla Nepr Styr Narew Wartha Drwanyecz. Wyssloka Bug. Drwlzi zwyeprz Thyßmyenycza. et San nida. prossna. et quecunqꝫ alia in regno nostro consistentia. cum suis alueis regia nostra sunt. nec possit illa quisq̄ꝫ iure priuato vēdicare: plures tamē numero obstaculis. et sepibus clauserint mercatoribus per illa transitum. pluris estimantes capturā piscium q̄ꝫ bonum publicum et abundantiam rerum necessariaꝝ. Unde solemni deliberatione prehabita. decreuimꝰ flumina predicta. et eoꝝ alueos alunde transeuntibus. infra et sursum. cum quibuscunqꝫ nominibus rerum venalium esse debere libera. ¶ Et ꝓterea omnes homines cuiuscunqꝫ conditionis existant. ꝑ prefata flumina facientes ascēsum vel descensum. cum rebus eorum et mercibus cuiuscunqꝫ speciei generis. vel maneriej existant. prohibemus occasione qualicunqꝫ et signanter ruptionis obstaculorum ad solutionem Thelonei. vel damni cogi. Cum nō sepibus. sed retibus piscandum sit. ¶ Ubi tñ aliquē obstaculi delectat vtilitas. portas cum illo latas faciat. que transeuntibus liberum prebeant nauigium. ¶ Si quis autem huius nostre constitutionis saluberrime. temerarius violator extiterit et aliqua a trāseuntibus. quocunqꝫ colore vel arte. aut ingenio exigere presumpserit. iubemus ablata ad integrum restitui et transgressorem. sine quauis dilatione. in primo termino cōuētum. pena que dicitur polonico. Sẏethmnadzyescha ꝑ Capitaneum loci volumus mulctari ¶ Iura autem hec premissa. ꝛ obstacula nostra regia. in quibuscunqꝫ locis consistant. volumus reseruare in hanc constitutionem. a nostris obstaculis inchoari regalibus. vt nulla

¶ Mercatores cū suis mercibus. per flumina descensum: vel ascēsum facietes nō tenētur ad thelonei solutionē ꝓpter obstacloꝝ rupturā.

¶ Obstacula faciēs i flumine portas latas i eis relinquat ☞ Exactor pecunie i obstaculis ad restitutionē itegrā. compellit. alis pena xiiij. marcarū mulctatur.

¶ Obstacula regia huic constitutioni subduntur

sit grauis iussio, que constringit et principem

De Cassatione Theloneorum.

¶ Thelonea post mortẽ wladislai cõcessa. penitus sunt anullanda

t Helonea insuper omnia, post mortem domini Wladislai genitoris nostri sub quacunq; verbo⁊ forma qualicunq; occasione in terris, aut aquis cõcessa, tãq; rempublicam grauiter ledẽtia, cassamus, anullamus, ⁊ illorum exactionem, districte de cetero ꝓhibemus

De hijs qui pertinẽt ad colloquia. vt intersint hic mandatur

¶ Palatini Castellani. Capitanei. Judices. et reliqui officiales Colloqo generali interesse tenentur. nisi graui infirmitate. vł in Rei pub. legatione fuerint impediti

¶ Egritudine vel legatione oneratis admittit̃ substitut⁹ ydoneus

¶ Absens a colloquio teneť ad dãni solutionẽ. illi cui iusticia ob hoc ẽ derelicta et neglecta

a Ssidua colloquiorum, siue terminorum generalium celebratio, pacis cõmunis conseruatio et cuiuslibet discidij infectiui exclusio est, ad cuius palatini Castellani Capitanei iudices, ceteriq; dignitarij et officiales Regni nostri, tenentur tanto diligentius intendere practicam, quanto ad id sunt, ex onere dignitatum et officiorum suorum strictius obligati. Quocirca presenti edicto, et auctoritate regia, omnibus Palatinis Castellanis Capitaneis Judicibus Subiudicibus, districte precipimus et mãdamus vt colloquia, et terminos iuxta vires suas, ⁊ tẽpora in omnibus terris et districtibus Regni nostri polonie sine aliqua interruptione celebrent, et illis personaliter (nisi forte aliquẽ grauis lãguor corporalis, aut in rebus publicis regni ardua legatio excusauerit) intersint, nec aliquem nisi in duobus casibus predictis, de absentia volumus excusari.

¶ In q̃bus nihilominus casibus precipimus omnibus egritudine grauatis, aut legatõe regni oneratis, vt locum suum possint, teneantur et debeant, per ydoneam personam aliam supplere, ⁊ illi vices suas, ꝑ litteras cõmittere. Colloquium integrum esse censemus, proinde acsi principalis interesset.

¶ Si quis autẽ colloquio et terminis generalibus interesse aut in locum suum surrogare personam ydoneam neglexerit conueniri eum per illum vel illos, quibus ꝓpter absentiam suam administratio iusticie delata est coram nobis iubemus vt nostra sentẽtia et decreto, ad soluendum omnia damna, q̃ actores ex defectu colloquij, aut terminorum generalium cõ-

traxerint cōdemnetur

Mercatores non alijs. nisi antiquis transeant vijs

Item prohibemus omnibus mercatoribus. ne cum rebus. et mercimonijs suis audeāt per nouas vias. et loca trāsire. sed iuxta cōstitutionem diue memorie domini Kazimiri scdi nostri predecessoris. antiquas stratas obseruēt. als omnes decreto huic cōtrauenieñ. permittimus et decernimus Capitaneo nostro capi. et bona eorum omnia et singula nostro infiscari thezauro

¶ Mercatores cū mercibus non per nouas. s3 veteres vias trāseant. Alioquin bona eorum fisco Regio. per capitaneum applicāt

De hijs qui cum extraneis faciūt guerras. in dānum regni. sine Regio consensu.

Nonnullorum improba temeritas et audacia. suas passiones et iniurias vlcisci volentium. guerras execrabiles. sepenumero Regno nr̄o excitant. et dāna procurāt immensa. Propter q̄ prohibemus presenti edicto. ne aliquis cuiuscunq3 status. aut cōditionis existat. quacunq3 lacessitus offensa. aut iniuria vel dāno audeat sine nostro consensu belligerare. aut guerras personis extraneis. aut intraneis mouere. Si quis autē prium facere presumpserit. ad damnoꝝ omnium que nos. aut nostri subditi ꝓpterea contraherent. eum decernimus cōuictum cogi debere solutionem. Si autem plenaria solutio. aut partialis damnoꝝ. ꝓpter eius inchoationem guerre. Regno aut personis irrogatorum. nō sufficeret. mulctādum decernimus in corpore

¶ Dans occasionē dāni p guerrā tenetur ad damni resartionem Regno cōmissi. Als in corpe puniatur

De hijs qui Thelonea absq3 concessione Regum exiguut

Item de hijs. qui Thelonea per terram recipiunt depositum est. Qz iura eorum coram Regia Maiestate requisiti producāt. super talibus theloneis si q̄ hn̄t et si quis talium Thelonea exigētium inuētus fuerit. ius aliqd nō habere. sed propria temeritate ductus. exigebat talia.

☞ Theloneū exigens sine iure bona i qbus exigebat amittit. p Rege confiscanda et nihilominus Rex contra eū iudicialiter. procedet

Extunc per presentis conuentus decretum bona sua. vbi talia exigebat thelonea āmittere debet merito. pro Regia Maiestate cōfiscanda. Contra quos nihilominus. dn̄s Rex iudicium locabit. ⁊ presidētes illi. sententiā ferre debeāt. iuxta dispositionem articuli presentis.

De pecunia bracata q̄ vbiq̄ȝ ī regno capiat̄.

d E minuta pecunia bracata Statuimus. vt per vniuersum regnum capiatur cōmode. Or. p medio lato grosso nouem denarij minute. et bracate pecunie recipiantur. Ad latos autē grossos pragenses qui eos in suis obtinent censibus fiant additiones. scd̄m cursum cōmunem. inter mercatores currentē. ¶ Si āt aliquis prefatā pecuniā minutā recipere recusauerit. si nobilis fuerit. pignoretur per Capitaneum in pecoribus. quotiēs excesserit. Si vero Ciuis aut mercator. p suis mercibus recipere renuerit: merces amittere debet fisco nostro Regio ꝯfiscandas. Si Kmetho captiuetur et turri imponatur. ¶ Uerumtamē si ī ipsa pecunia minuta duo grossi falsi apud quēpiā in vna marca reperti fuerint talis marcā ipso facto āmittat. Si vero in vna marca sex grossi d̄ falsa vt p̄fertur mōeta fuerint inuēti capite puniatur.

Statutū insuper est. vt Capitanei vbicūq̄ȝ locorum exactā. et diligētem habeāt curā. vt p̄fata pecunia minuta recipiatur. Et contrariantes modo p̄misso puniātur. Negligētes Capitaneos dominus Rex puniet. tanq̄ȝ ꝯtemptores laudi prefati et decreti.

Finis Statuti Pijotbrkouiensis Kazimiri Tertij.

¶ Alberti regis priuilegiū oīm p eū ꝑpetuo sanctitor. Qui suo eidē priuilegio paterne olim Maiestatis ꝑuilegiū Nyeschouiēsia et in Oppolri. Statuta cōtinēs inseruit sic vt infra videbitur.

In noīe dn̄i Amen. Ad ꝑpetuā rei
i memoriā Tron⁹ splēdor ⁊ potētia Regalis. ⁊ cuiuslibet ꝑncipātis maiestat̄ tunc dinoscitur inter fideles suos: nō soluȝ tutissime roborari: verum

¶ Pecunia minuta bracata in Regno recipiat̄. sic q̄ nouē halenses p mediāte den̄. lati āt g̃. iuxta mercatorū cursum teneantur

¶ Nobilis pecuniam minutā nolēs recipere. p Capitaneum pignoret̄ Ciuis mercator merces āmittit. p Rege cōfiscādas Kmetho vo turri recludatur

¶ Si duo g̃. ī marca falsi repti fuerint Marca ip̄a āmittit̄ Si sex g̃. in alicuius marca de falsa moneta reperiunt̄. ille capite puniatur.

¶ Contrauenientes Statutis p Capitaneum. loci Capitanei āt negligētes p regem puniuntur.

Joānesalbertus Rex Polonie constituit.

etiā velut radijs naturalissimis ,pminētib⁹ eis splendē dum pure fidei ⁊ beniuolētie sbditoꝝ meminit dumqꝫ acumē cunctarum lucubrationum ⁊ meditationum suaꝝ ,p eorundē fidelium suoꝝ.q̄ete.trāq̄llitate.eq̄tate.⁊ iusticia defigit. q̄ fit pcipue dum,p fide.⁊ beniuolētia ī regiā excellētiā efferēdā sblimandāqꝫ collata digna remunerationis brauia suisipis tribuet fidelib⁹ nō solum in libertatib⁹ iurib⁹ ⁊ ꝯstitutionibus largiēdis instituēdisqꝫ nouis: verꝫetiā alijs p alios Reges ⁊ pncipes pia ꝯsideratiōe institutꝫ ꝯfouēdis ⁊ ꝯfirmādis: neqꝫ ib errat sblimis regum.⁊ pncipuꝫ meditatio Etem̄ obseruātia fidei: sui trahēs originē ex augmēto grām iurium ⁊ libertatum: rōnis ⁊ nature ipius legib⁹ stabilioꝛ pseuerat. cuꝫ fauoꝛ ⁊ benignitas pncipis in suos ostensa sbiectos sic ꝯmodari.exhiberiqꝫ ꝯspicitur.vti eoꝝ necessitas honestas ac euētuū comunium vis creditur ,p tpe.⁊ in futuꝝ exposcere Jpa tādē maiestas.q̄cq̄d vnq̄ꝫ ,ꝑpterea decreuerit.aut instituerit.id ne labētibus seclis obliuionis ꝯfundatur erroꝛib⁹ ꝯuenit lr̄aꝝ apicib⁹ ꝯmēdare euiterne pinde ac viuaciter memorādum et duratuꝝ. ¶ Exinde Nos Joānesalbert⁹ dei grā Rex polonie. Necnō terraꝝ Cracouie Sādomirie Siradie Lancicie Cuiauie. Suppmus dux Lithrvanie Russie Prussie ac Culmēsis Elbingēsis Pomeranieqꝫ dn̄s ⁊ heres.⁊c̄ Memorie ꝯmēdatiuis tenoꝛe pn̄tium notificātes vniuersis pn̄s ꝯtinet etas cōtinebitqꝫ futura. Quō supioꝛi tpe diuino munē ⁊ cōi atqꝫ ꝯcordi platoꝝ Baronuꝫ Cōsiliarioꝝ ⁊ oī m regnicolaꝝ Regni nr̄i polonie fauore ad regnāduꝫ in h inclito regno nr̄o polonie tunc p mortē diui olim Kazimiri genitoꝛ nr̄i vacāte assumti exn̄tes licꝫ p alias lr̄as nr̄as tunc vniuersis terris limitatibus ⁊ subditꝫ regni nr̄i ꝯcessas vniuersa iura.pꝛiuilegia libertates.et ꝑrogatiuas p serenissimos illustrissimosqꝫ Reges.et pncipes regni polonie eundēqꝫ olim genitorē nr̄m eis cōcessas atqꝫ ꝯcessa cōfirmauerim⁹ cum sacramēto iuramēti in felici Coronatione nr̄a p nos corpalr̄ pstiti Jbi q̄ꝫ licet censeātur vniuersa pꝛiuilegia inclusa eē successiue regno concessa Tn̄ cum in pn̄ti cōuētione ,pduceretur in medium pꝛiuilegium originalr̄ ꝯtinēs ꝯstitutiones multas nob ⁊ reipublice regni nr̄i vtiles in Nijeschorva p olim genitorē nr̄m datum illud ad vota platoꝝ.⁊ vniuersoꝝ Regnicolaꝝ specialr̄ ꝯfirmaturi decreuimus pn̄tibus inserendum tenore infrascripto

Statutũ Kazimiri i Nyeschowa ⁊ oppokij

cunq; nobilem spiritualem vel secularem. cuiuscunq; status
& conditionis fuerit. quotienscunq; prefatum sal prohibituz
in domo vel in curia repertum fuerit. ille totiens irremissibili-
ter. dicta pena regali. quattuordecim marcarum puniatur. et
ad solutionem eius. modo quo supra compellatur. ¶ Si vo
apud Kmethonem inuentum fuerit. totiens quotiens id fe-
cerit. idem Kmetho pari pena puniatur. Ubi vo mediante pi-
gnoratione penam soluere non curauerit. extunc heredis con-
tradictiõe non obstãte (qui taliter subditos suos tenere debz.
vt non sint penales) bona dicti Kmethonis per capitaneum.
poterint et debent confiscari ad pene valorem extimanda. re-
siduum vero quod superesset. in bonis relinquatur pro Kme-
thone. Ubi vero bona Kmethonis non sufficerent pro pena
soluenda. Extunc idem Kmetho debet mancipari. & vincu-
lis detineri. vsq; ad debitam pene exolutionem. ¶ Casu vo
quo in ciuitatibus. vel oppidis. apud quascunq; personas.
Sal tale compertum fuerit habitum comestum vel propina-
tum & conseruatum. Consules dictarum ciuitatum in simi-
li quattuordecim marcarum pena puniãtur. que ciuitates et
oppida cum eorum incolis eum inter se ordinem seruent: vt
extraneum sal in detrimentum reipublice Regni nostri apud
eos nõ habeatur. propinetur. vel cõseruetur clam vel aperte

¶ Quapropter nos Joannesalbertus Rex

decernimus: Ut eoipso ordine decreti paterni statutum. de
sale obseruetur euiterne. Etsi illi qui ad recipiendum. alias

☞ Sal aduecticiũ sub pena quatuordecim marcaꝝ. ꝓhibitum terris russie exceptis.

☞ Pene salis qualiter exigẽde per capitaneos.

☞ Pena quattuordecim marcaꝝ in eũ apud quẽ sal reptuz esset.

☞ Pena ꝯ Kmetonem ꝓ sale apud eũ reperto.

☞ In ciuitatib⁹ et oppidis. si sal reptũ eẽt. eãdẽ dẽant penã

☞ Arrestatores salis si excedẽnt ꝯ statutũ arrestãdo ꝑ palatinos terre illi⁹ iudicabũt & detinebũtur vsq; ad pene solutionem.

arrestādum sal pro tempore deputantur. aliter in reperiēdo: arrestandoq; sale. et transgressores puniendo processerint. extunc decernimus secusfaciētes pena quattuordecim marcarum puniendos: pro qua coram palatino terre lociq; illius cōparere. respondereq;. et iuxta decretum eius. illā palatino solue re debeant. more terrestris iuris exigendum: et si impossessionati forēt. habebit: et habeat palatinus ipse. facultatē eos capriuandi detinendiq; tanq; iuris. equitatisq; communis violatores. non mittendo eosdem donec aut penam illam soluerint: aut cautionem pro se dederint ad soluendum.

De floreni valore.

Tem cum cerneremus varietates cōmitti multas ī valore auri florenorum: cum quilibet prout vnicuiq; libet illos pro priuato extimat iudicio. interdum minorem. interdum maiorem extimando. qd fit nō absq; reipublice incōmodo. Itaq; ordinare cupiētes ne ī futurum pro et sup valorē ipso florenorum. errores committātur. Statuimus et decernimus vt in regno nr̄o vbiq;: valor floreni certus: videlz medie sexagene habeatur. ouseruetur q; euiterne. penam constituen̄ triginta florenorum hungaricalium. ab illis q̄ per alium valorem aut vendere. aut emere florenos viderentur. per locorum capitaneos irremissibiliter sub priuatione capitaneatuum exigendam. nostro inferendam erario. pro auro argentoq;. ad monetariam nostram comparandis.

¶ floreni valor ad mediam sexagenam pstitutus et pena cō minatur. xxx. floren̄. p capitaneos exigē dorum

De laicis messis tpe exire d̄ regno pħibitis

Quoniā q̄plures laici et mulieres de terris mazouie. et alijs terris Regni polonie Slesiā et prussiā messis tpe se trāsferre ɔsueuer̄t. q̄ fit vt in terris Polonie laboratores et fruitores hr̄i nō pn̄t faciliter. Itaq; statuimus: vt oēs tales de terris polonie et Mazouie extra regnum laboratum euntes p capitaneos tenutarios atq; nobiles. et locorum dominos officialesq; impune retineantur. retentiq; laboribus regnicolarum applicentur.

¶ Qui messis tpe extra regnum exirēt capriuen̄ p capitaneum et laboribus applicentur regnicolarū impune.

Kmethones quot ānuatim d̄ villa mittēdi.

Tē inhitendo cōstitutioni magni Kazimiri Regis. predecessoris nostri statuimus: vt quemadmodum ex cōsuetudne fieri consueuit. sic etiā perpetuo obser-

Kmetho vnus tm̄mō de vna villa in aliam transferri potest anno quolibet.

supra fo. xiiij. incipien̄. Cum de separatiōe etc.

uetur. q̄ nō plēs: q̄z vnᵘ Kmetho annis singul'se de vna vil la. in aliā trāsferre poterit iure atq̄z licite. vbi vo q̄spiā Kmethonem vnum p̄dictum mittere nollet. in pena succumbet cō sueta. que antiquitus in terris singulis in hac parte contra se cuffacientes decerni consueuit.

De laicis seu mendicis mendicatū eūtibus

1 Itē cum viderētur in h̄ inclito regno nr̄o mēdicātes laici et femine i tāta mltitudine eē vt dari nō possit regnum (iudicio eoꝝ: q̄ multas orbis ptes pagrarunt) freq̄ntiā ꝯtinēs mendicantium tantā. inter quos plēs cōstat laicos et feminas bonaꝝ virium esse. posseq̄z cōpetenter manuū n labore victum querere: dummō illos et illas lex super id itringeret nō voluntas p quā. seu vt verius loquamur desidiā q̄ndā vt p̄mum in eis barbe a mento depēdēnt et cani videntur pili postpositis domiciliis in elemosinaꝝ suffragiis ac impetratōibᵘ residuum vite ponunt: scādala nōnunq̄z committētes: nōnunq̄z vo vbi p̄ce nō i petrāt dol'obtinēt ¶ Quapter instar legum optimaꝝ municipaliuz in plerisq̄z xp̄ianis dominiis sanctitaꝝ. Statuimᵘ vt in ciuitatibᵘ oppidis et vill' regni nr̄i nō plēs mēdici hēantur q̄z q̄t cōitates et dn̄i locoruz decernāt b̄ndos. q̄bᵘ in locis ciuitatibᵘ et oppidis cōsulatᵘ. p tpe exn̄s. in vill' vo plebani sub quoꝝ prochiis ville ꝯsistunt et locoꝝ dn̄i signa imponant sub illis ad designandum numerum eoruz quos habendos duxerint mendicaturos. ¶ Qui vo absq̄z signis repientur decernimus ad seruitia capiendos. aut in manᵘ capitaneoꝝ nr̄oꝝ tradēdos: a q̄bus illos p laboribᵘ castroꝝ nr̄oꝝ Turcis et tartaris cōmetaneoꝝ: fossataꝝ q̄z successiue recepturi sumus. ¶ Poterint tn̄ et valeant dn̄i locoꝝ his quos emeritos. ac ad nulla iuris officia valētes cognouerint. suas ad pegrinādum illis testimoniales lr̄as ꝯcedere: sub quarum emunitate etiam signa non habentes: admitti debeant vbiq̄z elemosinas petituri.

Margin notes:
- In ciuitatibᵘ et villis sb̄ certo nūero medici b̄ndi sub signo plebanorum aut cōsulū mendicaturi.
- Absq̄z signis mēdicātes captiuētur ad laborē castroꝝ
- Dn̄i locoꝝ mendicatur' lr̄as dabūt

De succamerariorum salariis.

1 Itē ō salariis camerarioꝝ terrestrium vnā atq̄z cōem terr' omībᵘ ꝯstitutōez faciēdā decreuimᵘ et statuimᵘ. vt in omnibᵘ terr' regni nr̄i succamerarii terraꝝ. vna cuz camerariis ipoꝝ nō plᵘ q̄z trium marcaꝝ arrā seu notam pro graniciebus limitatis accipiant vbiq̄z

Margin note:
- Succamerarii et corū camerarii tres marcas a granicie bᵘ recepturi.

De salis libera ductura venditione. Item de cistis salis abolitis.

1 Item crebris moti q̄relis subditoꝝ nostroꝝ sup cari-stia salis in terris maioris polonie ꝛ Cuiauie sepius contingen. tametsi certi vectores ad certa loca cum sale minuto ire illudq̧ in cisti opidoꝝ deponere cōsueuerunt Tn̄ abolentes cistaꝝ earundē depositoria statuimus: vt vectores salis vbiq̧ sine arestis ꝛ ꝓhibitionib⁹ sale ducto eāt illudq̧ vel in cistis deponendo vel nō deponendo: aut in curribus ipsis tenendo. vbi eis videbitur faciendum dieb⁹ ꝛ horis consuetis iusto precio in ciuitatibus oppidis atq̧ villis. vendant ementibus vbiq̧ adeo libere: vt in nullis locis ad ponenduꝫ cogi possint. Saluis tamen foralium solutionibus penā certaꝫ quattuordecim marcaꝝ cōstituen. ab illis q̄ aut vecturā. aut venditionē ipam ꝓhibere niterētur. per nos nostrosq̧ capitaneos exigendam.

In terris maioris polonie ꝛ Cuiauie vectores sal libere ducturi et vendituri: nō cōpellen. ad deponēdum in cistas sub pena quattuordecim marcarum.

De exactione regali seu duoꝝ grossorum: qualiter soluenda sit.

Vide huius in priuilegio Wladislai. Jagelo. fol. ltr. et in alio priuilegio. folio. lj.

1 Item statuimus vt moneta in regno communis currēs: vicꝫ medioꝝ gl. in exactōib⁹ duoꝝ gl. q̄ a nonnull' regalia ac poraldne. a nōnull' vo podiumne dici ꝯsueuerīt recipiatur vbiq̧: quaꝝ lꝫ q̄ditas ipa nominis significet atq̧ indicet solutōis ꝯsuetudinē. Tn̄ cum intellexissem⁹ i aliq̄b⁹ loci introduci q̄sdā ꝑuatas ꝯsuetudines i exactōibus hmōi q̄ fortasse in aliq̄b⁹ loci d laneo p fertonē in aliq̄b⁹ vo p̄ fertim in halicien terra nō absq̧ ꝑiudicio ꝛ g̅uamine sb̄ditoꝝ nroꝝ de q̄libꝫ agri pte tm̄ q̄tum exactorib⁹ placuit recipiebātur ꝛ soluebātur. Idcirco tāetsi certi ꝑdecessoꝝ nroꝝ priuilegijs ac eoꝝ ꝛ regni statuti ꝛ cōsuetudinib⁹ cōstitutuꝫ approbatumq̧ fuerit: qꝫ p duos gl dēant solui tn̄ nos spāl'r ꝓpt succrescētes eos errores pimēdos. Statuim⁹ qꝫ exactiones ipe duoꝝ gl. nō ꝯfuse l' d domib⁹ vl' d agri ptib⁹. sꝫ de q̄libꝫ agri laneo seu māso integro p duos gl moneta nr̄a regia in regno cōiter recipi solita: sicq̧ ꝛ non aliter solui debeant in euum in omnibus terris districtibus ꝛ locis terraꝝ nostraꝝ.

Exactio similiter seu poradlne nō aliquā de integro agri laneo p duos tātūmō gl. in moneta regia cōiter curren. et nō de domibus aut parte lanei vbiq̧ soluendo.

De libertatibus per exactores tenendis

☞ Libertate a censibus p dños locorum ꝯcessis durante exactores nihil pro exactionibus exigere ausuri.

1 Item in exigendis ceteris exactiōibus antiq̄s. aut ꝑ tpe laudatis. volumus ꝛ statuimus exactores: adeo rōnabiles atq̧ discretos eē: vt de hominibus cāq̄cunq̧ ꝓcedēte a censibus annuis liberatis: interim donec libtas nō videbitur expirata esse. actiōes ipsas laudatas. laudādasq̧. exigere nō presumant neq̧ possint

¶ De libertate nobilibus et spiritualibus a theloneis ꝛ foralibus concessa. ¶ Item de idulto liquoꝝ quoꝝlibꝫ i villis ꝓpinādoꝝ.

☞ Capitanei aut locoꝝ dñi nulla thelonea ac foralia exigent a nobilib⁹ ꝛ spiritualibus. ꝛ similit̄ a kmetonib⁹: vt īfra

De foralib9

1 Item fit fortasse sepius Qꝫ capitanei locoꝝ. aut quia aduene aut qꝛ nouicij vl' impossessionati existētes tā q̄ iurium ꝛ ꝯsuetudinū localiuꝫ ignari nouas introducunt ꝯsuetudines. introitus statuētes ꝛ exigentes inconsuetos: ꝛ in nōnullis capitaneatibus stringentes subditos nostros spirituales secularesq̧ ad recipiendas in domos ꝛ tabernas. ceruisias oppidoꝝ nostroꝝ in capitaneatibus ꝯsistētium. quo plurimum artari videtur libertas cōmunis. vnde necessario statuimus qꝫ vbilibet locoꝝ noua ꝛ incōsueta thelonea foraliaq̧ ꝑ Capitaneos aliosq̧ dignitarios ꝛ officiales nostros a subditis nostris cuiuscunq̧ status ꝛ cōditionis existentibus. ꝓsertim vo a nobilibus ad fora nō ꝓpter mercaturam: sed in priuatis actiōibus venientibus. ¶ Ac etiā kmethonibus pecora ꝛ pecudes res quoq̧ al's priuatas cuiuslibet generis domestica cura cōparatas: ducentibus: vendentibusq̧. aut ꝓ vsu domestico ementibus exigi nō debeant: ꝑ ꝑñti statuto exigenda ꝓhibem⁹. ¶ Et abusum illum quo ad recipiendas in villas de ciuitatibus ꝛ oppidis nostris ceruisias. quaꝝ spirituales ꝛ seculares subditi nostri. specialr̄ in brestensi Junivladislavieñ. ꝛ Radziieovieñ. terri alijs quoq̧ terris ꝛ districtib⁹ cōpellātur. tollim⁹ ꝛ abolem⁹ ꝑpetuo decernentes. statuētesq̧ illos ꝛ alios vbiq̧ locoꝝ in Regno nostro constitutos subditos nostros villaꝝ dños eoꝝq̧ subditos in hac libertate cōseruandos. vt liceat cuiq̧ ceruisias ꝛ liquores alios: vndecunq̧ recipere sumere in villisq̧. ꝛ locis alijs ditiōis eoꝝ braxare ꝛ braxari facere ac vndecunq̧ ma-

☞ Kmetones a pecoribus ꝛ rebus domesticis in foro nec thelonea nec foralia soluant d̄ cetero

☞ Indultū spiritualibus ꝛ secularibus regnicol' in villis ceruisias vndecūq̧ recipere, ꝓpinatū. easq̧ braxare ꝛ alios habere liquores ad vsū domesticū cōmunē

luerint aut voluerint summere habere propinare et vtifrui libere absq3 omni nostri et Capitaneorum nostrorum prohibitonis arresti ac pene formidine

De locis Conuētionum ante expeditionē bellicam premittendarum.

Expeditiões bellicas precedant Cōuētiones terrestres ī locis infra scriptis.

i Tem quoniā cōuenimus simul cum vniuersis sbditis nostris: vt quālibet expeditionem bellicam generalē Cōuentiones particulares in locis consuetis sm cōsuetudines ex antiquo seruatas pcederent. Itaq3 statuimus Qr nos successoresq3 nri qtiescunq3 expeditionē bellicā vellemus indicere seu vellent necessitate quacunq3 exposcēte totiens Conuētiones particulares instituere debebimus et debebunt. ¶ Videlicet terrigenis Cracouieñ. terre ī Proschorvicze Sādeceñ. et bijeceñ. ī Czchorv Sādomirieñ in Nouemijasto Maiorispolonie z zvschoueñ. in Srzoda Siradieñ. et zvijeluneñ. Siradie Lancicie Cuijauieñ z Bresteñ. ī Brzesczije Dobrineñ. ī Ripijn Gostineñ. et Sochaczoueñ. in Ripijn Raneñ. in Rarva Lublineñ. et Lukoueñ. in vrzandorv Chelm in Rubijeschorv Belzeñ. in Busskro premislieñ. in mosczisk a podolie in Camijenijecz. Sanoceñ. ī Sanok Leopolieñ. ī zvisnija halicieñ. ī Treborvla ad cōsulēdum necessitati tunc fortasse nobis et Reipublice Regni nostri imminenti

Cracouie
In Proschowice.
Sandecz
Byjecz
Czchow
Sandomirie
Nouemijastho
Polonie
Vschowa
Srzoda
Siradie
Lancicie
Brzesczije
Ripijn
Gambijn
Rarva
Russie
Vrzandow
Rubijeschow
Bussko
Mosczisska
Camijenijecz
Sanok
Visnija trebowla.

De iudice Terrestri in terra mansuro

Iudices in suis terris residē teneāt alās anno post non residentiam decurso nouus eligatur.

facit pro hoc supra in cō. Kazi. magni icipieñ. Itē vt Palatini fo. xj. et ī alia in cip. Quia plerumq3. fo. xij

i Tem cum nōnulli sbditi nri aut domicilia ppria aut seruiciorum suorum officia terris in alijs obtinētes Judicatus terrarum in qbus nō resident occupare et officij ministeria negligere sepenumero viderētur Nos super h cōsultationem habētes generalē cum platis et Baronib9 vniuersis: decreuimus statuendum vt in singulis terris iudices terrarum residere et iusticiā petentibus ministrare per se et personaliter teneantur. Alioquin si interim iudicijs nō preessent nec in terra residerēt extunc Anno decurso iudex nouus p nobilitatē terre illi9 eligatur iuxta ɔsuetudinē ātiqtus institutā

De Palatinis pcia et mēsuras rebus vena

libus imposituris. Itē de Fraternitatibus

Palatini terrarum reb⁹ terrestribus. seu in Regno natis ac laboratis precia et mensuras īponant ascitis sibi Capitāeis. et dignitarijs aliquibus

iTem quēadmodum Rex Wladislaus p̄decessor noster in Conuētione Warthensi recensendo artis Mechanice homines. venditione reꝝ nō ex equo vtētes legem desup̄ instituit singularē. Sic nos sciētes rationabilr̄ atq; cōsulto. factam ꝯstitutionem illam decreuimus approbandā et ratificandam. approbamusq; et ratificamus. Statuētes ꝙ palatini terraꝝ in singulis palatinatuum suoꝝ terris ascitis sibi Capitaneis locoꝝ et dignitarijs. quos ꝯmode habere poterint. singulis annis et certis diebus. tam frumētorum q; pannorum. et aliarum rerum terrestrium. q̄ ad fora per Kmethones ducuntur. ⁊ que in Regno nostro inueniuntur. precia atq; mensuras indicere. instituere. moderari. et erigere debeant s̄m consuetudinem antiquā. puidendo ne circa easdē mensuras ⁊ pretia. fraudes ꝯmittantur. ¶ Necq; iuxta illud mechanicorum Kazimiri statutum fraternitates destruantur. ¶ Si tandē Palatinus ipse aut aliqui palatinoꝝ nr̄orum illius antiqui atq; presentis statuti nostri executionē. facere postposuerint et in videndis instituendisq; eisdē precijs negligētes. aut incurabiles fuerint. seu aliquis eorum fuerit. Extunc talis negligens palatinus. pro pena sue huiusdē negligētie. equum ambulatorē nobis dare debeat et tenebitur totiens quotiens negligētiam in premissis cōmiserit. eadem pena per nos successoresq; nostros puniendus.

Supra folio xlvij. incipien. Ad pcludendam viā et in ꝯstitutionē Kazimiri nijescbo... fo.

Fraternitates destruende iuxta statuta Kazimiri

Palatini precia rebus nō īponētes equū Regi p̄ pena debituri pro omni vice negligētie.

De eq̄ sup ... ctum ... fo. xcv.

De Ciuibus et plebeis oppida. ⁊ bona alia in Jure terrestri. non possessuris

Ciues et plebei nulla bōa terrestria possidebunt etsi resignarētur illis sit resignatio irrita et inanis.

iTem statuimus. Qz Ciuibus ⁊ plebeis vndecunq; existentibus. oppida. villas. predia. et bona alia iuri terrestri supposita. emere. tenere. possidereq;. perpetuo vel obligatorio modo. liceat minime. ex eo ꝙ in p̄fectionibus bellicis et aciebus ordinatis. locum inter Nobiles cōpetentem nō haberēt. Necq; illi bonis talibus habitis. occasiones querere cōsueuerunt a bellicis expeditionibus liberādi. et insuper cum ipsi domos et bona in iure Ciuili sitta Nobilibus no admittāt resignari eadē vicissitudine. ⁊ illis bonorum in iure tertestri sittorum exemptio videtur esse non abre

ꝓhibenda. Orq3 iudices terrestres et Castreñ. inscriptiones hmōi. in fauore et ꝑsonas Ciuium fiendas nō admittāt admittereq3 nō presumant. etsi secusfecerint. extunc quicq̄d inscriptum fuerit ꝯ ꝯstitutionē hmōi: id irritum nullzu et inane decernatur esse. statuto pñti mediāte. ¶ Et q̄ illi q̄ iā in effectu bona terrestria vsurparunt illa hinc ad decursum tp̄is. q̄ cōmode istud facere possent. vendē teneātur. sub penis q̄s ex ill' secusfaciētibus. iuxta arbitrium nostrum. et palatini terre. in quo illa cōsistunt exacturi sumus irremisibiliter.

☞ Plebei bona in iure terrestri possideñ. vendē teneāt sub penis q̄s Maiestas Regia ex illis iuxta suū et palatini arbitriū exactura ē

De armis ad domū iudicij nō inferendis.

Facit ꝓ hoc supra i con. Kazi. magni icipieñ. Plerunq3. fo. xiij Et i cō. Kazi. tertij icipieñ. Vt violētie. fo. lxxvij.

Post premissa instituta nr̄a cum reuoluissemus puncta statutoꝝ in Cōuentione proxime preterita. i qua p̄mum post felicē Coronationē nr̄am. h̄ cum s̄bditis nr̄is ꝯsultationes habuimus publicit⁹ p nos sancitoꝝ. qm̄ tunc tp̄al'r facta ad pñtem dietā reseruata erāt interpretanda Iccirco de ꝯsensu ꝛ ꝯsultatione cōi āputatꝛ alijs q̄ videbātur aut onerosa multum. aut supsticiosa. aut equitati nō q̄drātia de illis infrascriptas duntaxat cōstitutiones approbauim⁹ ꝛ approbamus ꝑpetuo duraturas In p̄mis cuz iudicioꝝ tribunalia ad dicēdā ꝛ discernēdā iustitiā. dextere excelsi. ꝓprijssime diuinitus fuerint reseruata. Nobis tandē mortalib⁹ q̄ vicesserimus solicitudinum mundanaꝝ cōmodata. Nos cum in nomine iustitie veritatē: in vitate deum dictum implicite credamus. Statuim⁹ vt ob reuerētiā iustitie ꝛ tribunalis: Qd̄ ex parte dei iudicantib⁹ ꝯceditur nob. nullus in domuz vbi iudicia terrestria celebrātur. cum armis q̄buscunq3. vel cōmunibus. vel excogitatis intrare audeat. secusfaciēs pena q̄ttuordecim marcaꝝ p iudicium puniatur Cuius arma Capitaneus vel Burgrabius terrestris. si iudicio p̄sidet. aut officiales iudicio p̄sidētes. p se tollēt ¶ Etsi q̄s ausu temerario in iudicio gladium vel cultrum vl' lanceā exerere. vibrareq3 p̄sumeret. sexaginta marcas pecuniaꝝ i terra currētium iudicio exoluat ¶ Qz si aliquē vulnerauerit collo priuetur. Tales q3 violatores p loci Capitaneum vl' Burgrabium detineātur incarcerandi. vsq3 ad satisfactionē et solutionē penaꝝ suprascriptaꝝ

☞ Nemo i domū vbi iudicia celebrāt cū armis intrare audeat s̄b pena q̄ttuordecim marcaꝝ. Arma vo Capitaneus aut official' iudicio presidens tollet.

Facit ꝓ hoc supi cō. Kazimiri mag. icipieñ. Statuimus. fo. xiiij. Et i alia incipieñ. In sup Statuimus eo folio

☞ Vibrās gladiū i iudicio sexaginta marc iudicio soluat Et tales p Capitaneum aut Burgrabium detineant aut incarcerent vsq3 ad satisfactionem

☞ Vulnerās aliquē circa iudicium pena capitis puniat

De termino cittationum ad Conuentionem generalem prefigendo

☞ Jn cittatiōe ad Cōuentionē generalem scripta termin⁹ sp sit sexti diei post ingressum Secus facie̅s succūbet i pena trium marcarū

Tem quoniā nōnunq̄ꝫ terminus cittationum ꝯfuse
i scribebatur. ad Cōuentionē generalē. aut certa diei
specificatione nō limitatus. aut prolixi⁹ assignatus.
vñ cōtingebat pauperes nōnullos nō expectato termino defectu expēsaꝝ. de Conuētione recedē. sicqꝫ in iustitia negligi Hac igitur ratione moti statuimus. ꝙ cittatio ex pte actoris sup reum. q̄ dꝫ fore ad Cōuētionē generalē ꝯtineat sp terminum seu diē sextā. post ingressum nr̄m ad locum Cōuētionis. sb pena trium marcaꝝ. Et h̄ ꝑterea. vt lapsa vna septimana post ingressum nr̄m in locum Cōuentiōis. ꝯdemnationes et iudicia exerceātur. ne expēsis ꝛ impēsis magnis homines grauarentur

De domus violatione et i ea violēta vulneratione ac homicidio et complicibus eius.

☞ Violator libertatis et quietis domestice vita priuandus sex testium et actoris iuramento conuictus

Tem Cum frequētius violatores domoꝝ suas de-
i fensiones iudiciarias deponerēt in multitudine cau-
telaꝝ. p q̄s nōnunq̄ꝫ rei absoluebātur ab instantijs actoꝝ. Vñ statuimus. Qꝫ si q̄s intrās domum alicuius manu violēta hospitē aut vxorē vel filiuꝫ aut familiarē ipius interfecerit. aut etiā enormiter vulnerauerit. talis si cittat⁹ fuerit ad iudicium Castreñ. nō aliter ꝯuinci debeat. nisi testibus decemocto nominatis e quib⁹ electis sex nobilibus bone fame. et possessionati illius districtus aut palatinat⁹. vbi tl'e crimē fuerit patratum. actor cum eisdē p̄stito iuramēto actionē obtinebit. et reus vti violator securitati domestice vita priuabitur. ❡ Cōplices v̊o antiquā retineāt ꝯstitutiōis iurisditionē animaduersionēqꝫ. ❡ Cum tñ q̊spiā psonā iustā ꝛ innocentē ꝑ tali aut alio crimine calumniose inculpauerit Exindeqꝫ cuꝫ inculpat⁹ deputaretur turri recludēdus in tali casu nos ꝛ successores nr̄i. ꝑusqꝫ ad deputādum in turrim festinauerimus. Scrutabimur ꝛ scrutabuntur scireqꝫ debebim⁹ ꝛ debebunt verā positionē rei culpe et calumniatori. q̊ i calumnia ꝯperto Nos vt talē ex debito auctoritati nr̄e infamē ꝓnunciabimus et insup i facie cauterisari demādabim⁹. ❡ Sꝫ si violator ipe patrato crimine de Regno fugierit. Jpso facto infamis pronuncietur et habeatur. in collo si eius copia esset puniēdus.

Facit p ho[...] i cōstitutiō[...] Razi. ma[...] icipien. p[...] trus depo[...] fuit. fo. [...]

☞ Cōplices violationis domestice antiquo iure vincendi

☞ Calumniator violationis domestice infamis et cauterisandus pronunciandus

☞ Violator domestice libertatis extra Regnū fugiens infamis ē ꝛ occidēdus

De eo qui inculpatur ꝙ familiaris suus domum violauerit

Sile p hoc supra in cō. Kazi. magni incipien. Cōtingit etiam fo. iiij Eo fo.

Pyotrkouie constituit.

Sūmariū

Um vo aliqs hō cuiuscunqz status exnis inculpatus fuerit Qz ipius familiari. violentiā domesticā fecerit vt s descriptuz ē. hospitē. vxorē. filios. aut familiarē eius inuadēs manu violēta. ī domo eadē interfecerit ī eo casu illum violatorē. apd suum dnm. p Nobiles ꝛ ministerialē ar restari decernim⁹. cum q tliter inculpato. dns suus ius mini-strare tenebitur. etsi psonalr requisitus. ius ministrare dene-gauerit. extunc. p eo rndebit dns sm iurisordinē.

Seruitor cuiuspiam violās domū arrestandus apud dnm decernit et dominus iustitiā ministraturus de eo vl p eo rndeat solus ipe

De seruitore violatore domus fugiente qd cum domino faciendum.

facit p sup fo. iiij. et fo. vj. Icipien. Preterea

Alis āt familiaris si aufugerit. p Nobilesqz arrestatus nō fuerit. dns su⁹. p ipo cittatus. non alr se innoxium de crimine tali expurgabit. nisi iuramēto p euz cum duob⁹ testib⁹ sil pstito qd videlicet nec suo scitu. nec cōsensu neqz mādato aut voluntate crimē id. ē ꝯmissum neqz de dit aufugiendi occasionē seruitori

Dominus seruitoris post violatione ꝯmissam domus fugiētis cū testibus duob⁹ terti⁹ iuramēto se purgabit de nō pstita occisione

De homicidio ꝛ Capite Nobiliū soluēdis.

Fac ad hoc sī cō. Kazi. mag. icipien. Licet antiq. tus. fo. iij. et in alia icip. vt violētorꝫ fo. iiij. Et in alia icipien. Quāuis occidēs. fo. iiij

Tem de homicidio Nobilum casuali qz a diuersis di uersimode refertur casualr ppetratum. Statuimus Qz homicide hmōi. p capite soluāt Centum viginti marcas ꝛ p vnum ānum ꝛ sex septimanas ꝯuicti iure ī turrim deputētur. Nec turris correctionē vllomō euadāt. Etiā si cū amici occisi ꝯcordiā inierint. ¶ Si vo talis homicida timens turris correctionē de Regno fugierit. siue possessionat⁹ siue nō: infamis ipo facto ppetuo. pnuncietur p ministeriales. p cla mationibus mediātibus publicādus

Homicida nobilium cētū viginti marcas datur⁹ et p annū ac sex Ebdomadas ī turri sessurus etiā ꝯcordādo fugiens sit infamis

¶ Sile s. c. Siue non. nulli. fo. iiij.

De homicidio ī sui defensione casu psertim in via commisso

Quodāmodo sile icon. Kazi. magni incipien. Ac cepimus qz per⁹. fo. xvij

Erunquia ꝯtingit sepenumero casualē homicidam minime esse reum homicidij qz vim vi repellēdo euenit Jccirco specialr declaram⁹ statuētes ad eosipsos Nobiles et nobilium homicidas. vt cum qspiā aut viam aut trāsitum alteri⁹ obsidēs occideretur. per illum cui⁹ trāsitum aut voluit ppedire. aut euntē molestare. Jn tli homicidio cit tato homicide sex testes sufficiāt se expurgāti ꝛ ꝯuict⁹ ñ plus q̄ sexaginta marcas. cōmunes. p Capite soluet sine turri

Vie ppeditorē aut insidiatorē interimens sex testibus se purgabit. Conuictus vo. p Capite Marcas soluet sexaginta absqz turri

De homicidio in via publica facto

☞ In via publica interimens nobilē ꝛ solutionem et turrim sustinebit

Ed idē aut vie aut trāsitus publici ꝑpeditor aliuꝫ sb tutela cōis securitatis vie euntē temere interficiēs cētum et viginti marcas cōmuniter currētes exoluet punitionēqꝫ turris sustinebit ordine ꝑtacto.

In eodē ti. aliter diffinit Kasi. mag. concipien. Ut itaqꝫ certo fo. lv.

De homicidio in defensione bonorū. aut subditorum cōmisso

☞ Qui bona aut suos defendens nobilem interimit. solutionem nihilominus ac turris pēas debeat.

p Reterea tā etsi de casuali homicida in itinere se tuēti. sic vt ꝫ diffinium⁹. Tū insuꝑ statuim⁹ vt ali⁹ homicida casualis aut bona: aut suos defendēs. si ꝯmittet homicidium licꝫ nō voluntarium Nihilomin⁹ vict⁹ iure pēa carceri nō ꝑpessa. cētum et viginti marcas cōes ꝓ occiso exoluere teneatur

Facit quo ammodo ꝑ hoc in con. Kazi. magni incip. Quicrelam per fo. lvij.

De raptu virginum ac feminarum

☞ Raptor virginum aut mulierum honore priuandus ipa vo se rapi ꝯsentiens perdat dotem et bona.

i Tem de raptorib⁹ virginum et feminaꝝ ita volum⁹ esse obseruāduꝫ. vt tl'is raptor v̄ginis. si iure ꝯuict⁹ fuerit ꝺm āttquiora statuta honore. et femina rapi se cōsentiēs bonis omnib⁹ hereditariꝭ ꝛ q̄buscunqꝫ aliꝭ ipaꝫ cōcernētibus reb⁹. doteqꝫ ꝑpetua priuētur ꝑpetuis ꝑibus

De quibus supra i con. Kazi. magni incip. Quicunqꝫ vo fo. lxxiiij.

De granicierum limitatione inter bona regalia. et Terrigenarum. ꝛ numero commissariorum. ac modo iudicandi.

☞ Ad granicierū limitationem cum bonis Regalibus Cōmissarij qnqꝫ decernuntur. granicies vel ex seruū cōcordi testimonio. vl'et voto plurium inter se limitaturi. cōditiōe tenutariorum non obstante

i Tem cum inter bona nr̄a inscripta. vl'nō inscripta. ꝛ sbditoꝝ nr̄oꝝ. nr̄is ꝯuicinātium. nōnunqꝫ iniurie et oppssiones nōnunqꝫ etiā cedes ꝯmitterētur. ꝛ fierēt difficultates plurime. ꝓ limitatione ḡnicieꝝ nr̄is. aut Capitaneis aut Tenutariꝭ. sb vmbra Regij nominis nr̄i. bonoꝝqꝫ nr̄oꝝ. sbditosqꝫ nr̄os vicinos. aut opprimētib⁹. aut limitationem ḡnicieꝝ difficultātib⁹. Iccirco ex innata nob v̄tute. ꝛ benignitate Regia. ꝑpter oēm sbditoꝝ nr̄oꝝ iustitiā. et pacē ex hac pte hn̄dam. ꝓmittim⁹. qꝫ q̄buslibet sbditꝭ nr̄is. cuiuslibꝫ stat⁹ et ꝯditionis exn̄tibus. ḡnicies ex pte bonoꝝ nr̄oꝝ petentibus. Nos et successores nr̄i. ꝺm statuta antiq̄ ad discernendum eq̄tatē. cōmissarios illi⁹ terre et district⁹. in q̄bus bōa limitanda ꝯsistunt. videlicet duos dignitarios. et duos officiales. cum suo Camerario deputabim⁹. ꝛ deputare debeāt Capitaneoqꝫ seu Tenutario bonoꝝ nr̄oꝝ mādabim⁹. vt pariter cum cōmissariꝭ eisdē. ad limitāduꝫ bona eadē exeat: descēdat et cōmissarios expēsis ꝓuideat. in hꝭ ꝑsertim bonis q̄ habe

Facit ꝓ hoc supra in priuilegio Wladislai Jagello incipien. In noie dni fo. xlviij.

De quibus supra in codicillo Wladislai Jagello incip. Delumine aute fo. xlvi.

Sūmariū

mus libera.et sine obligatione. Quiq̄dē cōmissarij. postq̄
exiuerint: dn̄t ex vtraq̄ pte.senes aduocare a q̄bus recepto iu
ramēto iuxta eoꝝ recognitionē et testimoniuz.ad limitatōnē
ꝓcedēt. Si vō ipsi senes discordes fuerint. Extunc cōmissar ij
iuxta suas ꝯsciētias ꝯcordādo discordias senum.scd̄m eoꝝ ꝓ
uatum iudicium.limitationē ip̄az ꝓsequētur.⁊ terminabunt
vbi āt et ip̄i cōmissarij discordarēt.volumus ꝙ ex ip̄oꝝ sentē
tia.q̄ plures in voce ꝯcordes fuerint.auctoritas atq̄ ptās de
pendeat diffinita terminādi.nr̄oꝝ officialium videlicet Capi-
tanei.aut Tenutarij cōtradictione nō obstāte

De Kmethone fugitiuo repetendo tam de Regalibus q̄ non regalibus bonis.

Supra fo. c[?]j.

De quo s in cō. Ka. mag. fo. xx. iiij. Et xxxvj. Et i cō stitutiōe vladislai. fo. xlvj

Tem licet iā de iudicijs Kmethonum missis vel nō
missis nōnihil diffiniuerimꝰ. Tn̄ q2 restat diffiniēdū
de fugitiuis. Jccirco decernimus ⁊ statuimus. Qꝫ si
Kmetho cuiuspiā sb̄ditoꝝ nr̄oꝝ. Spiritualium ⁊ seclarium
fuge medio.se trāstulerit in bona alteriꝰ.siue etiā nr̄a Nos ꝑ
eum aut eiꝰ nomine.cuiꝰ Kmetho erat req̄siti exn̄tes. demā-
daturi sumus Capitaneo Burgrabio.aut Tenutario nr̄o.ad
quēcunq̄ Kmetho ꝓfugit Kmethonē restitui iure mediāte
Quodq̄dē ministrari volumꝰ polonicuz s̄m statuta āntiq̄ora
et sub penis in eis ad id descript.eo q̄z mō ac scd̄m idē statu-
tum sb̄ penisq̄ illis statuti antiq̄ q̄libet Regni indigena.cui-
uscunq̄ status et ꝯditionis existat ꝓfugum Kmethonē resti
tuere teneatur videlicz iure polonico locato.⁊ scd̄z illud eum
ip̄m Kmethonē repetēti iustitiā ministrādo sine dilatōe. Etsi
ꝓ eodē ꝓfugo Kmethone cittari ꝯtingat quēpiā nobilē. aut
alium sb̄ditum nr̄m cuiuscunq̄ p̄eminētie dignitat ꝯditiōisq̄
exn̄tem.cittatꝰ in p̄mo termino tāq̄ ꝑemptorio r̄nsurus ē
Cui dilationis inducie aliter ꝯcedi nō debeāt nisi q̄s eiꝰ nomi
ne vera infirmitate exposcēte eas ꝯcedi flagitare. ¶ Cui etiā
legi atz iuri Capitanei nr̄i sb̄iacebunt: sic ꝙ iure ꝯuicti vti ter
rigene penis in antiq̄s statut ꝯtētis ꝓ Kmethone ꝓfugo pu
niantur nō mittēdi a loco iudicij.nisi ꝑus ꝓ penis cautione p̄
stiterint seu statuerint sufficiēte Si vō a iudicio recesserint pe
nis nō fideiussis decernimus pena maiori nr̄a quattuordecim
marcaꝝ punien̄. Ad cuiꝰ solutionē nos illum ꝯpellemus im
pendendam sil̄ cum Kmethonis restitutione realr̄ facienda.

☞ Kmetho fugiēs vbiq̄ iure polonico mediāte restituatur sine dilatione ꝓ quo cittati i primo termino vti peremptorio respondebūt nisi vera infirmitas excusaret cittatos

☞ Capitanei regij eodē statuto iudicādi ꝓ Kmethone restituen̄. sb̄ penis aut solutis aut fideiussis circa iudiciū al's maiorem penā debeāt.

De nõ transponẽdis graniciebus per Succamerarios

☞ Succamerarij terrarũ gnicies absq̃ consensu partiũ nõ trãspositurj sub pena qttuordecim. marcarum

Tem cum plerunq̃ Succamerarij. aut eorũ Camerarij. trãsponerẽt limitationes granicierũ aut fauore
i qdam. aut ptis vni⁹ necessitate accedẽte. altera nolẽte: exindeq̃ cum negligẽtia p dilationes fauorabiles in limitatione granicierũ omittẽtur. Nos huic errori puidẽtes. decreuimus et decernim⁹ ppetuo obseruañ. Qz a mõ Succamerarij omnium terrarũ totius Regni: terminos graniciales: p semetipsos p suo velle. õ iurisordinẽ trãsponẽ nõ debeãt. sub penis qttuordecim marcarũ. in eo q̃ aliter fecerit p nos exigendis. Excepto q̃ esset osensus partiũ. aut causa interueniret legittima.

De dotibus non inscriptis.

☞ Dotes non inscripte nisi decernũtur esse

Tem pcidere cupiẽtes osuetudinẽ nõ quidẽ cõem. sed
i in certis terris seruatã. p dotib⁹ feminarũ nõ inscriptis. qs dotes nõnulle psone. post feminas steriles iure expetebãt. p testium tãtummodo pbationẽ. nulla inscriptione alias reformatione in actis habita. Statuimus Qz a modo. dos q̃ nõ fuerit corã nob. aut in libris seu actis inscripta. al's iuxta iurisordinẽ trãsponere nõ debeãt. et ãtiquã cõsuetudinẽ reformata. nullius dz esse valoris ⁊ momenti.

Sil'r quod modo supra in cõstitu. Kazi. magni incipien. Statuimus fo. xxix

De inhibitionibus Eccl'iasticis ad iudicia

☞ Cassacio decernitur. inhibitionuz Ecclesiasticarũ. ad iudicia secularia. nisi cause mere spũales essent

Tem viã discordiarũ. inter statum Spiritualẽ. ⁊ se-
i cularem. occasione inhibitionum. qs p̃lati spirituales. in iure secl'ari ipor lr̃is. et interdicti facẽ osueuerunt. freqntius exortarũ exoriundarũq̃ pcludẽ volẽtes. Statuimus Qz deinceps p̃lati Spirituales. a t'libus inhibitionibus faciẽdis penit⁹ cessent. p̃sertim p causis. ad ius Secl'are ptinẽtibus. exceptis causis iuri spirituali subiectis. de q̃bus se nullaten⁹. iudicium terrestre debeat ingerere

Facit p hoc supra in cõ. bodzãc Crac. incip. Preterea volumus. folio lviij

De Stipendarijs damna aut iniurias committentibus

Piotrkouie constituit

Dis̃e supra i p̃uilegio vladislai iagello fo.l. facit p̃ boc i cõ. kazimiri magni. fo.xv

Item ɔsiderãtes dãna plurima. opp̃ssiones. rapinas ꝛ violẽtias in bonis. ꝛ hominibꝰ spiritualium subditoꝝ nr̃oꝝ. p̱ Stipẽdarios cõmitti solita. atq̃ʒ solitas. nulla satisfactione. aut mulcta ɔpẽsari. Statuimꝰ vt ĩ futurum stipẽdarij vndecunq̃ʒ. et q̃cunq̃ʒ necessitate in Regno nr̃o ꝓ tp̱e exñtes. ꝓ singlis dãnis opp̃ssionibꝰ. et rapinis. violentijs. et iniurijs satisfactionẽ debeãt omnimodã. p̱ Capitaneos aut locoꝝ. aut gẽtiuʒ. cñ ea q̃ decʒ seueritate ad impẽdeñ eã ɔpellẽdi. Et insup̱ Mḡri cõmittiuaꝝ de q̃bus tł'es rep̱ientur opp̃ssores. tãq̃ʒ criminum conscij. ac illoꝝ duces improuidi. ĩ turrim deijciãtur. vsq̃ʒ ad plenariã satisfactionẽ detinẽdi

Summariũ

Stipẽdarij dãna aut ĩiurias ɔmittẽtes. p̱ Capitaneos ad satisfactionẽ cõpellẽdi Cõmittiuarum vo magistri. incarcerandi decernũt

De Solutione ab intromissionibus bonorum abrogata.

Item q̃m subditi nr̃is. vł ex re iudicata. siue aľs pluries. vti iudicialr̃ dici cõsueuit. siue p̱ emptionẽ. aut resignationẽ. donationẽ. deuolutionẽ. aut alia rõne bonoꝝ intromissiones petentibus. officiales nostri videlicʒ locoꝝ Capitanei. Vicecapitanei et Burgrabij eorundem. cõsueuerant. a qualibet intromissione solutiones extorsisse insolitas. Cum videlicet pro parte Capitanei decem Marce. et ꝓ parte Burgrabij vna sexagena polonicalis. p̱ eos qui intromittebantur iussis Capitãneoꝝ dari ɔsueuerãt. Nos cerneñ. istud introductum esse sine iure. q̃n ymmo cum grauamine subditorum nr̃oꝝ. decreuimus et statuimus. vt cum Capitanei nostri salarijs. et introitibus specialibus ac in certis locis de mensa nostra. ꝓuentibus regalibus fuerint prout sunt dotati vbiq̃ʒ. quorum ratione. sicut ad exercenda debita eis annexa officia. sic ad omne iustitie ministerium eis incumbẽs. et dandas eas intromissiones obligantur. ꝓpter q̃d a modo in p̱petuum predicti Capitanei. et Burgrabij eorundem. in vniuersis Regni nostri terris pro tempore existentes. aut predicta. aut alia forsan exquisita vel exquirenda salaria vel munera ꝓ intromissionibꝰ a subditis nostris. exigere. extorquereq̃ʒ nõ debeant. a quorum solutione eosdẽ subditos nostros in hac parte. de speciali nostre benignitatis gratia. absoluimus eternẽ: Tamen volumus vt circa easdem intromissiones debita ministerialium salaria soluantur iuxta solitum

Nec̃s in cõ. Kasi. magni inter salaria officialiũ salarium boc enumeratur fo.xxxvij

Hec q̃ etiã s fo.xxxvij

Capitanei ꝛ eorum Burgrabij ab intromissione bonorum. nec solutiones. neq̃ʒ munera recipere ausuri ministeriales duntaxat salarijs gaudebũt circa id consuetis

De p̄scriptione libro℞ terrestriū ⁊ Castreñ.

☞ Libri iudicio℞ prescriptionē habeant antiquitus itroductam. Sȝ Castrēses tantummō ad vnū annū vt supra de iudicio Capitāei

Item dubia declarātes sup libro℞ terrestrium ⁊ Castreñ. p̄scriptionib⁹. Statuimus Q₂ libri terrestres p̄scriptiones habeāt sic vt statuta ātiq̄ora Kazimiri magni et alio℞ successo℞ ei⁹ ɔtinēt. de Castri vo p̄scriptione meminim⁹ sat₂ sup̄ dictum circa tribunalia Capitaneo℞ loca sic vt ibidē specialr̄ colligitur q̄ȝdiu inscriptiones in eis ɔtēte sunt valiture

De seruandis libris Capitaneorom

☞ Libri Castrensium iudicio℞ i pretorijs sub clauibus Palatini iudic₂ terrestris et Capitāeorum seruandi

Erunquia in nōnullis Capitaneo℞ nr̄o℞ loc₂. ⁊ p̄sertim Capitaneatu maiorispolonie ɔsueuerunt inferri libris Castreñ. inscriptōes indifferēter vniuerse Huiusq̄ȝ libri p successores Capitaneo℞ in p̄uata loca deferri. q̄bus sbditi nr̄i inscriptiones ⁊ lr̄as. nōnisi cum difficultatib⁹. ⁊ nōnunq̄ȝ grādi p̄cio coguntur extrahē. nōnunq̄ȝ vo p̄pter nimiā depactationē nō obtinere. qd̄ fit ɔ̄ oēm iur₂ iustitie. ⁊ eq̄tatis cōis rōem. Quapropter statuim⁹ ppetuo obseruādum. vt in omnib⁹ terris Regni nr̄i vacationib⁹ Capitaneatuum generalium et p̄ticularium p cessum aut decessum ɔtingētib⁹. libri Castreñ. eorundē cedētium et decedētium Capitaneo℞ de locis Capitaneatuum vacātium q̄q̄ȝ minime deferātur. Sed sub testimonio reponātur in p̄torijs. in cistis ad h̄ specialr̄ deputādis. q̄ clauibus Palatini ⁊ iudic₂ terre illi⁹ ī q̄ Capitaneatus ɔsistit. ⁊ capitanei p tp̄e exn̄tis claudi ⁊ apiri debeāt

De antiquis Capitanei libris

☞ Antiquos Castreñ. libros. per errores forsan i terras al's deportatos vbicunq̄ȝ esset Rex albertus p̄mittit retrahere. ⁊ i pretoriū reponē. p̄sertim ad p̄oznanieñ. Capitanei scriptum

Uoniā āt ad hāc ipa₂ ɔstitutionē mouebamur iacturis et iniurijs subdit₂ nr̄is ob carētiā libro℞ eorundē ānis supiorib⁹ ɔtingētib⁹ Jccirco lic₂ omnis ɔstitutio cōiter ad futura r̄feratur. Tñ q₂ libri Capitāeo℞ p̄terito℞ cōtinēt. vt verisile ē nō p̄uatā successo℞ Capitāeo℞ illo℞ p̄teritorum. h̄ cōem necessitatē. Jccirco p̄mittim⁹ volum⁹ ⁊ debemus. oēs ⁊ singl'os libros et₂ vetustiores q̄scunq̄ȝ vbicunq̄ȝ apud q̄slibet subditos nr̄os Spirituales ⁊ secl'ares. cuiuscunq̄ȝ stat⁹ ⁊ ɔditionis exn̄tes intellexerim⁹ eē auctoritate regia nr̄a rehabere mādareq̄ȝ ⁊ efficere eosdē p̄terio℞ Capitaneo℞ tā cedētium et decedentium. q̄ȝ alio℞ viuētium reponi ī cista vel cistis specialibus. q̄ cum eisdē libris in p̄torijs Ciuitatu₂ obseruabuntur fideliter. sub tribus clauibus p̄dictis videli-

cet Palatini et iudicis terre illius. ac Capitanei ,p tpe exn̄tis. Que tādē ciste et libri. apperiātur in terminis iudicioꝝ terrestrium. et lr̄e ex eisdē sb̄ titulo et sigillo eiusdē ,p tpe exn̄tis capitanei: qbuslibȝ petētibꝫ extradātur. ¶ Pro qbꝫ p̄teritoꝝ Capitanei lr̄is. ipi ,p tpe exn̄tes. nō aliter salaria p̄sumāt exigē q̄ȝ exigi ꝯsueuerunt ,p actibꝫ corā eis gestis atȝ scripti. ¶ Jd āt et q̄cq̄d p̄ntibus et alijs hijs insertis ⁊ nō insertis Regni statutis sanctitum ē ad futuros volumꝫ euētus referri

Capitanei salaria a lr̄is p̄decessorum Capitanei exigāt ꝯsueta. nō onerātia cōem populū

Statuta Alberti Regis scribūtur et referūt ad futura

Albertus Rex cōfirmationem suam scribit. et priuilegium dedit sup omnibus institutis Regni

p

Ostremo vo vt p̄ntium institutoꝝ ꝯfirmatōisq̄ȝ ⁊ successionis nr̄oꝝ series robur obtineat ꝑpetue firmitatis. nec vllo vnq̄ȝ tpe. ꝑ nos ⁊ successores nr̄os in aliq̄ sui ꝑte quolibet valeat in irritum irreuocari. tā p̄ntia instituta nr̄a ꝯfirmationē antiq̊ꝝ ꝯtinētia. q̄ȝ alia antiq̊ora vniuersa. ꝑ diuos olim p̄decessores nr̄os Reges Polonie successiue edita. p̄ntibus etiā nō inserta. in omnibus passibꝫ. capitulis. articlis. punctī. et clausulis approbamus nr̄a p̄ntia. decernen̄. ꝑpetuo valitura. Jlla vo vniuersa antiq̊ora. cōfirman̄. roboran̄. ⁊ ratificātes q̄tinus ꝑhēnis firmitatis vim obtineāt. ¶ Sup q̊bus tā nouis p̄ntibus nr̄is. q̄ȝ antiquioribus ꝯfirmatī nr̄as p̄uilegiales p̄ntes lr̄as pēdētis retrorsum a dorso Sigilli nr̄i munimine roboratas de certa sciētia nostra dedimꝫ et cōcessimꝫ ꝑ manꝫ Reuerēdi in cristo p̄ris dn̄i Cresl ai de Crvrozrvijanlri Ep̄i Wladislauien̄. ⁊ Cācellarij Regni nr̄i nob sincere dilecti Pijothrkouie ī Cōuētione generali. Anno dn̄i. Millesimoquadringētesimononagesimo sexto feria q̄rta ,prima post festum sancti Vrbani ꝑ nos ⁊ vniuersos Prelatos Barones Regnicolas ⁊ terraꝝ nunctios: celebrata. Jllustrissimo p̄ncipe Reuerēdissimisq̄ȝ ⁊ Reueren̄ in christo p̄ribus dn̄is Frederico Miseratione diuina Sacro sc̄te Romane Eccl̄ie Tituli sc̄te Lucie ī septēsolijs presbitero Cardinali Archiep̄o Gneznen̄. ⁊ p̄mate ac Ep̄o Crac̄. andrea Roza Archiep̄o Leopolien̄. Prefato Creslao Wladislauien̄. ⁊ Regni nr̄i Cācellario Vriele poznanien̄. Petro ploczen̄. et Nicolao Przemislien̄. Eccliaꝝ Ep̄is. ac Magnifici Generosis Strēnuis spectabilibꝫ nobilibꝫ ⁊ venerabilibꝫ spitblrone

Albertus Rex decernit sua statuta et confirmationem sb̄ data Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto

de Jaroslaw Cracouieñ. Joãne Swidwa poznanieñ. Sã
diwogio Czarnkowski Calissieñ. Ambrosio Pãpowski.
Siradieñ. Mathia de Sluzow Brzesteñ. Joanne de
Pÿlcza Russie generali Nicolao de ostrow Lublineñ. Ni
colao de Tanczÿn Belzeñ. Palatinis Joãne de ostrorog po
znanieñ. Petro de Cwrozwÿanki Sãdomirieñ. et Thezau
rario Regni nr̃i Raphaele de lesno Gnezneñ. et Marscalco
Curie nr̃e Andrea de Tanczÿn voÿniczieñ. Nicolao de strze
zow visliczieñ. Petro miskowski Rosperieñ. Dobrogostio
de ostrorog Mÿedzÿrzeczeñ. Stanislao de Chodecz Leopo
lieñ. et Capitaneo Camieneczeñ. Nicolao Gardzÿna de Lud
brancz Lãdeñ. Stãislao Kmÿtha de wÿsnicze Przemislieñ
Andrea de Lubÿen Bresteñ. andrea de Cuthno Gostineñ Jo
anne de oleskro Malogostieñ. Jacobo de drzeuicza Zarno
wieñ. Narcissio de wroczimouicze polaneczeñ. Joãne Ja
rand de Brwdzow Spiczimirieñ. Nicolao de Cosczÿelecz.
Crwswiczieñ. Nicolao de Crethkow Ripineñ. Nicolao de
Crossnÿa ploczeñ. Niuognÿewo de Kriskro visneñ. Janis
sio de Cwnradzecz Raczÿansieñ. Castellãis Petro Kmÿtha
de wÿsnicze Marscalco Regni nostri ac Scepusieñ. et San
deczeñ Capitaneo: Joanne de Tarnow Crac̃. Petro spoth
Sandomirieñ vexilliferis. Joanne de Lassotki poznanieñ.
Caspar de lessno. Calissieñ. Vincẽtio de Charthlupÿa Sira
dieñ. Jauissio Roza de Borzÿschowÿcze Chelmeñ. et Cu
rie nr̃e Joanne Voznÿczki Lanciciieñ. Jacobo de laschewo.
ploczeñ. Succamerariÿs Joãne decretorumdoctore p̃posito
poznanieñ. Bernardo canonico Crac̃. de Ludbrãcz Mathia
de drzeuicza cantore Sandomirieñ. Secretariÿs Petro de
opalenicza poznanieñ. Joãne de Zakrzow Cracouieñ Mar
tino de Scothnÿki Sãdomirieñ. Petro de Bachczÿcze Si
radieñ. iudicibus Petro de paczanow Subdapifero Crac.
Mathia de Glouaczenicze Zuppario Cracouieñ. et Capita
neo Jaroslao de laskro Tribuno Siradieñ. Alexandro de
Tarnow Joanne Zaramba de Calinowa Joanne de Cho
decz Capitaneo haliczieñ. Jacobo et Cristofero de Schidlo
wÿecz dwnÿn de wÿasd Jacobo de Bothurzÿn Militibus
et Curieñ. nr̃is. Tunc p̃fatis Prelatis Sp̃ualibus et seclaribus
ac Baronibus rõe dignitatum officiorumqȝ. q̃ obtinẽt consiliÿs
p̃ceptis atqȝ decretis Regni nr̃i (nobis illud feliciter regentibus)
p̃sidẽtibus Reliqȝs vero supscriptis et aliÿs fidedignis regnicolis

Prelatorum Piothrkouie

subditis nostris publicitus in Conuētione p̄senti, p cōmuni reipublice bono equitateq̄ decerneñ. agentibus interessentibusq̄ premissis omnibus.

¶ Statuta herum Regni Piothrkouie edita maiestate Regia i Lythwania exn̄te

¶ Alexander cōtinuat processum i statutis nouis et antiquis.

Nos Alexander Rex post felicem Coronationem nostram. Republica Lithwania tunc exposcēte cum ad Magnumducatum Lithwanie cōtuleramus nos. hijs vero Regni terris nobis in ducatu ipso agētibus. dum Conuentionē indixeramus generalē. fuit per vniuersos Regni nostri prelatos spirituales et seculares. ac terraꝝ nunctios vniuersum corpus Regni. etiā absentium nomine. per litteras nostras. et per p̄clamationes publicas vocatorum. venientium et nō venientium representātes. Celebrata cōuentio generalis. in loco regni nostri ad id consueto Piothrkouie die dn̄ica Reminiscē et prorogationē habuit vsq̄ post dn̄icam Judica me deus. ⁊c. Anno dn̄i Millesimoquingentesimotertio. cui Illustrissimo et Reuerendissimo olim dn̄o Frederico Cardinali ⁊c. germano nostro ad gubernandum Regnum in nostri absentia per nos olim. constituto in lecto vltime egritudinis decumbēte presidebant Reuerendissimus et Reuerendi in christo patres dn̄i ac Magnifici Andreas Roza Archiepiscopus Leopolieñ et Episcopus Premislieñ. de Borzijschenijcze ac Episcopi ecclesiaꝝ Creslaus Uladislauieñ. et Regni nostri Cancellarius de Curozwijanki Joannes poznanieñ. de Ludbrancz Uincentius ploczeñ. de Przeramb Necnō Magnifici Spijthko de Jaroslaw Castellanus et Petrus Kmijtha de wijsnicze. Palatinus Cracouienses cum reliquis ex ordine Reipublice prelatis vtriusq̄ status consiliarijs nostris per quos. et vniuersos alios consiliarios. ac Terraꝝ nunctios statuta edita sunt per nos ad vota eorum approbata infrascripta

1503

De dignitatibus et officijs per Maiestatem Regiam conferendis.

Dignitates et officia. Incolis terrarū possessionatis cōferātur alioquin nō pareat iuestito et Rex cōtra iuramētū faceret.

Vnanimi dominorum Spiritualium et secularium ac nunctiorum terrestrium in hac Conuentione Pijothrkouień. cōgregatorum decreto cōmuni constitutum est antiquo statuto innitendo. Quod dignitates et officia terrestria per Maiestatem Regiā incolis tantummodo terrarum possessionatis et ydoneis cōferātur secus factum nō seruetur nec ille cui dignitas vel officium cōtra premissa collata fuerit. eadem dignitate seu officio vti permittatur. neqꝫ ei vlla prestetur obedientia. Regia autē maiestas tanqꝫ contra iuramentum prestitum secus faciēs rei et priuilegio cōmuni iniuriam intulisse censeatur.

De quo simile in priuilegio Wladislai i Iagello. fo. l. et i cō. kazimiri i nijeschoua fo. xcij.

De officio Palatinorum ad p̄cia rebus imponenda

Palatini precia rebus imponāt quorum cōstitutiōes capitanei exequātur sub pena amissiōis officij et cētū marcarum

Dignitarij et officiales. sua noscant officia. si vero quibus incognita sunt a Regia Maiestate et dominis doceantur. Eadēqꝫ tam domi quā in bello debite exerceantur. ne per quēpiam cōmodo suo fraudentur Regnicoleqꝫ defectu ordinis. grauaminibus mechanicorum. et monopolijs mercatorum. grauētur. Et quicquid palatini ex officio cōstituerint. presertim in Ciuitatibus. id Capitanei ex officio exequantur. sub pena āmissionis officij. Si autem obligatorius esset. centum marcas de inscriptis summis āmittat. totiens quotiens negligens conuictus esset

Simile sup. in cō. Wladislai incipiēti Ad concludendā fo. xlvij. et in con. Ioānis alberti folio cv.

De filijs Kmethonum

Filij kmethonū vt in statuto Ioānis alberti in bonis paternis mansuri

Item Quod Kmethonum filij similiter non poterint de hereditate in qua patres eorum morantur sine scitu et consensu domini sui recedere nisi qui studendi gratia litterarum anno quocunqꝫ ante duodecimum sue etatis annum vel anno quocunqꝫ etatis causa artificiorum exire voluerint. qui etiam dominis suis requisitis id facere dn̄t. Et qui exiuerint dn̄is nesciētibus vel inuitis perdant sortē patrimonij sui et deniqꝫ restitui dn̄t.

Simile ī con. Ioānis alberti incipien. Pro publicis fo. xcix.

Prelatorum Pijothrkouie finit.

Sūmariū

De Rusticis extra Regnū laboratum non mittendis

Simile sup i constitutiōe Joānis alberti, incipieñ. Statuim⁹ q̄ plures fo.cxij

Tem ne Rustici extra Regnum exire possent pro iuuandis aliarum prouinciarꝫ laboribus per Capitaneos vbiqꝫ ꝓhibeantur. Et alijs quibuscunqꝫ erit licitum eos impune retinere. et ad vsus suos etiā sine mercede ad vnuz mēsem redigē. ita tñ q̄ mēse exacto ad ꝓꝓa reuertātur

☞ Rustici de regno nō exeāt pro iuuandis aliorum laboribus

Finis Statutorū heroum Regni Pijothrkouie editorum

¶ Statuta Alexandri Regis Pijothrkouie sanctita

Alexander Rex continuat processum in statutis nouis per eum conditis. vt sequitur.

Os item Alexāder Rex posteaq̄ de magnoducatu Lithwanie redijmus feliciter. indicta Conuētione generali quā Pijothrkouie pro festo sancte Agnetis. Anno domini Millesimoquingentesimoquarto celebrauim⁹ et ꝯtinuauimus vsqꝫ ad feriam quartā ante dominicā Letare anni eiusdē Millesimi quingentesimiquarti cōstitutiones certas decreuimus cum cōsilio et assensu cōmuni prelatorum. et cōsiliariorꝫ infrascriptorum. ac nunciorum Terrestrium iuxta Regni ꝯsuetudinē vocatorꝫ noīe absentium post vocationē lr̄alē nr̄am atqꝫ edicta publica ad eādē Cōuētionē veniētiū ī eaqꝫ constitutorꝫ et aliorꝫ nō ꝯstitutorꝫ corpus Regni repn̄tātium ꝑsertim vo de vnanimi voluntate et laudo cōmuni Reuerēdissimi ⁊ reuerēdorum in christo patrum dñorꝫ. ac Magnificorꝫ Generosorꝫ venerabilium et nobilium ꝑsonaliter Cōuentioni interessentium Andree Roza Archiepi Gneznen̄. Joānis Cracouien̄. Vincentij Wladislauien̄. Joanis poznanien̄. Erasmi ploczen̄. Mathie Chelmen̄. Eccliarꝫ epōrꝫ Spitkonis de Jaroslaw Castellani Cracouien̄. Petri Kmijtha de vijssnijcze palatini

Cracouieñ. et Marschalci Regni nostri ac Scepusieñ. ꝛ san deczeñ. Capitanei Joannis de Tarnow Sandomirieñ. Nicolai Gardzijna de Ludbrancz Calissieñ. Ambrosij pāpowski Siradieñ. et Capitanei Maioris polonie generalis Petri Mijschkowski de mirow Lanczicieñ. Nicolai de Cosczijeliecz Bresteñ. Nicolai de Cretkow Juni Wladislauieñ Joannis de Tarnow Russie generalis Nicolai de Curozwāki Lublineñ. Pauli cola de Balijenow podolie et Stanislai Kmijtha de Wijsnijcze Belzeñ. palatinoꝝ ac dobrogostij de ostrorog poznanieñ. Joannis Jaranth de Brudzow Calissieñ. Joānis de przeramb Siradieñ. Janussij Latbaski Gnezneñ. Joannis de Slupcza Sandeczeñ. et Martini skrothnijczki de Boguria Zauichostheñ Castellanoꝝ Joannis de Lassko Gnezneñ. et Regni nostri Cancellarij Mathie de Brzezwicza prepositi Skarmirieñ. Vicecācellarij eiusdē Regni nr̄i Alberti Gorski Scolastici Wladislauieñ. Secretarij nostri. Et itē in presentia vniversoꝝ nunciorum de singulis terris missorum et consentientium Aliorumqꝫ q̄plurimoꝝ subditorum nostroꝝ in eadem Conuētione existētium ꝛ publicitus cōsultantium quib⁹ cum omnibus ibidē pijotrkouie easipas vt prefertur costitutiones nostras scripsimus et condidimus infrascriptas

De officijs Regni et Curie et presertim Marscalcorum

Marschalci Regni ac Curie quā. et in Cōsilijs. ꝛ in curia auctoritatem ac officiū habituri sūt ex p̄uilegio videlicet administrāde curie percipiendoꝝ solaliū. et precij rebus venalibus iponēdi

nitiõib⁹ in ea ꝯsistẽtib⁹. vičzt Gdansk. pucžk. Lãwenborg als lawmberg. heyle als hella. Lobe als Robrczijn. Grebin als gbino. dirssaw als tsczow meve. als gnijew. Stargard noveberg als nove Swijecze als swijecz. mosthelk als osijelk Jassziienijcz als Jessyenijecz Krijssaw Klijssow. Slochaw als olechow Conijcz als choijnijcze. Fredelãdt. Hamerstijn Bijewthaw. als Buthow. Tucbol als thucholija. Schobowijcz Schonck als Skazewo. Baldenburg. ⁊ cum nari sa fluuijs aq̃s mari ⁊ piscaturi. q̃ sunt in cauda mari als hab villis: portib⁹: insul: ⁊ ptinẽtijs vniuers. ac dñio vl'i directo ⁊ vtili: mero ⁊ mixto ad p̃fatum serenissimuz dñm regẽ Kazimir ⁊ regnum polonie ptinebãt ⁊ spectabãt ptinẽ ⁊ spectare debebunt: donatõib⁹: renunciatiõib⁹: cessiõib⁹: appropriationib⁹. p reges p̃ncipes. barones. nobiles. ciuitates. ⁊ subditos regni polonie. ex q̃cunq₃ cã vl' occasiõe. de terri p̃dictis iure ꝓprietate: ⁊ dñio ac titulo eaꝝ: q̃mõlib₃ ⁊ q̃ciẽscunq₃. etiã iuramẽto corpali interueniẽte. in fauorẽ nr̃m. ⁊ ordinis facti ⁊ aplica impiali. vl' q̃cunq₃ alia firmitate roborati: nõ obstantib⁹ q̃buscunq₃ quas p pñtẽ vnionẽ ⁊ fed⁹ anullam⁹. cassam⁹ abolem⁹ tollim⁹. extinguim⁹ ⁊ mortificam⁹. illq₃ ppetuo derogatuz eẽ volum⁹ et derogam⁹. Quibusq̃dẽ terri pomeranie Culmeñ et Mijchalouieñ. Nos mgr̃ Ludouic⁹ ꝯmẽdatores et ordo dom⁹ theutonicoꝝ p̃dicti et illaꝝ iuri ꝓpetati titulo et dominio q̃mõlib₃ et ex quacunq₃ cã nob et ordini nr̃o cõpeteti r̃nunciatõe ⁊ cessiõe ppetua Irreuõcabili ⁊ spõtanea d certa et exp̃ssa sciẽtia. p nob successorib⁹ et ordini nr̃o cedim⁹ et renunciam⁹. ¶ Nos q̃₃ et ordinẽ nr̃m terri p̃fatis pomeranie Culmeñ. et mijchalouieñ. in ppetuum abdicam⁹. ⁊ oẽs inscp̃tiões donatões. renunciatões. cessiões. resigtões. ꝯfirmatiões p̃uilegia. Instr̃a. vẽditões: emptiões: lauda: arbitria: sententias: pnunciatões. munimẽta et decreta. In fauorẽ nr̃z ⁊ ordinis sup terri p̃dicti. p summos põtifices Impatores reges p̃ncipes duces. marchiones. comites. ⁊ q̃scunq₃ psonas ecclias̃ticas vl' mundanas: cuiuscunq₃ ꝯditõis. dignitati. preeminẽtie vl' tenori exist ãt. ꝯfectas. decretas. ⁊ ꝯcessas. Cassamus abolim⁹ extinguim⁹ ⁊ mortificam⁹. ⁊ ill' p nob successorib⁹ q₃ nr̃is ⁊ ordine nr̃o nõ p errorẽ: coacte ã improuide. s₃ libere ⁊ spõtanee. ac d certa sciẽtia ppetue: cedim⁹ ⁊ renunciã⁹ et ius oẽ qđ nob Mgr̃o ⁊ ordini. in p̃fatis terri q̃mõlib₃ ꝯpetebat: in dñm Kazimir regẽ: ⁊ regnum successoresq₃ ei⁹ Reges polonie ppetuo trãsferim⁹ p pñtes ⁊ militares: nobiles.

¶ De terris pomeranie culmeñ. ⁊ Mi chalouieñ. ad r̃gnũ polonie ptinentib⁹ renũciatis p mgr̃m

vasallos. ciues. terrigenas: et q̄scunq; s̄bditos. eccl̄iasticos et secl̄ares terrarū ciuitatuz districtuuz et locorū p̄dictorū. ab oī nr̄a fidelitate: omagio: s̄biectiōe: iuramēto: et q̄libz sponsiōe. di mittim⁹ et absoluim⁹ et p̄ntiuz tenorē relaxam⁹. ¶ Exceptoq; piscatores ī hab a fin̄ aq̄ et piscaturarū epī et capl̄i Warmien̄ et ex opposito ī mari salso. Itē p̄tē Nergie a dicta aq̄. et piscaturis ecclie Warmien̄. p trāsuersuz nergie. vsq; ad dc̄m mare salsum. et a dicto trāsuerso p descēsum nergie. vsq; in p̄fundum cuz vill' Szwyjcz̄ije. mijrvēdorff ac curia mitilhoff cuz iurisdi ciōe et vtilitate. hi p̄m p̄funduz. cuz piscatura sturionuz et theloneo antiq̄. Nos mgr̄ et ordo hēbim⁹ et possidebim⁹. Quā q̄ dē portiōez nergie cuz p̄dicti vill': et curia p̄fat⁹ serenissim⁹ dn̄s rex nob mgr̄o et ordini d' spāli sua gr̄a ppetuo otulit et assignauit ¶ Res̄uata tn̄ maiestati sue totali venatōe sup dcā portione nergie. p̄ut et sup tota nergia illā sibi reseruauit: h̄ ēt adiecto q̄ nos mgr̄ et ordo. nll'm castrū ā munitiōez sup dcā portione nergie nob donate edificaē aut edificari facē. neq; nouum theloneuz. aut ḡuamē īponē valeam⁹ aut debeam⁹ ¶ Itē ex bonis certi respectib⁹. nos mouētib⁹ et p p̄nti paci stabilimēto. castrū et ciuitas marienburg cuz duab⁹ insul' mag vicz̄t. et altera pua q̄ dr̄ das. Fijssannijsse. herverder. et cuz integritate lacus drussen. et cuz suis oīb⁹ piscaturi piscatiōib⁹ et vill'. et cuz districtu scharffarv. et omib⁹ alijs attinētijs et vill' suis. eo tn̄ excepto q̄ ville haldenborff et alepin. q̄ p̄tinēt ad bolād et kulhebortj. et horndorff. q̄ vltima sola militātiuz est: et p̄tinet ad preuschēckz. hēant facl'tatē. ī lacu drussen. pisces. p suo bn̄placito piscādi iuxta morē ātiquū ¶ Itē castrū et oppiduz sthum cuz omib⁹ ātiq̄s suis iurib⁹ coherētijs et p̄tinētijs vniuersis. ¶ Itē ciuitas Elbing vtraq; vet⁹ et noua cuz districtu villaruz limitib⁹. et iure et cuz oppido thollkmijth et ei⁹ districtu. et suo officio siluarū et nemorū. al's zval dāpth. et cuz sex vill' tenute et castri bolāth. vicz̄t pijlomen. mijsl lothijno Berthlroni Ramersdorff. Wijellrijelijcz. et przeussemeret. et cuz q̄nq; vill' q̄ ad oppidum et districtuz Molbnrvzen p̄tinebāt. vicz mag̃ staban. pua staban. Schonemor. pomerendorff. et Wolffder. Itē opiduz et district⁹ crischburg. al's dzgon. cuz suis libtatib⁹. militarib⁹. nobilib⁹. vasall'. vill'. lacub⁹. molēdino et castro. Ita tn̄ q̄ demoliatur castrū: et cum p̄tinētijs eiusdē vniuers̄. incipiēdo ab vno latē oppidi p̄dicti Crischburg. et descēdēdo a flumine Szroge: vsq; ad lacuz druȝen Curia tn̄ wolesczeth cuz ipi⁹ molēdino apō nos. et ordinē nr̄m remanēte. ab

¶ De spectātib⁹ ad mgr̄m et ordinē piscaturis. scz theolonēis antiquis. et sic de alijs enumeratis.

¶ De reseruatiōe p R. Ma. venatōnis sup tota Nergia

¶ De castro et ciuitate Marienburg. cum duabus insul'. ad regnuz Polonie pertinentibus.

¶ Castrum et oppidum. Sthum.

¶ Elbing vtraq; cū districtu villarū limitibus et iure ad Re. Polo. spectare dn̄t.

alio vo latere dicti oppidi ascendendo. ⁊ trāseundo vsq; ad finales
granicies dicti oppidi Crisburg. ⁊ ville baldenstadt. mutuo se con
tingētes. eadē villa a sinistri. ⁊ inditōe nr̄a. ⁊ ordinis rmanēte. abin
de vo directiꝰ eundo ad eccl'ie pomezamen̄ fines, primiores. vbi oīa
⁊ singl'a sb dicti finibꝰ ad ptē castri marieburg ↄsistētibꝰ villa moij
sterberg. itez ī pte nr̄a ⁊ ordinis remanēte. cum curijs allodijs. ⁊ q
buscunq; alijs ptinētijs. ad dcm̄ castꝝ marieburg spectabunt ⁊ p
tinebunt Cetera vo alia oīa ⁊ singl'a ad cameratū: ⁊ gn̄alr ad distri
ctum Crysburg. vsq; ī pn̄s ptinētia. pari modo cuz oppidis. ⁊ allo
dijs militaribꝰ. terrigenis vill' piscaturi aq̄s. nemoribꝰ. ⁊ alijs singul'
ptinētijs. spectabunt ad castꝝ nr̄m. ⁊ ordinis. pressemarlz ppetuo.
⁊ ī euum. p p̄dicto serenissimo dn̄o rege ⁊ regibꝰ. ⁊ regno pol'ie re
manebunt. Ita q castra ciuitates oppida districtꝰ q; p̄dicti. exnc̄ ⁊
de cetero. vigore pn̄ti vniōis ⁊ federi ad ius ppetatē sortē ⁊ titl'm.
regni pol'ie ptinebunt ⁊ spectabunt ptinē ⁊ spectare dn̄t ppetuo. ⁊
in euuz ¶ Nos q̊z mgr̄ ludouicꝰ ↄmēdatores. ⁊ ↄuētꝰ p̄dicti: pro
nob ⁊ nr̄is successoribꝰ. castri: ciuitatibꝰ: oppidis: insul': lacubꝰ pi
scaturi piscatoribꝰ: cameratibꝰ. ⁊ officijs p̄dicti. ⁊ illoꝝ districtibꝰ
⁊ vill' ppetua. ⁊ irreuocabili renuntiatōe. d certa ⁊ exp̄ssa sciētia. Iu
ri q̊z. sorti. ppetati. titl'o ⁊ dn̄o q̊cunq; ⁊ ex q̄licunq; cā. nob mgr̄o
ↄmēdatoribꝰ. officialibꝰ ⁊ ordini nr̄is. in ill' ↄpetētibꝰ p nr̄as pn̄tes
paten̄ lr̄as cedimꝰ ⁊ renunciamꝰ. ⁊ oē ius. qd nob mgr̄o ⁊ ordī. ac
ↄmēdatoribꝰ nr̄is in castri nr̄is. ciuitatibꝰ. oppidis. insul'. lacubus.
piscaturi ⁊ vill' p̄dicti ↄpetijt ⁊ ↄpetē potuit. ī p̄fatuz serenissim̄ dn̄z
Kazim̄ regē. successores suos ⁊ regm̄ pol'ie trāsferimꝰ ⁊ applicamꝰ
Milites q̊z. nobiles. vasallos. terrigenas. ciues. ⁊ q̊slibz sbditos
eccl'iasticos: seculares: p̄fatoꝝ districtuuz. terraꝝ. ciuitatuz. ⁊ loco
ruz ab oī fidelitate. iuramto. omagio subiectōe. ⁊ q̄libz spōsiōe pn̄
tium tenore absoluimꝰ. dimittimꝰ ⁊ relaxamꝰ. ¶ Cetera vo castra
ciuitates districtꝰ fortalicia villas ⁊ dn̄ia ī terri prussie. tā in terris
q̄ ī aq̄s existētia vicz Kijenijczsberg castꝝ cū tbꝰ ciuitatibꝰ Itē ca
stra ⁊ oppida lochsteth. Warczen̄. Hijrmarv. bobethen. rijdauth.
Scholzen. raijmen cremijthen Waldarv. topijarv. thabelza zvlzen
narbelzthen. Insterburg. allenburg Wonsdorff. gerdarven. ibugir
burg nordēburg. lijabijarv: larvlzijslzen: thijlsalzh: ragijethe Ro
schijsten: vinthburg: memel: brandēburg: crorvczeburg: Frede
lāth: barthen: laczerv: balge: herlibail: sijnthen: lādisberg: prerv
schenlarv: barthensteyn: stresten: zrnisburg: ilzeijn: rostēburg: li
lze: iohāsburg: bolād: Kijboslzath: molhijrzen: morung: bassen
heyno: ortolsiburg: ostorrode: hornsteyn: nijcijndenburg: schol
garv: iehenburg: dengsislarv: prensemarlz: libemole: et salefath:
⁊ q̄cunq; alia castra ciuitates. oppida. districtꝰ. territoria. ⁊ villas

Magr̄ et ordo rnūciant oībꝰ iuribus ppie tatibꝰ ⁊ domi nijs in castris et ciuitatibus. enūeratis sibi ↄpetētibus

¶ Castra ciui tates districtꝰ ⁊c̄. p magistro et ordine spe ctantia.

cū eoꝝ sbditꝭ militib⁹ terrigēis ꝛ vasallꝭ aqs. nēorib⁹ lacub⁹: ꝛ aliis ptinētiis ꝛ iurib⁹ vniuersꝭ. qb⁹cunqȝ cēsētur nōib⁹ Nos mgr̄ ꝯmēdatoꝛs ꝛ ordo ppetuo ꝛ ī euū qete ꝛ pacifice absqȝ oī pfati sernissimi dñi rgꝭ ꝛ successoꝝ suoꝝ rguȝ ꝛ rgni polie impedimēto pturbatōe ꝛ molestatōe possidbim⁹ ꝛ illoꝝ plenuȝ hēbim⁹ vsuȝ ꝛ dñiuȝ. dqb⁹ q̄ dē castrꝭ citatib⁹ oppidꝭ trꝭ districtib⁹ villꝭ militib⁹ terrigēis ꝛ vasallꝭ ꝛ illoꝝ qȝ iur. ꝛ titlo. ppetate ꝛ forte dño. si qd pfato dño rgi ꝛ regno polie qmōlibȝ. ꝛ ex qcūqȝ cā ꝯpetiit vl ꝯpetē potuit pfat⁹ dñs Kazim. rex ex certa ꝛ expssa sciētia. p se ꝛ successoꝛib⁹ suis rgib⁹ ꝛ regno polie spōte ꝛ dlibato aio. nob mgro successoꝛib⁹ qȝ nr̄is mgr̄is ꝯmēdatoꝛib⁹ ꝯuētui ꝛ ordī nr̄s. ī terrꝭ prussie cessit ꝛ rnuciauit ac oē ius. si qd sue maiestati ꝛ successoꝛib⁹ suis rgib⁹ ꝛ rgno pol. exceptōe ꝛ qb⁹cunqȝ causꝭ aliis ī pfatꝭ castrꝭ. ciuitatib⁹ oppidꝭ trꝭ districtib⁹ villꝭ militib⁹ ꝛ vasallꝭ qmōlibȝ ꝯpetiit. ī nos mgr̄m successoēs nr̄os ꝯmēdatores ꝯuētuȝ ꝛ ordinē p renuntiatōeȝ ꝛ cessionē ppetuā ꝛ irrⁿuocabilē trāstulit. ꝛ illō nob spōte libē ꝛ d certa sciētia applicauit ꝛ oēs milites vasallos nobiles terrigēas ciues ꝛ qslibȝ sbditos ecclīasticos ꝛ seclarꝭ terraꝝ ꝛ locoꝝ pdictoꝝ ab oī fidlitate. iuramēto sbiectōe ꝛ qlibȝ spōsiōe absolutos. dimisit ꝛ rlaxauit Epat⁹ insup ꝛ ecclīa sabien cū suis castrꝭ cītatib⁹ ꝛ oppidꝭ: viciȝ phischhausen: tyrēberg: loboda: v: porvōden: ingēburg: zolarv ꝛ nurvēbusch cū oī b⁹ vasallꝭ villꝭ ꝛ ptinētiis suis vniuersꝭ sb ditōe nr̄a ꝛ ordīs nr̄i ppetuo ꝯsistet ꝛ pmanebit. ¶ Itē ordinam⁹ ꝛ statuim⁹. qꝫ sup oīb⁹ piscaturꝭ reuthel appellatꝭ vulꝭ sb pñtia capitānei mariēburgꝭ ꝛ fctorꝭ nr̄i a nob dstinādi. ī castro mariēburg ānis singulꝭ. ī mag feria q̄nta dȝ fieri arēdatio: ꝛ lrē sup oīb⁹ rezvthel sb dñi rgꝭ ꝛ nr̄o signetis arēdatoꝛib⁹ dēant dari ꝛ medietas pecuniaꝝ ex hmōi arēda puenientium nob dēat cedē. alīa vo medietas dño rgi puenire iure epoꝝ Warmien. ꝛ Sābien. ꝛ caploꝝ eoꝝdē. ceteraꝝqȝ aliaꝝ psonaꝝ ꝛ locoꝝ. libtatē. ex ātiq reuthēloꝝ hñtium. p oīa saluo. qb⁹ lrās sup Reuthel pfatꝭ. ꝛ qtitate illoꝝ absqȝ oī pecunia libē volum⁹ ꝯcedi Itꝭ ne pax ipa fedus ꝛ vnio tāta maturitate firmata et ꝯclusa possit imposteꝝ humana malignitate infringi. ā aliqb⁹ fallatiis dolo ꝛ ingeniis violari. pfat⁹ qȝ sernissim⁹ dñs Kazim. rex ꝛ successores sui reges ꝛ rgnū polie. plati pncipes barōes: ꝛ sbditi rgni eiusdē ō nob mgr̄o ꝯmēdatoꝛib⁹ ꝛ ordine prussie platꝭ militib⁹ ꝛ sbditꝭ nr̄is Nos vo mgr̄ successoresqȝ nr̄i ꝯmēdatoēs ꝛ ordo plati milites ꝛ subditi nr̄i prussie ō dicto serenissͦ dño rgē Kazi. rgib⁹ ꝛ rgno po. pncipib⁹ barōib⁹ sbditꝭ eiusdē plenā ꝯfidētiā ꝛ securitatē oī hostili rspectu ī pñs ꝛ in posteꝝ deposito tēam⁹. ¶ Prefat⁹ sernissim⁹ Kazi. rex. nos frēȝ lodouicū mgr̄m ꝯmēdatoꝛs ꝛ ordinē pfatos ī prussia oēsqȝ nr̄os successoēs ī suū ꝛ rgni pole pncipē ꝯsiliariū ppetuū. ꝯmēdatores vo pncipaliores qs nos mgr̄ ꝛ successoēs nr̄i. p tpe duxerim⁹ deputandos. ī ꝯsiliarios suos ꝛ rgni polie ꝛ ī suā ꝛ rgni polie. ptectōeȝ sbiectōeȝ ꝛ defēsiōȝ ppetuo duraturā assumpsit pollicēs nob ī vbo suo

De arēdis sup piscaturis alꝭ Rewthel sub sigillo R. po. ꝛ mgri faciēdis

¶ De magri et cōmēdatoꝛ in cōsiliarios R. Pol. assumptionis

Pacis perpetue.

Sūmariū

r̄gño ꝛ ſꝫ fid̄ p̄ſtiti iuramēti.ꝑ ſe ꝛ ſucceſſorıbꝰ ſuis r̄gıbꝰ ꝛ r̄gno pol.
ꝙ nos p̄fatuʒ mgr̄m ꝯmēdatoēs ꝛ ordinē p̄latos milites vaſallos
ꝛ ſꝫditos nr̄os ī pruſſia: nr̄oſqꝫ ſucceſſores affectōe regia tractabit
honorabit ꝛ diliget Noſqꝫ mgr̄ʒ ꝯmēdatōes ꝛ ordinē ſucceſſoreſqꝫ
p̄latos nobiles ciues ſꝫditos ꝛ terras nr̄as velut p̄ncipis ꝯſiliarij ꝛ
vnitoꝝ ſuoꝝ ī nr̄is iuribꝰ ꝛ lıbꝫtatıbꝰ p̄uilegijs munimēt ꝛ limitıbꝰ
q̄ p̄n̄ti vniōi ꝛ fedri ā eiꝰ articul ꝛ ꝯditioībꝰ n̄ ꝯriātur ꝯſuabit ab v
niuerſ q̄ʒ hoſtıbꝰ nr̄is vexatorıbꝰ ꝛ impugn̄torıbꝰ ī terr̄ q̄s poſſidēꝰ
pruſſie tuebitur ꝛ d̄fēdet. ¶ Tenebimur q̄ʒ nos lodouicꝰ mgr̄ p̄fa
tꝰ ꝛ q̄libʒ ſucceſſor nr̄ ī offm̄ magiſterij aſſumptꝰ ꝛ aſſumēdꝰ pꝰ ſex

¶ De mgr̄i pꝰ ſex mēſes repreſentatōe ꝛ iuramento fidelitatis patrando.

mēſes a die aſſumptōis ī magiſteriuʒ. p̄fato ſereniſſimo Kazi. regi
ꝛ ſuis ſucceſſorıbꝰ r̄gıbꝰ polie pſonal̄r rep̄n̄tari. ꝛ illic ꝑ nob̄ ꝯm̄da
torıbꝰ ꝛ terr̄ q̄s hēmꝰ ī pruſſia. ſibi ꝛ ſucceſſorıbꝰ ſuis r̄gıbꝰ ꝛ r̄gno
polie p̄ſtare d̄bite fidlitat ꝛ d̄ obſuāda p̄n̄ti pace ꝛ nūqꝫ petēda ab
ſolutōe ſeu r̄laxatōe iuramēti. nec ꝯceſſa vti ā ꝯcedēda Iuramētū ac
ī p̄fati dn̄i Kazim̄. r̄gi ſuoꝝqꝫ ſucceſſoꝝ r̄guʒ polie. ſiniſtra pte p̄ma

¶ De loco magiſtri in cōſilio regis polo. priori. a ſiniſtris

riuʒ hr̄e locuʒ ꝛ ſeſſiōʒ Cui q̄dē dn̄o kazim̄. r̄gi ſucceſſorıbꝰ ſuis r̄gi
bꝰ r̄gno pol̄e nos nr̄oſqꝫ ſucceſſoēs ꝯm̄datoꝛs p̄latos milites vaſal
los ꝛ ſꝫditos terraſqꝫ oēs nr̄as a nob̄ nc̄ poſſeſſas ꝛ ī poſteꝝ poſſi-
dēdas ꝯq̄ſitaſ ꝛ ꝯq̄rēdas et ī terr̄ pagāoꝝ extra terraſ pruſſie d̄cto
dn̄o kazi. r̄gi ꝛ r̄gno polie ꝑpetuo ꝯnectimꝰ iungimꝰ vnimꝰ et inui
ſceramꝰ ea ꝯditōe et r̄ſpectū vt nos p̄fati lodouicꝰ mgr̄ nr̄i ſucceſſoēs
ꝯmēdatoꝛs et ꝯuētꝰ p̄lati barōes milites terrigene ꝛ pſōe ſingl̄e tā
eccl̄iaſtice qꝫ ſecl̄aꝛs. et oēs terre nr̄e atʒ hoīes ī ill̄ d̄gētes ī pruſſia
ſumꝰ āplıꝰ et d̄ cetero cuʒ p̄fato ſereniſſimo dn̄o r̄ge kazi. ſucceſſorı
bꝰ qꝫ ſuis r̄gıbꝰ et r̄gno polie vnuʒ et īdiuiduuʒ corpꝰ vna gēs vnꝰ
ppl̄s. ī amicitia fedē ꝛ vniōe nll̄m aliuʒ p̄t ſummū potificē qꝫ p̄fatuʒ
dn̄ʒ kazim̄ r̄gē et ſucceſſoꝛs ſuos r̄ges polie ꝑ nr̄o capite et ſupiore
r̄cognituʒ. ita vt teneamur et ſumꝰ obligati. nos ſucceſſoreſqꝫ nr̄i p̄
fatuʒ dn̄ʒ kazim̄ r̄gē et ſucceſſoꝛs ſuos r̄ges et r̄gnuʒ polie ſiue ī ꝑ
ſꝑis ſiue ī aduerſ nunqꝫ deſerē. ſꝫ ſibi et ſucceſſorıbꝰ ſuis r̄gıbꝰ et re
gno polie. ꝯ oēs hoſtes ꝛ aduerſarios ſuos r̄gni ſui polie more ali-
oruʒ p̄ncipuʒ p̄latoꝝ baronuʒ r̄gni polie aſſiſtē eoſqꝫ ī guerr̄ ꝛ ī ad
uerſitatıbꝰ nr̄is potētijs adiuuar̄ ꝯſilijs auxilijs ꝛ ſuffragijs oppo
tunis ¶ Nec ſine ſuo ꝛ ſucceſſoꝝ ſuoꝝ r̄gnuʒ polie. ipi q̄ʒ ſine nr̄o

¶ Magr̄ nll̄oſ ꝯctus ſeu federa ſine reg. polonie ꝯſenſu facere debet.

et ꝯſiliarioꝝ ꝯmēdatoꝝ p̄latoꝝ et milituʒ nr̄oꝝ pruſſie ſp̄ali. ꝛ exp̄ſ
ſo ꝯſilio voluntate et ꝯſēſu. cuʒ q̄buſcunqꝫ pſōis. q̄cunqꝫ p̄fulgeāt
dignitate Celebrabimꝰ ſtatuēꝰ ā firmabimꝰ: aliq̄ fedꝫra inſcriptōeſ
vl ꝯctꝰ publice vl̄ occl̄te. ꝑ ſe. vl̄ ſubmiſſas pſonas: ſꝫ nec nos mgr̄
ꝯmēdatores nr̄iqꝫ ſucceſſoēs. bella aliq̄ ꝯ catholicos ſiue p̄fati dn̄i
kazimiri r̄gi. et ſucceſſoꝝ ſuoꝝ regni polie ſp̄ali mouebimꝰ ꝯſenſu.

Forma aūt iuramenti ſub qua nos Lodouicus
mgr̄ ꝛ ſucceſſores nr̄i mgr̄i ſereniſſimo dn̄o Kazimiro regi ꝛ ſucceſ
ſorıbꝰ ſuis. regıbꝰ. ꝛ regno polōie iurare tenebimur tal̄ erit ¶ Ego

Ludouicꝰ mgr̄ gn̄al̄. ordinis scte̅ marie teuthonicoꝝ p̄nceps ⁊ ꝯsiliariꝰ regni polie. Juro. ꝙ ab hac hora. ⁊ deinceps. fidel̄ ero serenissimo p̄ncipi dn̄o Razimiro Regi. ⁊ successoribus suis regibꝰ. et reḡ polie: ⁊ ꝓfectuȝ illoꝝ fidel̄r ꝓcurabo. ⁊ negotijs rḡi. ⁊ regni fidel̄r ꝯsulā. et secreta. q̄ mihi q̄litercūq; cōicata fuerint in eoꝝ detrimētuȝ nll̄i pādā. pacē insup p̄ntē. in oīmbꝰ suis ꝯditiōibꝰ ⁊ articul̄ obs̄uabo et custodiā. sic me d̄s adiuuet ⁊ hec sctā crux. ¶ Jtē vt p p̄ntis paci vniōnē ⁊ federi. singl̄a odioꝝ ⁊ iuramētoꝝ nubila possint funditꝰ euelli. cuȝ p̄fato serenissimo dn̄o Razimiro rḡe. ⁊ rḡno suo polonie. ꝓ bono paci deuenimꝰ. et illō inter nos ꝯcordauimꝰ. ꝙ ep̄atꝰ culmeñ. ad eccliam Gnezñ. redeat. ac amō et deinceps. p̄fate polonie et gnezneñ. eccl̄e. et vt tāq; p̄ncipali. sit in oīmbꝰ obediēs et s̄biecta d̄ rl̄ari i secl̄arē. fauore. et auctoritate summi pōtifici: ad qd̄ tā nos Ludouicꝰ mgr̄. et ꝯmendatoēs nr̄i exp̄ssuȝ p̄buimꝰ et p̄bemꝰ cōsensuȝ trāsferēdi. q̄ etiā cuȝ sua diocesi. tā oīmbꝰ castri ciuitatibꝰ oppidis et munitōibꝰ. vicȝ Chelnza al̄s culmenzch. Lubarva al̄s Lubarv. Curzathnijlz al̄s Curnijlz Warmbrzeschno al̄s Fredelze. Et oīmbꝰ districtibꝰ. nobilibꝰ. vasall̄. vill̄. ⁊ ptinētijs vniuers̄ s̄b p̄fati dn̄i Razimiri regi et regni sui polie ꝯsistet ppetua ditiōe patrocinio et defensa. ¶ Jtē ꝯcordauimꝰ. ꝙ Warmieñ. ecclia. et eius pontifex ꝓ tpe cuȝ suo venerabili capl̄o Warmieñ. ex nūc ⁊ decetero. cuȝ omnibꝰ suis castri. ciuitatibꝰ. oppidis. et munitōibꝰ vicȝ helsberg. brōsberg. Wormedilth. Serburg. Wartemberg. Rebchel. Bijschofsteyn. allesteyn. gulzteblzath. melyzalz. Wartenberg. frāvēburg et Bijssboyssburg. cuȝ omnibꝰ districtibus. nobilibꝰ et vasall̄ villis. ptinētijs et attiñtijs suis. i p̄fati dn̄i Razimiri regi et successoꝝ suoꝝ rḡuȝ. et regni polie: ditiōe s̄biectōe et ꝓtectōe ꝯsistent. ¶ Et nos ludouicus mgr̄ nr̄iq; successores. ꝯmēdatores. ⁊ ordo eiꝰ ditiōi subiectōi ⁊ ꝓtectiōi. exp̄sse renunciamꝰ. ⁊ omne ius: qd̄ nob in p̄dicta eccl̄a ep̄atu ⁊ capl̄o. q̊mōlibȝ hactenꝰ ꝯpetebat. Jn p̄fatuȝ serenissimuȝ regē dn̄m Razimiꝝ successores suos. hēdes. Reges ⁊ regnuȝ polonie: plenarie trāsfundimꝰ. ⁊ trāsferimꝰ p p̄ntes. ¶ Jteȝ ꝯcordatuȝ ⁊ ordinatuȝ ē d̄ spāli nr̄a Ludouici mgr̄i ꝯmēdatoꝝ ⁊ cōuētus nr̄i ꝯ. ꝓbatōe ⁊ ꝯsensu. Qz venerabil̄ dn̄s vincēcius Kyelbascha. ꝯsiliariꝰ ⁊ sectariꝰ p̄fati serenissimi dn̄i regi Razimiri ad ecclaȝ p̄fatā culmeñ. p ipȝ dn̄z Razimiꝝ rḡē nōiatꝰ. ⁊ ad eādē sua intercessiōe dañdn̄o. ꝓmouendꝰ. eccliaȝ ⁊ sedē pomezanieñ ep̄atꝰ. q̄uis hactenꝰ in capite ⁊ mēbri rl̄arē. in ꝯmēdā ad vite sue duntaxat tempa per dispōnem ⁊ ordinatōeȝ hēat aplicā. ⁊ illā cum suis castri. ciuitatibus fortalitijs. videlicȝ. Praijbuth al̄s Ressenberg. quedzyn al̄s Marieverder Byssl̄zupicze. al̄s Byssorvszverder Rijsbnelcz. al̄s Frenstath. Smenber al̄s Sardzen. ⁊ Rossemberg. Ceteriscꝫ

¶ Ep̄atus culmeñ. eccl̄e gnezneñ. subijciēdꝰ

¶ Ep̄atꝰ warmieñ ad regnū pertineat

¶ Renūtiatio iuris ⁊ ꝓprietatis p mgr̄m in ep̄atu warmiensi.

¶ Ep̄atus culmeñ in tituluȝ ⁊ pomezanieñ in cōmendā p vincentiū kijelbascha tenēdꝰ

eiꝰ districtibꝰ ⁊ ꝑtinētijs obtineat. Ipamq̃ꝫ in spiritualibꝰ et
tꝑalibꝰ administret. eccl'ia p̄dcā pomezanieñ. remanēte nihil-
ominꝰ in suis mēbrī interim r'lari. p̄fato āt vincētio Kijelba-
scha. morte absumpto ad p̄fatā eccl'iaꝫ pomezanieñ r'larī ꝑsōa
nr̄i ordinis in pōtificē eligetur ⁊ substituetur. sanctissimi dn̄i
nr̄i pape gr̄a ⁊ fauore accedeñ. gaudebitq̃ꝫ dn̄i regī, ꝓtectōe ꝯ
sistēs in nr̄a ⁊ ordinis nr̄i tā religiōe q̃ꝫ ditōe. ¶ Itē qm̄ pꝰse
datos fluctus bellice tēpestatī. nl'lī magī nos ꝑmuꝫ ꝯueit q̃ꝫ
eccl'ijs ⁊ eaꝝ ministris ꝯpati ⁊ ꝯmisereri. q̄tinꝰ supmꝰ sedatō
vberiorē firmitatē paci ꝯdite infundat. Quocirca ordinamus
⁊ ꝺcernimꝰ ⁊ statuimꝰ q̄tinꝰ oīa castra fortalicia ciuitates op
pida. castella. munitōes eccl'aꝝ loca ⁊ ville. ⁊ signter frāꝫven
burg. zvormedith. Wartēberg. melzalz. lobazv. rohemberg.
mariemzverder ⁊ schonēberg. q̄mōlibꝫ a nob ⁊ nr̄is ac p̄fato
Serenissimo Kazimiro Regi ⁊ suis possessa occupata ⁊ in ca
stellata quocunq̃ꝫ nōie vocitētur suis pōtificibꝰ. capl'is p̄latī
abbatibꝰ mōsterijs. ⁊ signter Warmieñ. culmeñ pomezanieñ
⁊ Sambieñ epīs ⁊ eoꝝ eccl'ijs tā cathedralibꝰ q̃ꝫ ꝯuētualibꝰ
collegiatī ⁊ eaꝝ capl'is ꝯuētibꝰ hospitalibꝰ absq̃ꝫ aliq̄ ꝯdcōe
diminutōe. depactatōe. solutōe. vel arresto cuꝫ oī sua suppel
lectili bōbardis ornamētī ⁊ ꝑtinētijs vniuersis infra hinc. ad fe
stuꝫ natiuitatī scti iohis baptiste, ꝓxime vētuꝝ reddātur vice
uersa Oēs insuꝑ pōtifices abbates capl'a p̄latos p̄positos ca
nonicos curatos ⁊ nō curatos ⁊ alios bn̄ficiatos. q̄ nō sunt
ꝺ ordine nr̄o. ī eoꝝ loca: iura: libtates ⁊ possessiōes q̄ ⁊ q̄s an̄
motā guerrā possidebāt. Restituimꝰ ⁊ tenoꝛ p̄n̄tium reinteḡ
mꝰ. exceptī castris ⁊ ciuitatibꝰ p̄dictī in p̄dcō festo b. iohis ba
ptiste r̄stituēdis Qz si dicti p̄latī serenissimo dn̄o regi. ā ciuita
tibꝰ vl' oppidis ingr̄ti vel suspecti sint: ꝑmittātur. ꝙ ꝑmutent
ā vicarios idoneos instituāt aut pēsionē honestā auctoritate
suꝑioris rebuādā dimisso atꝫ r̄nunciato titl'o suscipiāt ¶ Itē
oēs captiuos ī p̄n̄ti guerra ꝑ nos mgr̄m ꝯmdatoēs Capitane
os gētes nr̄as. coadiutoēs ⁊ adherētes captos siue sint depa
ctati siue n̄ ab oī captiuitate ⁊ spōsioñ vigoꝛ p̄n̄tī fecerī absol
uimꝰ ⁊ tenoꝛ p̄n̄tiuꝫ r̄laxamꝰ. q̄ absolutō ⁊ libtas ꝑ sernissim̄
Kazimiꝝ dn̄ꝫ r̄gē duces mazouie. ⁊ stolpeñ. epm̄ Warmieñ.
capitāeos ⁊ officiales ⁊ oīꝫ eorundē coadiutoꝝ ⁊ adherētiuꝫ
q̄cunq̃ꝫ nōie vocitētur nl'lo excepto dꝫ p̄stari ⁊ impēdi nec de-
pactati ā taxati dn̄t obligari ad aliquā solutōeꝫ, ꝓmissā: q̄ nō
duꝫ ē soluta. ēt si depactati dedisset: ꝑ se desolutiōe. aliq̃ꝫ cau
tionē. ¶ Itē. ordinamꝰ decernimꝰ ⁊ statuimꝰ. ꝙ oēs merca

¶ De restitutōne castroꝝ ciuitatū opidoꝝ ⁊c. Ecclesijs ⁊ pontificibus

☞ De captiuis hīc de libere mittēdis.

☞ De mercatoribꝰ et coꝝ libero trāsitu ꝑ terrā et aquas.

tores tā r̄gni polie ꝓncipalium dn̄oꝝ ⁊ terraꝝ eaꝝdē. ⁊ ep̄a
tꝰ Warmien̄. suiq; capl̄i. q̄z terraꝝ prussie. ī ditōe nr̄a ⁊ ordinis
ꝯsisten̄. sint vbiq; in terrꝭ ⁊ ī aq̄s tuti ⁊ securi: ⁊ nll̄e eis de ce
tero molestie inferātur. nec cogātur. nisi solitꝭ ⁊ veteribꝰ viā
tꝭ itineribꝰ ⁊ locꝭ ābulare. ā ad aliq̄z ciuitatē. castꝝ ⁊ locuz sb
ꝑtextu cuiuscunq; ꝯstitutōis vl̄ edicti. cuz rbꝰ ⁊ mercibꝰ suis
cuiuscunq; maneriei existāt decetero applicari. ꝑterq̄z ī Kinb
berg iuxta ꝯmēdatiōz desuꝑ factā. suꝑ q̄ spāles a nob lr̄e ema
nauer̄t. ¶ Itē. qm̄ ꝑ mercatoꝝ industriā ⁊ reꝝ venaliuz ipor
tatiōez. respublica nōbile accipe ꝯsueuit incremētuz statuen̄.
decernimꝰ ⁊ spōdemꝰ ꝙ nll̄a thelonea deposita gabellas fora
lia. siue q̄scunq; al̄s cēsuatōes locꝭ ⁊ ꝑsonis in terrꝭ prussie. et
dn̄ijs eis sbiectꝭ ⁊ ꝯsistētibꝰ. imponēꝰ de nouo. ā impōi ꝑmit
temꝰ. tā in terrꝭ q̄z in aq̄s. s; tm̄mō vtemur impositꝭ. ꝙ idē sere
nissimꝰ Kazim̄. dn̄s rex successoresq; sui. reges. duces. ⁊ ep̄i
ꝑfati in suis terrꝭ obsuabunt. ¶ Itē vt caritatꝭ ⁊ vniōis āpli
or certitudo inter serenissim̄ dn̄z Kazim̄. r̄gē. regnuz suuz po
lonie sbditos ⁊ adheren̄. ab vna. ⁊ nos mgr̄m. ꝯmēdatores ⁊
ordinē ī prussia ab altera ꝑtibꝰ iugit ⁊ in ꝯcusse ꝑpetue ꝑseue
ret Statuimꝰ ⁊ ordinauimꝰ. ꝙ deinceps ⁊ amō ad ordinē nr̄z
scē marie theutonicoꝝ in terrꝭ prussie ꝑsone idonee ⁊ ordis ca
paces. ēt ex sbditꝭ q̄buscunq; r̄gni polie ⁊ ꝓncipaliuz ⁊ dn̄oꝝ
eiꝰ assumātur. Ita tn̄ ꝙ nos mgr̄ ⁊ ꝯmēdatores vltra mediā
ꝑtē ꝺ ill̄ assumē nō teneamur. ad easdē q̄z ꝑsonas. in distribu
endis ꝯmēdarijs. ⁊ officijs ordinis iuxta medietatē dictā bo
nuz r̄spctm̄ hr̄e tenebimur. Mgr̄ vo eligetur vir magꝭ vtil̄ ⁊
idoneꝰ ſm ordinis rl̄am ⁊ instituta. Qui cuz ꝓnceps ⁊ ꝯsilia
riꝰ serenissimi dn̄i regꝭ ⁊ regni sit. nō debebit sin̄ demerito: sci
tuq; serenissimi dn̄i r̄gꝭ ꝑ ꝯmēdatores ⁊ ꝯuētuz ꝺ mgr̄atu am
moueri. ¶ Itē. vt hmōi pacē ꝑpetuā vnionē ⁊ ꝯcordiā sb cer
tiori attētiōe firmitate ⁊ robore custodiamꝰ. ꝓmittimꝰ sin̄ do
lo ⁊ fraude ac onē ꝑstiti iuramnti. ꝙ ad nll̄iꝰ hōis viuētꝭ aucto
ritatē ⁊ ꝑtātē. ēt q̄cunq; dignitate ꝑfulgeat. papali. impiali.
regali l̄ ducali. aut cuiuscunq; ꝯgregatōis legittime ꝑsonaꝝ
eccl̄iasticaꝝ aut secl̄ariuz ad ipetrāduz pn̄tꝭ pacꝭ vniōis fecerit
et ꝯctꝰ in toto vel ꝑte expsse mātfeste vel occulte ꝑ se aliuz vl̄
alias q̄scunq; ꝑsonas sbmissas spirituales vel secl̄ares disso
lutionē reemptōez cassatōez et irritatōez recurremꝰ. aut r̄cur
suz hr̄e poterimꝰ. aut nos induci. ꝑsuaderi req̄ri. vel nob mā
dari ad violatōez pn̄tis pacis ⁊ fecerit ꝑ aliq̄m ꝑtātez papalez
sinodalē. impialē. r̄galē. ducalē ꝑmittemꝰ neq; impetrabimꝰ

¶ De nouis theloneis hincinde non instituendis.

¶ De Polonis ad ordinē assumendis citra medietatem.

¶ De iuramento ꝑstito super fidelitate non rumpendo

absolutōez et relaxatōez iuramti pstiti. necq̄ vtemur impetrata. q̄ etiā motu ꝓpo ꝯcessa. nec ꝯcedenda. ꝙ si ꝯriuz fecerim⁹ cēsebimur fidefragi et piuri. ¶ Itē ꝙ subditi serenissimi dñi Kazimiri rḡis et regni polie. ac terraꝝ p̄dictaꝝ vnicunq̄ ꝛ cuiuscunq̄. ḡdus. stat⁹. et ꝯditōis fuerint. q̄ cā negotiatōis vel alia ad terras q̄scunq̄ nr̄as prussie et ordinis venerint ꝑ sb̄ditos nr̄os. et extraneos cuiuscunq̄ stat⁹ ḡdusue fuerint impediri ꝯueniri vel arrestari nō dñt. ¶ Sz in regno polōie et ducatib⁹ atz terris eiusd̄. si q̄d actōis habuerīt actores. iuxta terraꝝ iura municipalia illos ꝯueniāt. ꝛ q̄rele hmōi sopiātur. delinq̄ns tñ in loco delicti dep̄hēsus. ꝛ ꝯhēs. d̄ ꝯctu recēti. in loco ꝯct⁹ poterit ꝯueniri. s̄ si d̄ loco vbi ꝯxit recesserit. publice vel occulte corā iudice suo ꝯueniatur. ¶ Itē ordinauim⁹ Qz vbicunq̄ q̄s repiat rusticos vl' colonos suos. q̄ ꝓpt̄ guerras aut al's ab eo recesserīt possit eos repetē. q̄ ꝛ sibi dimitti et restitui dñt. cum eos req̄sierit ¶ Itē. ꝙ nll's mercator seu ali⁹ hō cui⁹cunq̄ ꝯditōis existat. q̄ bōa ipi⁹ ꝓpter delictuz seu d̄bituz alteri⁹ arrestetur. molestetur. turbetur. nec ēt captiuetur ¶ Itē. si victores q̄ aurige. bona seu merces mercatoꝝ ꝓ p̄cio ducētes. thelonea seu datiaꝝ loca p̄terierint. ipi duntaxat ī eoꝝ reb⁹ ꝛ eq̄s suis ꝓpriis puniātur. ꝛ ꝙ ꝓpterea bōa mercatoria n̄ dñt occupari nec detineri. ¶ Itē si ꝑ aliquē sb̄dituz q̄ indigenā alicui⁹ nr̄m insc̄ptiōi seu paci ꝑpetue p̄nti fuerit in aliq̄ derogatuz ꝛ ꝯuētuz: vtpote si rapine: spolia: incēdia: vastatōes p̄de vl' homicidia vl' aliq̄ maleficioꝝ gn̄a in terris ꝛ dominiis nr̄is alterutꝝ ꝑpetrata fuerint ꝛ ꝯmissa ꝓpterea. p̄dcā pax vllo cassari ꝛ irritari nō debebit. s̄ ī suo robore ꝛ firmitate ꝑmanebit. Nec ꝓpter h̄ ps cuius subdit⁹. hmōi maleficiuz ꝯmiserit cēsebitur foꝛ deierās. ꝛ ꝑiurās. p̄dicti āt delinq̄ntes ꝛ malefactores ꝓ ipoꝝ excessib⁹. ꝑ capitaneos siue officiales vtriusq̄ nr̄m iudicial'r punietur. ꝛ ad satisfactōez plenā ꝛ d̄bitā arcebuntur ꝛ ꝯpelletur. ¶ Itē ꝓmittim⁹ tenore p̄ntiuz ꝛ spōdem⁹ i v̄bo nr̄o. ꝛ sb̄ one p̄stiti iuramēti ꝑ nos pollicemur ꝙ ad occupanduz. terras. castra. ciuitates. opida. villas. ꝛ q̄cunq̄ loca dñi reḡ. ducuz. ꝛ ep̄i p̄dictoꝝ. ꝛ oim̄ subditorum suoꝝ. sub eoꝝ ꝯditiōe ꝯsistentium tā eccl'iasticoꝝ q̄ seculariuz ¶ Quinymmo si aliq̄ casu ꝑ quēcunq̄ hostē aut insidiatorē reḡ ducuz. ep̄i. ꝛ capl'i p̄dictoꝝ. castꝝ aliqd̄. Ciuitas vl' fortaliciuz. fuerint. dolo fraude vl' violētia intercepta. vl' occupata aut aliq̄ loca in castellata. ꝙ de⁹ auferat. nll'aten⁹ debebim⁹. aut poterim⁹ castꝝ. fortaliciuz. Ciuitatē. q̄ loca sic intercepta

¶ De mercatoribus aduenis corā ꝓprio iudice cōueniendis

¶ Delinq̄ns i loco delicti pōt cōueniri Sil'r in ꝯctu recenti

¶ De rustic' ꝛ colonis fugitis tp̄e guerre restituendis.

¶ Nullus rōne delicti alteri⁹ est arrestādus seu turbādus.

¶ Vectores ꝓ ꝑcio ad thelonei solutionē obligantur et puniuntur.

¶ De pace ꝓpt̄ culpā vni⁹ nō violāda.

¶ Castra quōcūq̄ intercepta sunt viceuersa. R. P. ꝑ Magistrum restituēda

occupata. vł incastellata. etiã si spõte vel vltronee. illi⁹ vł illo
rum. nob̄ offeratur deditio. q̊molibꝫ. ⁊ sub q̊cunqꝫ colore su
scipe. ħ tenebimur ⁊ astringemur ad cõq̄sitionẽ ⁊ recuperatõ
nem. cuiuslibꝫ castri Ciuitati et fortalicij in terris Culmeñ po
meranie et prussie. intercepti ⁊ occupati. expugnati ⁊ incastel
lati ꝑ nos et nr̃as potẽtias. vnacuꝫ potentijs. serenissimi dñi
Kazimiri regi dñoꝝ ducuꝫ ⁊ Epoꝝ ⁊ terraꝝ suaꝝ ⁊ sb̄ditoꝝ
p̄dctoꝝ ꝯsurgẽ. ⁊ d̄ manib⁹ hostilib⁹ eripe ac in ptãtẽ ⁊ ditio
nẽ serenissimi dñi regis Kazimiri. p̄latoꝝ. p̄ncipum. ⁊ subdi-
toꝝ p̄dictoꝝ. restituẽ viceuersa tenebimur. ¶ Itez Nos Lu

De castris ⁊ ciuitatibus Sthum Nouũsoꝝ Culmeñ ⁊ sic d̄ alijs resĩgtoñ

douic⁹ magr̄. ꝯmẽdatores ⁊ ordo p̄dicti. Castra ⁊ Ciuitates.
Sthvm. Noruumsoꝝ. Chelm al's Culmen antiquum castꝝ
al's heldennvs Brodnijcza. al's Strosberg Crijss burg. al's
dregon. q̄ hacten⁹ fuer̃t in nr̃a possessiõe. ⁊ ditiõe. cuꝫ vniuer
sis suis districtib⁹ ⁊ ꝑtinẽtijs salua dispõne. q̊ ad Crisstburg
supius exp̄ssa. p̄fato serenissimo dño Kazimiro Regi ⁊ regno
polonie. ã eoꝝ factorib⁹ ⁊ officialib⁹ dimittẽ ⁊ r̄signare cuꝫ vill
opidi coherentijs ꝑtinẽtijs eoꝝ vniuers. nihil excipiẽdo. ⁊ di
ctoꝝ castroꝝ atꝫ ciuitatuꝫ p̄fato serenissimo dño r̄gi Kazim.
⁊ regno polie. ã eoꝝ factorib⁹ ⁊ officialib⁹ infra hinc ⁊ festum
Natiuitati sãcti Johis baptiste ꝓxime vẽtuꝝ. effectualeꝫ. li-
beraleꝫ. ⁊ expeditã tradẽ possessionẽ. siue ãt de manib⁹ nr̃is. ⁊
nr̃oꝝ ⁊ ex nr̃a cessiõe. siue etiã alijs q̄buscunqꝫ mõis. p̄fata ca
stra. ⁊ ciuitates. in man⁹. ⁊ ptãtẽ dñi Kazimiri regis. ⁊ regni
polonie deuenerint ꝙ ꝑ ħ huic articlo. Nos mgr̄ cõmendato
res. ꝯuent⁹ ⁊ ordo cẽsebimur satisfacẽ. ¶ Prouiso ⁊ etiã añ
oĩa saluo. vt serenissim⁹ dñs Kazimir⁹ rex polonie p̄dict⁹ ci

De offensa ciuibus remittẽda ⁊ iuribus antiquis per R. confirmandis

ues ⁊ subditos ciuitatuꝫ p̄dictaꝝ benigne suscipiat. ⁊ oẽm of
fensaꝫ ex corde ill. nunqꝫ v̄bo vł facto. ipaꝫ reminiscendo. di
mittet ⁊ de bõis ac vita illos ꝑ spãles suas regias lr̃as. in ma
nib⁹ nr̃is tradendas assecurabit. Iura eoꝝ lib̃tates. ⁊ immu
nitates antiq̄ ⁊ antiq̄s. duntaxat ꝯfirmãdo. ꝙ ideꝫ et nos Lu
douic⁹ mgr̄ ꝯmendatores. et ordo d̄ ciuib⁹ et subditis ciuita-
tuꝫ bolãth. Baffenheym. medẽburg et molijcze facẽ tenebi-
mur. q̄ꝝ etiã ciuitatum bolãth. Basenheym Myedenburg
Molhyrzen ⁊ cameratuuꝫ. Bordeuon. p̄fatus serenissimus
dñs Kazimirus rex. et regnuꝫ polonie: tenebitur nob̄ mgr̄o
Cõmendatoribus ⁊ ordini nr̃o infra hinc. et p̄dcm̃ festuꝫ nati
tatis scti Johis baptiste. liberã realem et expeditã dimittere
possessiõeꝫ. exceptis sex villis districtus bolanth. et q̄nqꝫ vill
opidi et districtus Molhuzeñ. que superius sunt nominate.

¶ Volum⁹ āt ꝙ oēs venditōes donatōes. alienatōes libta-
tiones ⁊ inſcriptiōes: inde. ⁊ ſuꝑ oppidis vill'. caſtris q̄ nos.
Ludouic⁹ magr̄. cōmēdatores. ⁊ ordo. dicto dn̄o ſereniſſimo
Kazimiro regi. ꝓut ſupͣ aſſigr̄e tenemur hmōi guerris durā-
tibus. quouiſmō facte. ſint caſſe. irrite ⁊ nulle. q̄s. ⁊ ſic ex nr̄a
certa ſcientia caſſamus irritam⁹ ⁊ anullam⁹. ¶ Itē ordinaui
mus. ꝙ oēs ꝓfugi ſpoliati ⁊ exules militares. vicȝ nobiles ⁊
terrigene. tā de regno polonie ducatib⁹. dominijs ⁊ terri. p̄fa
ti ſereniſſimi p̄ncipis Kazimiri Regis et Regni ſui. et Epiſco
patus Warmieñ. q̄ȝ de terris Pruſſie. ⁊ ordinis predicti: qui-
buſcunq̄ȝ poſſint redire ad propria. ⁊ ꝺ bonis ſuis dimiſſis di
ſponere ꝓ bn̄placito ſue voluntati. ad q̄ꝝ q̄etā ⁊ plenā poſſeſ
ſionē tenebimur illos. ⁊ ꝓximiores illoꝝ admittē ⁊ defendē
admiſim⁹. Non obſtañ ꝙ hmōi bona eoꝝ ꝑ nos. alijs q̄buſ-
cunq̄ȝ ꝑſonis ſint ad vitā. ā ad tp̄s vl' imꝑpetuuȝ obligata. do
nata vl' inſcp̄ta. Quaſq̄deȝ obligatōes donatōes. vēditōes ⁊
inſcp̄tiōes caſſam⁹ ⁊ irritā⁹ reuocā⁹ ⁊ anullam⁹. nlliuſq̄ȝ ro-
bori eē volum⁹ ꝑ p̄ntes ¶ Tenebimur q̄ȝ nos ludouic⁹ mgr̄
ꝯmendatores ⁊ ſucceſſores nr̄i illos hr̄e in gr̄a ⁊ fauore. nec
vnq̄ȝ v̄bo aut fctō eoꝝ reminiſci hoſtilitati. nec de ill' vnq̄ȝ ali
quā ſumē vltionē ꝑ nos vl' ſb̄miſſā ꝑſonā publice vl' occl'te di
recte et indirecte. aut q̄uis q̄ſito colore. q̄b⁹ etiā plenā dam⁹
licentiā. ꝺ terri ⁊ dn̄ijs nr̄is ad terras r̄gni p̄ncipatuuȝ ⁊ dn̄io
rum p̄dictoꝝ rōne incolat⁹ ſe trāſferre. ⁊ bōa ſua mobilia. et
immobilia vendē ⁊ ꝯmutare: et ꝺ eis libē diſponē. ꝓ ſuo arbi
trio bn̄placito ⁊ voluntate Ciues etiā vtriuſq̄ȝ pti q̄ ꝺ ciuita
tib⁹ vl' oppidis expulſi vl' bāniti fuerāt. ā al's ab eis receſſerāt
publice vel occulte dn̄t ad illos ⁊ ad illa ire admitti. bona q̄ȝ
eoꝝ. q̄ añ inchoationē hui⁹ diete vendita vl' donata alijs non
ſunt. dn̄t eis reſtitui. Et ſi ad domos vl' bōa vendita ā donata
redditum hr̄e velint dato p̄cio. ꝑ emptorē expoſito: aut qꝺ ꝓ
donatis. ꝑ ꝯſulatum loci taxabitur. reſtitui dn̄t eiſdem. ſaluo
etiā eo. Qꝛ poſſeſſiōes in edificijs vl' alijs onerib⁹ occaſiōe di
ctoꝝ dn̄ioꝝ vl' bonoꝝ expoſuer̄t. qꝺ ſil'r iuxta dictamen cōſu
lat⁹ loci reſtituē dn̄t añq̄ȝ hmōi dom⁹ ip̄is vl' bōa reſtituātur
¶ Iteȝ vt p̄nti paci fedeꝛi ⁊ vnionis ꝯcluſio abundātioꝛi cau
tela cuſtodiatur. ꝑ nos mgr̄m Cōmendatores et ordineȝ. oēs
ep̄os. cōmendatores. vicecōmendatores. aduocatos. militeſ
nobiles et cetos mgr̄at⁹ ⁊ officia ī terri nr̄is pruſſie obtineñ.

¶ De vēditōibus ⁊ alienatōib⁹ caſtrorum ⁊ ciuitatum ⁊c̄ anullandis

¶ De reſtitutiōe bonoꝝ ꝓfugis ⁊ ſpoliatis pruſſiam redeuntibus

¶ De indignatione remittenda ⁊ licētia trāſferēdi incolatus

☞ De iuramēto p magistrū ordinem ceterosqꝫ subditos vniuersos pstādo.

¶ Itē magistri ꝯsulum. Cōsules ciuitatuꝫ nr̄aꝝ Kunßberg
Knerparv Lēbenÿcht. holanth. Roÿderburg Passenheim.
ac oēs ꝛ singuli fr̄es ordinis militares Prussie. iurabunt pa-
cem p̄sentē ſuare inuiolabiliter. et incōcusse. nec cōtrauenire
quacunqꝫ occasiōe: nec dispēsationē vel relaxationē iuramen
ti petere. Renunciando omnibus exceptiōibus taꝫ iuris quā
facti. maxime ꝙ causa metus. ꝓditionis omnium bonoꝝ. aut
absqꝫ ꝯsensu sedis ap̄lice. cui ordo immediate subest. seu. ꝙ nō
vocatis magistris almanie ꝛ Liuonie. ꝛ absqꝫ eoꝝ scitu. vo-
luntate et ꝯsensu: ꝛ ꝯ̄ statuta ꝛ ꝯsuetudines ordinis. presens
ꝯcordia ꝛ vnio celebrata ꝛ acceptata sit: ꝛ alÿs nō obstātibꝰ
quibuscunqꝫ. ¶ Itē vt hmōi pacē ꝑpetuā ꝛ cōcordiā sub cer
tiori tenore. attentiori firmitate ꝛ robore. In omnibꝰ suis ca
pitulis ꝯditiōibus articulis. atqꝫ punctis custodiamus ꝛ ser-
uemus. Et vt pax ipsa. fedus. ꝛ vnio. ab omni suspitiōis gn̄e
sit circumscripta. ꝓ illius subsistentia. ꝛ robore adÿcimꝰ. Nos
serenissimus dn̄s Kazimirus Rex Polonie. Et nos Ludoui-
cus magr̄. Cōmēdatores. Cōuentus. ꝛ Ordo. ꝑ nr̄os hincin
de factores ꝛ ꝓcuratores quos insolidum. ꝛ irreuocabilr̄. p̄-
sentium tenore ꝯstituimus. Venerādum viꝛt p̄rem dn̄m Io

¶ Nomina ꝓcuratoꝝ hincinde inuicem constitutorum

docum ep̄m Ozilien̄. ordinis ꝓcuratorē generalē. ꝛ magnifi
cum. venerabiles. egregios nobiles ꝛ circumspectos viros
Iohannem d̄ Ostrorog militē vtriusqꝫ iuris doctorē Castel
lanum Mÿedzÿrzecen̄. Magr̄m Sandivogiuꝫ Theologie
ꝓfessorem p̄positum monasterÿ Clodauien̄. ordinis Canoni-
corum regularium. Anthonium de Furliuio decretoꝝ docto
rē Camere ap̄lice clericuꝫ. Andreā de sctā Cruce. Anthoniuꝫ
de Cafarellis sacri palatÿ ap̄lice aduocatos. Bartholomeuꝫ
Kÿelbascha Canonicum Gnezn̄. Magr̄m Henricum Gur-
deman. decanum ecclesie sancti Andree Colomien̄. ꝓcurato-
rem causaꝝ. Magr̄m Fabianum Hanco decretoꝝ doctorem
Canonicum maiorē. ꝛ Scolasticum sctē Cruci Vratislauien̄
eccl̄iaꝝ corā summo pōtifice. dn̄o nr̄o sāctissimo papa ꝯfitebi
mur ꝓfitebimur recognoscemꝰ ꝛ q̇libꝫ nr̄m ꝓfitebitur ꝛ recog
scet p̄fatā vnionē. fedus. pacē. ꝛ ꝯcordiā Nos spōtanee. libē
sincera voluntate. sine dolo ꝛ fraude celebrasse. ordinasse. ꝯfe
cisse. ꝛ ꝯsummasse. Et omnes articulos. capitula modos. et
ordinē: quibus pax ipa. ꝛ ꝯcordia ꝯfecta. ꝯsumata ꝛ regula-
ta est. ad p̄fati reuerēdissimi domini p̄ris Rudolfi Ep̄i Lauen

tini. aplici legati exhortationē. persuasionē. et mediationē. et de nostra mēte. scitu. voluntate. cōsensu. et bn̄placito vltroneis processisse. ¶ Instabimusq̧ petemus. laborabimus. instare. petē. ⁊ laborare sōbemꝰ et tenebimur sine dolo ⁊ fraude quatinus Summus pōtifex. dn̄s nr̄ pn̄tem vnionē. fedꝰ pacē et ꝯcordiā. ꝑ interpositionē sui specialꝭ decreti. de certa sue sanctitatis sciētia emanādi. Et ꝑ lr̄as aplicas siue Bullas. in omnibus ipius articlis. caplis. mōis. ordinationibꝰ. atq̧ punctis acceptet. ratificet. gratificet. Et ad ꝑpetuā rei memoriā cōfirmet. penā q̧ ⁊ cēsurā. ad quā nos summittimus adijciet. ⁊ apponet. In pn̄tis paci vniōis. ⁊ federi violatorē ⁊ trāsgressorē ꝯtriatorē. cum suppletiōe defectuum. si q̄ fu̇ ī pn̄ti federe ordinatione. ⁊ inscriptiōe ꝯmissi Et cum derogatiōe Statutoꝝ ⁊ cōsuetudinum ordinis. etiā Juramēto firmatoꝝ. aut autoritate aplica. vl̓ legatoꝝ eiꝰ. vl̓ q̄cunq̧ alia ꝯfirmatoꝝ. q̄bꝰ fortasse caueretur. qd̓ in magnis ⁊ arduis rebꝰ ordinis. vocatio ⁊ ꝯsensus. mgr̄oꝝ Almanie. ⁊ Lijuonie debeat interuenire. ac etiā cum cassatione. allegatiōis metꝰ. q̄ ꝑ nos Mgr̄m Cōmēdatores Cōuētum ⁊ ordinē p̄tēdi possit. cum ad pacē pn̄tē cōficiēdā. aduocationē Reuerēdissimi dn̄i Rudolphi Epi Lauentiui Legati aplici. spōte venerimꝰ. Et in singl̓os tractatus cōditiones. ⁊ ꝯclusiones pacis. tāq̧ nobis ꝓficuos. ⁊ vtiles nr̄m vltroneū p̄buerimꝰ ꝯsensum. ¶ Quāq̄dē ꝯcordiā vnionem. et federis ꝑpetui ꝯclusionē. Nos frater Lodouicus de Erlichhaulen Mgr̄ gn̄alis. cum Cōmēdatoribus Conuentu et ordine nr̄is. ꝓ nobis successoribusq̧ nr̄is et cōuentu. adiutoribus. adherētibꝰ. ⁊ subditis nr̄is de certa scientia. In omnibus eiꝰ articlis Cōditionibꝰ. atq̧ punctis. approbamꝰ. acceptamus. ⁊ pn̄tiu̧ tenore. ꝓ sb̄sistētia ꝑpetua. emologamꝰ Saluis alijs. que contra pn̄tis pacis. ⁊ vnionis ordinationē eius articl̓os ꝯditiones. capitula nō sunt nr̄is. et nr̄i ordinis. Juribus. libertatibꝰ. et priuilegijs. q̄ p̄fatus Serenissimus dn̄s Razimirus ꝓ se. et successoribꝰ suis polonie Regibꝰ approbat ⁊ cōfirmat. In cuius rei testimonium p̄fati Reuerendissimi dn̄i pr̄is. dn̄i Rudolffi Epi Lauētini. sedis aplice legati ac nr̄m Mgr̄i generalis Sigilla. cum ꝓprie manꝰ eiusdē dn̄i Rudolffi Epi et Legati. ⁊ Notarioꝝ publicoꝝ subscriptione sunt appēsa. Et nos frater Henricꝰ de Plawen. hospitalariꝰ supmus et Capitaneꝰ ī Prayschenmarkt et Morng. Wilhel

☞ De Aplica confirmatione sup Cōcordia facta petēda

☞ Magister confirmat pacē ꝑpetuā

Terrarum Prussie

mus de Pingen Cōmēdator ī Osterrode Ulricꝰ ð Kinsberg
in Ilaw Uitus ð Gych in Brandēburg Joannes de Narbe
Ziffridus Ulach ð Schwarczburg in Balga Georgius de
Ranwng in Reyn. Ulricus de Ottēberg in Licke Capitānei
Stephanꝰ de Strothberg. vicecōmendator in Renczberg.
Ulricus de Zolēdorff. et Uilhelmꝰ Geyer in Lochsteth et
Scholken Castroꝝ prouisores Joānes de Klauczeyn Joānes
Stertuncz Balthasar Nylkyerzycz Joānes ð Lako Nicolaꝰ
Sperlink. Casper materne Pusslke ð Huer Bartholomeus
Rawoske Georgiꝰ de Bole Matheꝰ de dornylk Nicolaꝰ ð
Grebyn Nicolaus Kysslkyol Guntherꝰ ð Hoczendorff Je
ronimꝰ de Hogendorff Joānes Thollke Nicolaꝰ Raschaw
Joānes de Bywon Matheꝰ de Lethen Joānes Przebēdor
slky Michael de Hermāhayn Oswaldus de Sparwyn Lo
douicus de Epingen Marcꝰ de Fedaraw Thomas ð Berth
lzyn Georgiꝰ portegal Rugelhardus Roppe Martinus de
Polkarben Sigismundus de Frewen Jacobus Guanth.
Arthwicus Domenhaw Joānes Thimonis Ambrosiꝰ de
Borebamth Philippus waysssel Joānes Bandyn Gunthe
rus de Lanw Nicolaꝰ de Nothenthosen Mathias Rolkothe
Joānes Zeleger Michael Hundyrthmarg Matheus Kol
habe Petrus de Thyrenberg Thomas lenharth Nicolaus
Laysslkewange. Nos etiā Ciues Ciuitatum et oppidoꝝ vide
licet antiq̄ Knyepaw et Lambenicht Conyczsberg Barten
sten Uelaw Rastenburg Heyligenbgil Fredelanth ð Schi
pemffil. ⁊ Nicolaꝰ dei grā Eps. et Caplm nrm Ecclie Zābien
Promittimꝰ et spōdemꝰ Qz venerabilis et Magnificꝰ frater
Lodouicꝰ ð Erlichhausen. Mgr̄ et sui successores ordinis nri
Mgr̄i gn̄ales singli pn̄tē ꝯcordiā. et ꝑpetue fedus. pacē atq̄
Cōuentiōis cum Serenissimo ꝑncipe dn̄o Kazimiro rege po
lonie Regno ac sibi inuiscerati. plati. ꝑncipibus. ⁊ sbditi vni
uersis mutuā. ꝯclusam. ⁊ firmā. custodiā attēdēt. implebunt
⁊ obseruabunt. Nos q̄z oēs ⁊ singli ꝑdicti. Ipaz custodiemꝰ
attēdemꝰ. obsuabimꝰ. et īplebimꝰ ī omnibꝰ suis ꝯditiōibus
articlis atq̄ puncti. ⁊ ī euidētiā ꝑmissoꝝ. lrām pn̄tē. sigilloꝝ
nroꝝ ac Bulla. Cōuentꝰ ⁊ ordinis. ð speciali Mgr̄i gn̄alis.
atq̄ fratꝝ omnium ⁊ cōuētus ꝯsensu. appēsione ordinauimus
roborari. Actum et datū ī Thorun. Anno dn̄i. M. cccc. lxvi.
Inditione. xiiij. die vo dn̄ica decimanona mensis Octobris.

hora tertiaꝝ de mane. vel quasi pontificatus Sanctissimi in
christo patris dñi et domini nostri Pauli diuina prouidentia
Pape scdi. Anno ipsius tertio. Presentibus venerabilibus
viris Egregijs Strēnuis Nobilibus et Spiritualibus dño
Paulo d Glorvina decano Cracouieñ. Petro de Pnijervij p̄
posito Uladislauieñ. et Canonico Gneznen̄. Jacobo de scha-
delk decretoꝝ doctore p̄posito premislieñ. et Joāne dlugosch
Custode vislicieñ. Canonicis Cracouiēsibus. Henrico de op-
pororv vtriusqꝫ Jurisdoctore Archidiacono Gnezneñ. Ma
thia Raczijansch vijnlzler decretorum doctoribus Paulo de
Panczlorvijcze Joāne hoffeman. et Mathia Licentiatis in
decretꝭ Joāne Stanlzonis Medicine doctore Canonico Ura
tislauieñ Bernardo de Czmenberg. ⁊ Schonēberg ī Culmē
baldenꝭ de Strasßberg. Joāne Slzaslzij ī Frandensburg. et
Melzalz Georgio de Sflijzvijen:in Jlarv ⁊ zvonsdorzv Ca
pitaneis. Joanne Schijling Joanne Thimonis Philippo
zveijsszel. Nobilibus de Schambia Joanne Folmar Micha
ele Tronijmer Nicolao Cosschelijn. Luca Reijchensen. Cō
sule ciuitatis Uratislauieñ. et Nicolao hermanni beneficiato
in Eccl'ia parrochiali Uratislauieñ. et q̄ꝫpluribus alijs fidedi
gnis testib⁹ ad p̄missa vocatis special'r et rogatis. ¶ Et ego
Rudolffus dei gr̄a Ep̄s Lauentinus Sacrosancte sedis apl'ice
et Sanctissimi dñi nr̄i dñi Pauli. diuina ꝓuidētia pape scdi.
ad Germaniā legatus missus prefatus. Quia p̄missa omnia
tractaui cōcordaui. et dum ꝑ partes acceptarentur. emologa
rentur. et iurarētur interfui. Jdeoqꝫ ꝓ meliori euidētia ac te-
stimonio h̄ me manu ꝓpria subscripsi. hmōi ꝯcordiā et fedus
approbando. atꝫ ratā et gratā habendo. Lauantinus Episco
pus manu ꝓpria. ¶ Et ego Joannes Ervich de attēdarij. cle
ricus Colonieñ. dioc̄. apl'ica et imꝑiali autoritatib⁹ Notari⁹
prefatiqꝫ Reuerēdissimi in christo pr̄is. et dñi dñi Rudolffi.
Ep̄i Lauātineñ. et legati apl'ici. ac corā eo scriba. Quia p̄inser
tis Cōcordie. et ꝑpetue paci. et articl'oꝝ et capl'oꝝ. in eadē cō-
cordia exp̄ssoꝝ publicationi. et insinuatiōi ꝑtium hincinde cō
cordie acceptatiōi. et emologatiōi. exceptioni. renunciatiōi. ꝓ
missioni. et iuramēti p̄stationi. omnibusqꝫ alijs et singl'is pre
missiōi dum sic vt p̄mittitur. ꝑ p̄fatum dñm Reuerēdissimū
dñm Rudolffum. Ep̄m Lauentinum et legatum apl'icum. ac
corā eo. et ꝑ Serenissimum p̄ncipē dñm. et dñm Kazimirum

☞ Subscriptio Rudolphi legis apostolice Legati manu propria

☞ Subscriptio Notarij publici ad Coucordiam promissam.

Regē polonie &c. et suos ex vna ac Magnificum dn̄m Lodouicum de Erlichausen. Mgr̄m generalē ordinis btē Marie Theutonicorum. et etiam suos ab altera ꝑtibus agerētur et fierent. vnacum prenominatis testibꝰ presens interfui. Eaq; omnia et singula. ꝓut in pretactis Concordia. et articulis continetur fieri. vidi. et audiui. Ideoq; p̄insertas lr̄as concordie. et perpetue pacis. cum earum articulis et capitulis. manu alterius. me aliunde legittime occupato fideliter scriptas. atq; cōfectas. subscripsi. publicaui. et in hāc publicā formā redegi signo et nomine. meis solitis et cōsuetis vnacum dicti Reuerēdissimi dn̄i Legati Magistri generalis & Cōmendatorꝝ predictorum Sigillorꝝ appensionibus. ac cum Notarijs infrascriptis signaui in fidē et testimonium omnium et singulorum ꝓmissorꝝ Rogatus et req̄situs ¶ Et ego Stauislaus Franke de Rakorvijce. clericus dioc̄. Vlad. publicus Imperiali auctoritate Notarius. vt supra ¶ Et ego Paulus Joannis de Geborve Clericus dioc̄. Gneznen̄. publicus Imperiali auctoritate Notarius. &c̄ vt supra.

Alterꝰ notarij pub. Subscriptio

Tertij notarij pub. Subscriptio

Oratio ad diuum Paulum Summū pontificem nomine Maiestatis. R. ꝓ ratificāda pace perpetua & prestita obedientia &c̄. habita

b

Beatissime pater. & dn̄e gratiosissime fidelium omniū pastor et Rector. facturus apud tuā Maiestatem. et hunc Reuerendissimorꝝ patrum dn̄orꝝ Cardinalium Insignem cetum nomine Serenissimi ꝑncipis dn̄i Kazimiri dei grā Regis polonie. Magniduci Lithvanie Russie prussie dn̄i et heredis verba et iussiones tue sanctitati expositurꝰ circumspiciens nō cōmoueri. nō deniq; fluctuare animo meo nō possum magnopē mecuꝫ reputās. q̄ maximuꝫ q̄ āplissimum munus mihi mandatum sit. q̄q; h̄ tempus. h̄ dies. hic locus verum q̄ alium. qui ego esse putarē dicendi peritum desidēt cui et amplior vbertas sermonis. et feratior ꝯtigit libertas ingenij. mihi etem̄ hac ī eminentissima frequētia h̄ in āplissimo collegio apud tuā sanctitatē nunq̄ alias visam. apud vicariū christi perorāti. mens atq; animꝰ ꝯtrabit stuporē Quis em̄ est tā facunde atq; viuacis memorie. quis tāta ingenij. aut di

cendi polleat facultate. q̄ in h pulcherrimo cōsessu et hui⁹ fre
quētie corona dignitatē ꝛ excellētiā tuā metuēdo n̄ fiat hebe
tior: n̄ fiat obtusior. Te tn̄ sciēs clemētissimum. sagacissimū
et eruditissimum. ꝛ veꝝ nr̄e religiōis parētem. ī singlos fa
uori. ppēsiori beniuolētie. et ppicium. ausus mihi maximos
sumo. q̄ me n̄ tm̄ firmāt. vt fidēti ꝛ q̄eto animo dicam. h puo
cant. ꝛ impellunt. vehemēterq̄ cogunt vt magna. et hylari
mēte aggrediar. apd diuinas aures tuas. benignissime acce
ptum. qd q̄cq̄d dixero ꝯfidēs. et cominus possum ingenio. et
magis mihi. et ignorātie mee parsurumq̄ n̄ ignoro a tua sancti
tate. p̄sertim cum n̄ meo. h p̄fati Serenissimi dn̄i p̄ncipis Ka
zimiri Regis. auctoritate et nomine mihi incumbat dicēdum
quē tua sanctitas. etiā dum illā minor haberet stat⁹ Et d̄inde
ī hac tua. ad summū sacerdotiū diuina: q̄z humana euectiōe.
Sacra felici recordatiōis dn̄i Eugenij pape q̄rti. p̄decessoris
ꝛ auunculi tui. imitata vestigia peculiari animo. fouit. extu
lit. et dilexit. ac suos et Regni profectus sui. et ꝯmoda singu
lari studio. ꝛ cura promouit ꝛ. pcurauit. ipeq̄ Illustrissimus
p̄nceps dn̄s Kazimirus Rex polonie. p̄fat⁹. q̄ primum te ad
culmē dignitati aplice. fauore diuino. ꝛ patꝝ ꝯscriptoꝝ vni
formi. et mirifico ꝯsensu. diuinis trahētibus meriti cognouit
sublimatū. vniuerse p̄mum reipublice christiane. maximis ha
ctenus impssionib⁹ barbaroꝝ vexate. deinde suis ꝛ Regni sui
et dn̄oꝝ suoꝝ reb⁹. optime sperare cepit. postq̄ te sciebat. na
tura: ingenio: atq̄ v̄tute: ꝛ optimia ꝛ. tā studio. q̄z innocētia ex
celluisse. p fidei q̄z et religiōis nr̄e incremēto ꝛ ppl̄i christiani
libtate vēdicāda: magno sp. magnoq̄ zelo flagrasse. Qua p
pter Illustrissimus ipe Rex. tātis bonis ꝛ supne tibi collatis
et a natura ī genuis. in vniuersum catholicum orbē. in suum
q̄z Regnum. p̄ncipat⁹. ꝛ dominia redundātib⁹. ꝛ redundatu
ris. singularissimo zelo. velut deuotissim⁹ filius affect⁹ et p
ornatoꝝ suoꝝ ex bonis et necessarijs respectib⁹ hacten⁹ mis
sorum. sanctitati tue publicā obediētiā. vbis n̄ p̄stitit Rebus
tn̄ ipis. et opibus. te coluit et recognouit Te vicarium vnicū
et indubitatum. summi dei tenuit in terri reputauit ꝛ tradidit
iustissimis tuis. tā ex hortatiōibus. q̄z mādatis obediēter pa
ruit. Req̄situs siquidē tue sanctitati lr̄is. et deinde Reuerēdis
simi ī christo p̄ris dn̄i Rudolffi Ep̄i Lauētini. tue sanctitatis.
ad Germaniā legati. et Oratori s̄monib⁹. et lr̄is q̄tin⁹ bellū

Auctoritate et noīe dn̄i Kazimiri Regis polonie dt se Orator presentē orationē agere.

Excusatur Regia Maiestas q̄ tā tīsper vbis obediētiam nō prestiterit quā sp reipa et opibus ꝯfitetur

atrox ⁊ diuturnum. cum Mgr̄o et ordine Cruciferoꝝ ordinis
sc̄te Marie theutonicoꝝ. hospital' Iherosolimitani hactenus
cōtinuatū dirimeret. ⁊ se a belloꝝ stridore temparet. ꝗuis ar
mis ⁊ potētia. fauore insup successuū ⁊ fortune. se sciret m̄lto
supiorē. ⁊ pene iā victorē. Moniti tñ tue sc̄titati. ⁊ impijs po
tius. ꝗꝫ sue felicitati ⁊ successib⁹ defferēdum. ⁊ auscultādum
duxit. ⁊ ad dietā sup plātāda pace. p die p̄ma Septēbris apd̄
Thorun. p dictū dn̄m Rudolffum legatum indictā psonal'r
aduenit. sicqꝫ aduenies. ꝯditiōes eq̄s ptrahi ꝯsensit. In cuius
ꝗdem paci ordinatiōis Re ⁊ tractatu dn̄s Rudolffus Eps la
uentin⁹. caste sincere integre. inter ptem vtrāqꝫ duob⁹ prope
mensib⁹. vasall⁹. fructib⁹. fructum ē āplissimuꝫ sue missiōis
cōsecut⁹. Tantā de se v̄tutē exhibēs. tantā industriā. quantā
in terri omnib⁹. ꝗ rē hāc fuere aggressi. neqꝫ vidē potuimus
neqꝫ sentire talē insup in pace ꝯponēda. talē i dirimēdis diffi
cultatib⁹. talē in dissoluēdis nodosis disceptatiōib⁹. talē i ad
monēdo. talē in psuadendo gessit. vt pti vtriqꝫ ḡtissima foret
ei⁹ fides. modestia. ⁊ integritas. cui⁹ modestia ⁊ integritas fac
id. vl' p maximo documēto. tua sc̄titas accipiat ꝗdem singula
dona. ꝗbus a serenissimo dn̄o nr̄o Rege honorat⁹ erat recipe
cōstātissime recusauit. Et ꝗuis ab insignib⁹ ⁊ ḡuib⁹ viri. ad
idē a Rege ad illum d̄stinati. vt ex donis ipis. aliꝗ saltē ḡta ac
cipere in animuꝫ induceret Iteꝝ atqꝫ iteꝝ. ne ꝗcqꝫ vexaretur
aspnatus. Tñ omnia expetitiōis frequētē instātiā repulit. et
petētium dignitatē. Itaqꝫ pr̄ beatissime. nomine p̄dicti Illu
strissimi Regi nr̄i. platoꝝ p̄ncipum. ⁊ omnium s̄bditoꝝ suoꝝ
ꝗs ābitus Regis polonici ꝯtinet Maximas tue sc̄titati quē
admodum iustum. ⁊ ꝯdignū ē. gr̄as agim⁹. maiores habem⁹
ꝗuis illas sati. ⁊ ornate agē nll'aten⁹ possumus. agit. ⁊ vene
rabil' Magnificusqꝫ vir dn̄s Lodouic⁹ d̄ Erlichhausen Mgr̄
ḡnalis ordinis p̄dicti. cum serenissimo Rege. dn̄o nr̄o ⁊ regno
ppetuo federat⁹ ⁊ vnit⁹. agunt ⁊ p̄ceptores subditiqꝫ sui. tuo
fauore. tuo bn̄ficio in dudū exulātē pacē reducti. ꝭ neqꝫ soluꝫ
Illustrissim⁹ ipe Rex polonie. suiqꝫ optimates. s̄bditi ⁊ pce
res. p̄dictusqꝫ Mgr̄ ḡnalis ⁊ ordo. veꝝ vniuerse vicine natio
nes ⁊ ppl'i tue sc̄titati. gr̄as immortales ferre gestiunt. nec ē ex
tot linguis ⁊ pplis. ꝗ n̄ pbet. ꝗ n̄ laudet. ꝗ miri laudib⁹. n̄ ef
ferat. ꝗ te btō euo. et gl'ia immarcescibili. pfrui n̄ optet. ꝗ po
pulum catholicum maxima leticia affecisse. ⁊ in singlos pacē

☞ Cōmendatur dn̄s Rudolffus epi scopus Lauētinus Orator et legat⁹ se dis ap'lice et multis virtutibus

E vniuersis regni nostri Priuilegijs et si nos Alexāder Rex. duntaxat suprascripta ad pñs cōmune inseruerimus. habuimus tñ et habemus numerosiora in publico Regni thesauro ad cōmunē tam reipublice q̄ȝ subditorum nostroꝝ statum feliciter dirigendum et instituendum ac tutelā pertinentia. Verꝫ quia presentia plus alijs perpendimus maioris efficacie esse Jccirco per hec finem damus eiusmodi processui laborique nostro. Et nihilominus sicut inter priuilegia certas Summoꝝ pontificum Bullas tam errores et nonnullas constitutionum legalium exorbitantias. tanq̄ȝ contra pietatem et salutē animaꝝ militātes q̄ȝ fragilitatis humane excessus corrigentes per prefatum Joañem de Lasko Regni nostri Cancellarium scribi. Sic etiā Constitutiones Juris Ciuilis Saxonici Maydemburgensis quarum ipse Cancellarius ante prohemium priuilegij cōmunis meminit. q̄ȝuigilātissime de eoꝝ Theutonici stili originalibus libris per eumipm Cācellarium castigatas emendatas et nouis Rubricis distincte titulatas inseri iussim⁹ easipsas siquidē Juris Ciuilis constitutiones. nusq̄ȝ correctas et ī suis sententijs integras. ymmo in toto earum tenore viciatas et a suis originalibus longe vagantes inuenimus. Postremo vō Summā doctissimi Raymundi parthenopej. que omnia vidim⁹ p nōnullos prudentes subditos nostros. pro singulari eruditione et suoꝝ subditorum gubernaculo ꝯducibilia esse. Et qꝛ eoꝝ practica cōiter fit in certis Regni nostri locis Jus Maydemburgeñ ac Theutonicū hñtibus Jdeo nos ea a priuato illorum vsu sumentes ad cōmunem vniuersorum subditorum nostrorum cognitionē eruditionēq̄ȝ per hec scripta legauimus et tradidimus. Primum vero posuim⁹ Librum qui a nonnullis titulatur Otthonis Cezaris Ruffi. deindē alios. puincialis et feudalis Jurium libros. qui diuoꝝ Karoli ꝛ Cōstantini Jmperatorum constitutionibus ascribuntur sic vt legentibus patebunt singulariter inserti et inserta.

Alexander Rex approbate diui olim Magni Kazimiri Regis sui predecessoris ordinationi innitens: Joāni de Lasko regni sui polonie Cācellario ius Maydemburgeñ cōmuni Priuilegiorū volumini inserēdū ac ascribendū cōmittit et mandat



Libri duo Juris Ciuilis Maydemburgensis et prouincialis Saxonici cū tertio libro Juris feudalis. Quib⁹ Regestrū anponit̄ infrascriptū.

Tabula titulorꝫ in libros Juris Maijdemburgensis ordine Alphabetico p Joannē de Lasko Regni polonie Cancellario. incipit sic videlicz qz vnusquisqz Titul⁹ sb ea lr̄a Abecedarij sittuatur. a qua inchoatur ommissa ista p̄positione De. Pro titulo āt his in libris censetur quicquid Caractere et littera grossiore pressum est.

De A

De B

De C

Regestrum

De D

De M

De N

De O

De P

Regestrum

De V

Finis Regestri in duos libros Juri Maijdēburgen. pariter z prouincialis Saxonici. ac tertij libri Juris Feudalis

Prologus in ius Maÿdemburgense.

In nomine pr̄is et filij et sp̄ūssancti
Amen. Hoc opus locatum est supra firmum fun
damentum. de quo dt̄ Apostolus. Fundamētuȝ
nemo aliud ponere potest: preter id: quod positū
est: quod ē Christus. vbi em̄ Christus fundamen
tum nō est: ibi nullius boni op̄is potest superesse
edificium. Ad inuocationē g̈ summe et indiuidue
Trinitatis: exemplum laudabile me cōpellit: et
ratio violenta. Quia quod a maioribus factum esse dinoscitur: id
a minoribus q̊ȝ obseruari debeat. Mos quippe retinēdus est fide-
lissime vetustatis. Licȝ em̄ non exemplis: sed legibus ē iudicādum
Uerumtamē: exemplum aliq̇s pōt sequi: maxime vbi recte factuȝ
aliquod intuetur ad ꝓbandum. Sed ꝙ in quolibet principio aglia
Trinitatis debeat auxilium peti: sola ratio sufficere pōt. Cuiuslibȝ
em̄ rei potentissima pars est principium Et ex ijs- que inordinate in
choata sunt. nō potest aliquid ordinate agi. Per se patet: qualr̄ bn̄
⁊ laudabilr̄: oīa geruntur: si p̄ncipium fuerit decēs ⁊ amabile deo
Nam vix bono peraguntur exitu: que malo inchoata sunt initio.
Quibus omnibus luceclarꝰ apparet: qui finis laudabilis: a bono
dependet p̄ncipio: et tanq̄ȝ suo maiori subiacet. In quo quidē prin-
cipio cautius est agendum. Cum em̄ inceptio omnium ē g̈uissima:
ne is. qui se putat stare: in foribus delinquat Ad causam causarum
vt ꝓ auxilio recurrat: necesse est Ipsa nanqȝ bn̄dicta Trinitas est: ī
cuius nomine et cōsilio: omnis actus ꝓgreditur Sic em̄ ad omni-
potentis dei presidium debemus oculos erigere: vt non in armis
scientie vel eloquētie iaculis confidamus: ẜ omnem spem: ⁊ omne
propositum erigamus ad ꝓuidentiā Trinitatis Ipsa em̄ laborātibꝰ
aurē apperit et inclinat: ꝓpter qd̄ nos sermo ꝓpheticus exhortatur
Apprehendite disciplinā et sapientiam: ne qn̄ irascatur dn̄s: et ne
pereatis de via iusta. Felix exhortatio: dulce cōsilium. Qui em̄ ap-
prehendit Christum (vt veꝝ fatear) apprehendit summum bonum
Ipse em̄ est: sapiētia: iustitia: veritas: fortitudo: sanctitas. Et qui
ignorat sapiētiā ⁊ scripturas Christum ignorare (scripture testimo
nio) ꝓhibetur Christus etem̄ dei virtus est et sapiētia. Ignorātia āt
scripturaꝝ: ignorantia ē Christi: iuxta Aplm̄ apprehēdite siquidē
sapientiā que insipientiā ꝓcul pellit. Egressus em̄ vnius: alterius
operatur ingressum. cum renunciatur improbitas: nascitur virtus
et cum eijcitur sup̄bia: adest humilitas. Et iteꝝ qui sapientiā nō ap
prehēdit: improperabitur ei a dn̄o. Et ideo sacerdotio nō fungetur

et in tenebris ignorãtie latitans: mentis oculis excecatus: iustitiã inuenire nõ poterit: sine qua etsi ceterarum virtutum. i ipo fulgeãt radij: p nihilo tñ reputãtur. Ipsa eñ iustitia est: que inter ceteras virtutes perfectissima dicitur: que iura omnibus distribuit. et ea d causa iustitia appellatur. Illius omnes obediũt iudicio. Hec ẽ eñ illa virtus laudabilis: que diffinitione nobili difinitur. Justitia est constans et perpetua voluntas. ius suum cuilibet distribuẽs: que concupiscẽtie conatus. sua virtute cõprimit: ac desideria refrenat. Cum igitur subiectum libri presentis nullum sit aliud ponere: pter Jus et Justitiã. Felix liber: cui tã nobile famulatur sbiectum Felix ille vir. inter cuius verba liber iste: sicut mirrhe fasciculus poterit cõmorari. Merito ergo: qui opus tantum aggreditur. vt librum signatum septẽ Sigillis apperiat Summe Trinitatis auxiliũ expetet et imploret. Ego siquidem illud scriptur i attendens. Qr nemo altiorem locum in scholis quibusuis teneat: nisi cui laboris assiduitas: et studiorum plixitas suffragatur Quãuis inter ceteros lectores minimum me reputãs. et ignorantie mee tenebras nõ ignorãs excusare me deberẽ. Et cum pphetã dicẽte. a. a. a: dñe deus. Ecce nescio loqui: quia puer ego sum. quoniam altus ẽ puteus sciẽtie: sapiẽtie et non ẽ cum quo hauriã queadmodum mulier chananea locuta ẽ: cum de dei omnipotentis filio qui aquã viuã distribuit et largitur. Tamen confisus de misericordia eius: opus pñs aggrediar: spem gerens firmissimã. quod de fonte gratiarum suarum ad siccitatẽ meam riuulum deriuando: de pane sue psolationis: ne in via deficiã. buccellam mihi porriget. Sed ne plixitas: que frequenter parit fastidium sermonẽ protrahat in immensum breuibus iã orationẽ meã absoluã. Non in armis sciẽtie: vl' eloquẽtie iaculis cõfisus: s oẽm spem omne ppositum referẽs. ad omnipotentis dei legis cõsilium que lex est omnium naturaliter salus. fundo principium sup lapidẽ angularem. qui est Christus Jhesus. alpha et o. pncipium et finis.

De electione: iuramento: officio: et autoritate Scabinorum et Consulum

C Esar Otto Ruffus fundauit tẽplum in Maydemburg. et dedit Ciuibus municipale Jus sm eorum arbitrium: et sm consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt. q eligerẽt Scabinos et Cõsules. Scabinos ad diuturnum tempus: et Consules ad vnum annum. qui tunc iurauerunt et nunc iurant ãnis singulis dum eliguntur/ Jus ac pfectum: et honorẽ Ciuitatis custodire: et

agere quanto cauti⁹ et melius sciãt aut possunt: cum ꝯsilio ⁊ iuuamine senioꝝ: et h nõ dimittẽdo rõe amoris: molestie: ire vł munerꝝ sicut eos iuuet de⁹ et sancti ei⁹. Cõsules exponunt suuz ꝯuẽtum ḃm suum placitum ac voluntatẽ: cum senioꝝ ꝯsensu Cõsules etiã hñt ptãtem iudicãdi sup qualibet vacuã mẽsurã: et pondera iniusta ac choretos iniustos. et cuiuslibet cibi et pot⁹ mercimonia. Et q̃cunqꝫ h violauerit demeretur tres Sclauonicas marcas q̃ faciunt. xxxvj solidos. Quãdo Cõsules suum ꝯuentũ exponunt: extunc. q̃cq̃d ibi statutum fuerit: aut ꝯpromissum: in isto: qd iuri diuino nõ ꝯ̃dicit. firmum et inuiolabilr̃ dꝫ obḃuari. Et q̃cunqꝫ violauerit. h Cõsules hñt agere et iudicare. Et q̃cunqꝫ ad cõuẽtum venire neglexerit: cũ signum datur p cãpanã. demeretur sex denarios. Sin ãt conuẽtus sibi pnunciatus fuerit. demeretur quinqꝫ solidos.

De q̃s fo. xlvj.

De Penesticis. et eorum excessibus puniendis

q Ui penestici vocantur. si in aliq̃ demerẽtur. Uel si ĩ aliq̃ deliquerint ꝯ̃ statuta ciuitatis. aut Cõsulũ decreta violauerint si in h ꝯuicti fuerint. demerẽtur cutẽ cum crinibus. aut tres solidos. et h arbitrio Cõsulum ꝯmittitur: qd hoꝝ recipe voluerint ¶ Qñ vo penesticus Cõsulum. aut Ciuitatis statutum infregerit ĩ cõi foro. ita q̧ cutẽ cum crine demeretur. et cuz pecunia h redimet h manet sine iure. et nõ põt a mõ aliquod foꝝ comestibilium absqꝫ ciuitatis: aut Cõsulum ꝯsensu exercere. ¶ Et si aliꝫ homines: q̃ commercium seu fraternitatẽ hñt in foro comestibiliumꝯ̃ hmõi decreta Consulum seu Ciuitatis excesserint: sp hos oportꝫ emẽdã dare ḃm Jus et edictum ciuitatis. et nõ pñt vlteri⁹ aliq̃ comestibilia vendẽ nec cõmunitatẽ hr̃e seu acquirere absqꝫ ꝯsensu Cõsulũ et ciuitatis

De paruis aut iniustis mensuris

ſ I metrete. aut alie mẽsure parue. seu iniuste fuerint ⁊ ĩiuste pẽse. h Cõsules hñ agere pñt. ḃm honorẽ Ciuitati. aut cum xxxvj. solidis emẽdare. Jus em̃ Cõsulum ẽ. ciuitati sic ꝓuidere. q̧ singule emptiões: et ĩ iure mechanici. ⁊ paup pplus valeãt sufficere ac sustinere. q̧ ipsi nõ efficiãtur piuri

De q̃s fo. xlvij c. vlti. ⁊ fo. xcv. Jtẽ fo. cv.

De iudicio bãnito magno ter ĩ ãno celebrando.

t Ile supmus Judex. qui in Maijdẽburg iudicio psidet. h est Castellanus. qui. sedet tria iudicia prouincialia iudicare in anno. vnum iudicium ĩ die scẽte Agathe. scdm ĩ die sanctoꝝ Joãnis et Pauli. tertium: ĩ octã beati Martini Si vo ceciderit aut euenerit. aliq̃t hoꝝ iudicioꝝ ad diẽ celebrẽ: aut feriatuꝫ. extẽ ãmisit

De q̃s fo. xcvj De iudicijs q̃ ter ĩ anno celebrandis.

ſuum iudicium. Et ſi Sculteť: aut ſolꝰ Caſtellanꝰ ad iudicium nō venerit: q꞉ Sculteť Caſtellano p̄mā ſentētiā dꝫ inuenire. Et ſi ſcultetus nō venerit ad Caſtellanū. extc̄. x. talēta demeretur. niſi legale impedimētuꝫ ip̄m impediuerit: qđ ꝓbare poterit. vt ius dictauerit ¶ Quicq̄d ī criminali cā factum ſeu ꝯmiſſum fuerit. q̄tuordecī diebus an̄ ſuum Judicium. h̄ Caſtellanꝰ dꝫ iudicare et nemo alius

De iudicio Caſtellani ſeu Burg̃bij et Sculteti

Deq̃ ſo.xlv

STuprum et obſidia irruētiā domiciliorꝝ iudicat Caſtellanus ſeu Burgrabiꝰ: et nll'us alter Sꝫ ſi Caſtellanꝰ p̄ns eē n̄ poterit. extc̄ Ciues eligunt vnum iudicē loco Caſtellani. ꝓ exceſſu manifeſto Pena ad ſex ebdomadas ſolui dꝫ Emēda poſt penā ad. xxiiij. dies. Recōpēſa dꝫ ſolui ad xij. ebdomadas. ¶ Caſtellani pena et recōpēſa: que acq̄ſita fuerit ī iudicio bānito. dꝫ ſolui ꝑ. vj. ebdomadas. Pena Caſtellani: ſt̄ tria talēta. pena Sculteti octo ſolidi. ¶ Qn̄ Caſtellanꝰ ſurgit et iudicabit. tc̄ iudiciuꝫ ſuū expirauit ⁊ ſtatim iudiciuꝫ Sculteti diſpōit. a ꝓximo die ad duas ſeptiānas

De legalibꝰ iudicijs Sculteti ter ī anno fiendis

SCulteť etiā hꝫ tria iudicia legalia ī āno: vnū in die craſtino Epiphāie dn̄i: ſcōm tertia feria poſt ꝯductum paſce. tertiuꝫ feria tertia poſt feſtum. S. Trinitatī. poſt h̄ diſpōit ſua iudicia ꝯtinue ad duas ebdomadas. Si dies iudicial' euenerit ad diē celebrē. hn̄ p̄t vltra vnā diē. aut duos poſt diē celebrē iudiciuꝫ diſponere. ¶ Judicium Sculteti. nemo p̄t iudicare: niſi Sculteť ſolus nec p̄co: nec ſuꝰ famulꝰ. ¶ Quod ſi Sculteť in domo nō fuerit: et criminale nephas exortum fuerit. ciues ſtatuāt vnum iudicē ꝓ crimine manifeſto Sculteť etiā dꝫ hr̄e legalitatē ſeu bannum a dn̄o terre. et cum eo dꝫ eē infeodatꝰ. et verꝫ ſuum feodum eē dꝫ. Inſup lib̄ eſſe dꝫ: ⁊ legittime natus de terra

De iudicio vulneratorꝝ. clamore vulnera ſua ꝓteſtantium. Et penis vulnerantium

SI hō vulneratꝰ fuerit. et ſi clamorē ꝓclamauerit. et ſi cepit hunc: q̄ ip̄m vulnerauerit et eum vſq꜄ ad iudicium ꝺduxerit et ſi tc̄ ip̄m cum ijs q̄ clamorē ſuum audiuerint ꝓteſtari poterit met ſeptimꝰ. ꝓpior ē eum vincē: q꜄ ille poſſit eum euadē. ꝓ vulnere manum. ꝓ homicidio colluꝫ. ¶ Si vulnꝰ ꝓfunditatē vnguis et lōgitudinē mēbri habuerit. et ſi acq̄rit hō duelluꝫ. ꝓ vno vulnē. et ſi victor fugerit. victo dabit ꝓ vulnere manū. ꝓ homicidio collū ¶ Sꝫ ſi q̄s ꝑ fideiuſſoriā: obligat aliquē ꝓ adiutorio ex ꝑte homi-

Juris Maydemburgensis

cidij statuere, et eundē nō repñtat. Extunc fideiussor tenetur actori seu querulanti dare plenā recōpensam: hoc ē. xiiij. talenta. et iudici emendā. viij. solidoꝝ. istoꝝ nummoꝝ: qui in eodē iudicio et districtu sunt curreñ. cōmuniter et dantur

Accusatus de conflictu quō euadere debet

S I cōtingit criminale nephas. aut conflictus nocte vł in die et si ꝓbus hō ꝑ eo accusetur ꝓpius ē euadere metseptimus. q̄ȝ ille poterit sup eum ꝓtestari. quia in isto loco conflictus per neminem visus est.

De iudicio qualiter hospiti et domestico sit ministrandū. Et quō iudicari potest sine testibus.

N Ec Castellano. nec Sculteto Scabinus nec Ciuis tenetur aliquā sententiā: extra veros dies iudiciales diffinire: nisi factum manifestum: aut vulnera mortalia: aut homicidia: aut furta seu alia criminalia fuerint. ¶ Castellan⁹ et Sculte⁹ bñ pñt omni die iudicare ꝑ debito: pro quo absq̄ȝ testimonio agitur. Nisi ciuis agat ꝯ hospitē. vł hospes supra ciuē ꝑ debito. cum testimonio de q̄ alter alteri fassus ē. h̄ bñ pt iudicari sine mora. Et si vni adiudicatur debituȝ hȝ soluē sequēti die qd tenetur ¶ Sȝ hospitē oportet iuramēto ꝓbare. q̄ sit alienigena. et ita remote domicilium habeat: q̄ vna die ad iudicium venire nō possit. Ille dr esse hospes q̄ vltra. xij. miliaria extra iudiciuū suū domiciliuȝ hȝ. Et si aliq̄s alienigena datur p manū ī moduȝ pignoris. iudex tenetur eū dare ad obseruādum. tādiu: q̄usq̄ȝ se d̄bito expurget iuridice aut illd̄ ꝑsoluat.

De pernoctato vulnere

Q Uod si vir vulnerat⁹ fuerit: et eodē die iudiciuȝ nō q̄siuerit et sua q̄rimōia secū ꝑnoctauerit. et q̄ inculpatur tunc ꝯparuit. euadet eum metseptum⁹. Sȝ si trib⁹ iudicijs nō ꝯparet: q̄rto iudicio ꝓscribitur. Ita tñ si iuste eum cittauerit: et sup ipm conquestus fuerit.

De iudicio violentie et stupri

S Tuprum et obsidium et irruentiā domiciliorꝝ Burgrabius iudicat: et nemo alter. Si aliq̄s irruit sup alteri⁹ domiciliuȝ tpe nocturno aut diurno temeraria violētia: nulla p̄cedēte q̄rimonia. et si in manuali facto deprehēsus fuerit. cum clamore. et si clamore cum auditorib⁹ metseptim⁹ suoꝝ vicinoꝝ h̄ oñdēdo ꝓbare poterit. ſm iuris exigentiā. malefactor collum demeretur. Si aūt manifestum factum nō fuerit. extunc ꝓpior ē euadē metseptimus.

Supra folio. xlv. et fo. xciij De articlis p Capitaneos iudicandis.

pro hospite

q̄ꝫ aliquo testimonio vinci possit. **De vulnerato multis vulneribus. et de euasione coadiutorum.**

Supra fo. xxi c Jtē si pluries

q Uicunqꝫ vulneratꝰ fuerit. si clamore ꝓclamauerit. et ad iudicium peruenerit. de q̄cunqꝫ q̄rulatur qui p̄ns fuerit. etsi habuerit hoſ: q̄ clamorē suum audierint: ꝛ q̄t vulnera habuerit. tot hoīes p̄t inculpare. Si āt hij homines ꝯparuerint. duellum in ipsis acq̄rere p̄t Si āt plures iudicialiter infestauerit: q̄ꝫ vulnera habuerit. alij oēs euadēt suo iure. quilibet metseptimus: vel q̄uis sua sola manu ꝓ adiutorio rōe homicidij. vel vulneꝝ duellarꝫ: vel mettertius ad hoc si pro eo cum testibus fuerit impulsatus

De iudicio rei obligate.

o Bligat aliq̄s mercimonia: aut alia bona mobilia. ꝓ debito expte iudicij. et ille ꝓnunciat tribus iudicijs. vt ē Juris: et q̄rto iudicio sup eo dominium receperit ac appropriatuꝫ sibi fuerit. et cognoscētie dn̄i dederit corā iudice et Scabinis. Et si iste imposteꝝ ad repetēdum sua bona peruenerit. possidens. propior est suum pignꝰ seruare. cū Scabinis ac iudice. q̄ꝫ ille q̄ caret possessiōe ¶ Nullus etiā hospes ab alio aduena: et ecōtra: indiget pignꝰ recipere. ꝓ debito recognito. Si āt ip̄m receperit. extunc ip̄m acq̄rere ꝛ ꝓseq̄ ꝓut alter vir iuridice oportebit. nisi aliter fuisset inter eos ordinatum verbotenus in contractu. **De dotalitio femiaꝝ et prouisione earum post mortem mariti**

ſ J aliq̄s ducit vxorē. et si vir de hac luce ꝺcesserit. vxor nihil hꝫ ī suis bonis nisi dederit sibi ꝓ dotalitio. aut vite ꝓuisionē ꝓ eius vita in iudicio bānito ¶ Nulla mulier p̄t vite prouisionem: nec dotalitium hereditarie obseruare. et cum de hac luce decedit: ad heredes reuertitur sui mariti ¶ Quādo āt maritꝰ nihil dederit mulieri in suis bonis. Jn possessiōe bonoꝝ sui mariti dꝫ ꝑmanere. ꝛ pueri sibi necessaria ministrabunt. quousqꝫ in vidualitate ꝛ sine marito ꝑmanere voluerit ¶ Si vir oues habuerit has mulier recipiet ad suppellectilē. et si pueri vellēt dotalitium mulieri infringere: ꝯuare p̄t testimonio viroꝝ ac mulieꝝ metseptima: q̄ tē p̄ntes fuerint. ¶ Sꝫ deseruitum p̄cium et rōnabile debitum debeāt solui de bonis mortui viri pre dotalitio. et h̄ si mulier fuerit dotata pecunijs in paratis. Si āt dotata fuerit in hereditate ꝓpria. tunc suuꝫ dotalitium pre alijs debitis iure valeat obtinere. Etiā quiuis vir hn̄s māsionē infra ius municipale. ille sue cōtorali dare p̄t ꝓ dotalitio suā ꝓpriā hereditatē. quā in posse habeat alienādi: et etiam in alijs

Dec q̄ ſ fo. xxix. et fo. xliij

bonis suis mobilibus inquãtum voluerit

De pueris hereditantibus et exhereditatis

I vir pueros habuerit: aut mulier. q̃cunq̃ ex ijs exheredi-
ſ tati fuerint. Si moritur vir. hij pueri: q̃ in hereditate patris
sunt: recipiunt bona: et nõ hij q̃ exhereditati sunt. Sz here-
ditatẽ vendere nõ pñt: absq̃ coheredũ ɔsensu. Hij pueri q̃ ĩ ptãte
pr̃is mortꝫ tpe fuerint. si ex ijs vnꝰ moritur: istius partem diuidãt
inter se equaliter: tam exhereditati: q̃z etiam domestici.

De infiscatione possessionum.

Uãdo alicui sua possessio publicata seu ĩfiscata fuerit: iuste
q ac iudicialr̃ q̃tiẽs exit vel intrat: totiẽs penã iudici demẽtur
Ita si publicatio super ipsum rite ac iuste sit acq̃sita.

De re possessa per annum et diem iudicialiter

Uicq̃d vir ɔ̃derit. sb̃ iudicio bãnito: ꝛ si possessor h̃ possede
q bit pacifice et q̃ete absq̃ arrestatiõe et ɔ̃dictiõe aliq̃: ãno et
die. h̃ ꝑpius et meliꝰ obtinere p̃t cum iudice et Scabinis. q̃z
aliq̃s ab ipso possit exbrigare seu alienare

De re possessa per annũ et diem iudicialiter.

Uod si Judex et Scabini mortui fuerint. qd̃ tñ bñ cum alijs
q fidedignis ad minꝰ duobꝰ Scabinis: ꝛ q̃ttuor virꝭ ꝓbitate
ꝓbatis testimonio ꝓbet: et sic bona donata sibi obtinebit

De legationibꝰ seu donis in lecto egritudinis.

Emo masculus: nec vlla mulier pñt in loco egritudinis de
n bonis suis alicui vltra tres solidos dare. absq̃ heredum cõ
sensu seu voluntate: nec mulier sine consensu mariti

De hereditate fratre ꝛ sorore carẽte

Uod si hereditas in fratribꝰ et sororibꝰ defectum habuerit:
q extunc oẽs hij q̃ se in linea eq̃li cõsanguineitatis oñdere po-
terint ĩ hereditate succedunt equaliter. siue sint masculi siue
femine. ex paterna et materna consanguineitate

Qñ sacerdos cũ sorore dz diuidere suppellectilia

q Ui ãt in possessione mãserit. et si bñ sacerdos fuerit. tñ sup-
pellectilia recipit et h̃ si nulla puella ibi fuerit. Si ãt puella
fuerit et etiã sacerdos. suppellectilia tc̃ inter se diuidunt eq̃li forã

De dono iudicialiter facto

q Uicq̃d masculꝰ dat ĩ iudicio bãnito corã iudice ꝛ Scabinis ibi

recipiēs dat vnū solidū ꝓ domi r̄cognitōe: quē r̄cipiunt scabini ꝓ se

De debito necessario iure acquisito. et debitore

Vicunqꝫ aliquē corā iudicio ꝓ debito impulsauerit. Si de-
q bitum coacto iure ꝯsecut⁹ fuerit. oportꝫ eadē die soluere. ⁊
iudex ī eo suā penā acq̄siuit ¶ Si āt q̄rimōia fc̄ta fuerit sup̱
aliquē ꝓ d̄bito de q̄ fatetur: soluē tenetur infra duas ebdomadas.
Et si tp̱e statuto debitor nō soluerit. extc̄ iudex in eo suā penā acqui
siuit. Nihilomin⁹ soluē mādat ad octo dies. Deinde ad tres dies:
tādē die seq̄nti q̄ties tc̄ mādatū debitor adimplere neglexerit: to-
tiens penā suā ī eo iudex acq̄siuit. ¶ Si āt Judici ⁊ creditori d̄bitū
soluē ꝯtēserit. extc̄ fiscatur sua possessio. ꝓ h̄ q̄ꝫ ꝯpellitur. ꝙ d̄bituꝫ
creditori et pena iudici ꝓsoluatur. ¶ Si ēt possessiōe caruerit. extc̄
banno ꝯpellitur. p̄t q̄ꝫ bn̄ ꝯp̄hēdi vbicunqꝫ visus fuerit ꝓ d̄bito ⁊
pena. et q̄cunqꝫ ip̄m vltra h̄ tenuerit pena iudici demeretur.

De volēte visitare limina sanctoꝝ seu nūdinas ⁊ impedito

I aliq̄s ad limina sc̄toꝝ: aut ad nūdinas extra ꝓuinciā: aut
s extra limites et termios ire voluerit. et si ip̄m aliq̄s ꝓ d̄bito
voluerit impedire. h̄ fieri nō dꝫ: oportꝫ tn̄ ius suum corā iu
dice suo recipere: et si vni testimonium adiudicatum fuerit. hoc est
inducere testes. Tunc inducias trinas per duas ebdomadas obti-
nebit: aut ad Judicium proximum quodcunqꝫ hoꝝ duoꝝ elegerit

De Scabino ī iuditio īpropato ⁊ male tractato

De q̄ s̄ fo. xxxij

Vicunqꝫ Scabinum in scamno seu sede Judiciali impropē-
q rauerit: aut turpibus verbis obruerit Scabinus lucratur
suam emendā triginta solidos. et Judex suā penā videlicet
octo solidos acquirit. Obruitur autem Scabinus. postqꝫ sua sen-
tentia diffinita sit. et cōsensus alioꝝ Scabinoꝝ preterierit extunc
omnes emendas acquirunt. et iudex penas. et quot emēde fuerint
totidem et pene iudici acquiruntur

De probatione cōcordie iudicialiter facte.

Vando concordia: aut diuturni fremitus inter discordan.
q coram iudicio ordinati fuerint: homo ꝓtestari potest. cum
Judice et Scabinis. qd̄ si Scabini mortui fuerint. tunc pro
testatur cum hominib⁹ fidedignis: qui eiusmodi iudicio affuerint.
¶ Quicquid Scabini protestantur et confirmant: hoc et Judex
cum ipsis debet protestari simul et confirmare. Sed vbicunqꝫ co-

cordia facta et ordinata fuerit. extra iudicium. hoc facilius potest ꝓtestari seu probare vir cum sex testibus solus septimus: qui interfuerunt et viderunt concordiã esse factam.

De violatione concordie. ⁊ non impletione satisfactionis.

v Si autẽ concordia ⁊ fremitus diuturnus coram iudicio cõfirmati fuerint: et si ipsam violat aduersa pars. et vincetur vt ius dictauerit cũ Judice et Scabinis. ꝓ vulnere manuz: pro homicidio collum. ¶ Si autem contigerit. ꝙ alter eam infregerit. hunc emendare cum recõpensa oportet. pro vulnere nouem talenta. pro homicidio decem et octo talenta. nisi se possit excusare. ẜm iuris edictum

De tribus exceptionibus quibus pr̄ eximit filium criminaliter inculpatũ

e Et vir quiuis filium suum ter potest eximere: quem habet ĩ potestate corã iudicio. pro quolibet crimine capitali. tacto sacramẽto metseptimus ẜm ius municipale. ¶ Si autem pater cum filio simul in eodem crimine coram iudicio inculpati fuerint: extunc pater filium eximere non potest. nisi prius ab eodem crimine se expurgabit

De famulo mercedem suam repetẽte a domino

f Famulus potest mercedem suam. quã promeruit: quinqꝫ solidis probare: tacto sacramento mettertius ita tamen: si dominus voluerit consentire. Si autem dñs velit ꝓbare tacto sacramento mettertius: ꝙ sibi soluit. tunc propior est euadere: ꝙ famulus obtinere. ¶ Si autem famulus suam mercedẽ sup̱ suum dominum obtinuerit coram iudicio: ꝓ eo dominus nullam penã iudici demeretur. Sꝫ famulo eandẽ mercedem: eadem die soluere tenetur indilate.

De aliquo pro vino. ⁊ alio potu inculpato

ſ Si alter alteꝝ ꝓ vino vł alio potu inculpare voluerit: euadet vt ꝓ alio d̾bito: ſi q̄ nullũ dominiũ oñdẽ poterit aut ꝓtestari

De dato dono viro vł mł'eri corã iudicio bãnito

d Donum quod viro: vel femine coram iudicio bãnito datum fuerit: in eo mł'r cum sua pte siue dono. ꝓ suo arbitrio facere pt absqꝫ omni cõtradictione. q̄cquid ei placet Jdẽ pt facere

vir cum parte sui doni quicquid deliberauit. velut et mulier.

¶ Si moritur femina absq3 herede. ita q nullum heredē a marito suo pcepit. ipa hēdat sua successoria seu sua ,pspera fortuna acq̄sita sup suū ,pximum nālem successorē: siue sit mascul⁹ siue femina: q̄ sibi sit pari ↄditiōis. Idē faciet vir illi: q̄ sibi paris fuerit ↄditiōnis

¶ Insup oē auꝝ et argētum nō formatum: et oīs siligo: et carnes cum cereuisia: et vino: et panis: q̄ vl' qđ aut q̄ntum post tricesimū pmāsit: vl' pmāser unt. totum cedit heredib⁹ viri: et nō mulieri. excep tis pulmētarijs. de q̄b⁹ mlr recipit mediā ptē: ꝛ heredes viri reli quā mediā tollūt ptē

Que: ꝛ q̄lia ad hereditatē ptinēt

I Sta sunt q̄ ad hereditatē spectāt. oīe auꝝ et argētum non foꝛatum: oīa vasa argētea: et tela: q̄ nō incisa: aut formata fuerit aut muliebꝛia vestimēta. et Sartagines: q̄ a loco nō mouētur: et dolia et vasa distillatoria. et oīa caldaria. excepto cal dari magno: ī q̄ liquefit cera. qđ spectat ad suppellectilē. ¶ Oīe ,pꝛium. qđ locādo possessum ē: et omnia arma: et oēs gladij: ꝛ etī oēs olle eree et morsee. et cinguli bꝛacales: et auuli viri. hec p̄dicta spectāt ad h ēditatē Itē mēse et lauatoria. oēs ciste cū planis coopi mētis: et sedilia spectāt ad hereditatē. Itē pelues cupree: ꝛ ciste fa rine. et ciste ānonaꝝ. porci: q̄ ī curijs siue in domib⁹ nutriuntur etiā spectāt ad hereditatē. Itē oēs porci impinguati spectāt ad pulmē taria vbi pulmētaria dantur. et oīs expēsa domestica: q̄ in ptāte viri ē tpe mortī. et oēs vacue cuppe. puluinaria r̄cipit mariti vxoꝛ ꝛ n̄ sua cognata ,pxima

De p̄ma q̄rela duoꝝ ↄtēdētiū

V Ulnerat vn⁹ alteꝝ vitā suā defendēdo sup viā publicā. q ille ipm pcutit aut vulnerat. et si clamore ,pclamauerit: ꝛ in uasoꝛ ↄparet violēter seu ,pterue. et ↄq̄ritur iudici. et ille nō pt: nec audet pre imbecillitate sui corpis tē ↄparere. S3 imposteꝝ eodē die ↄpareat. et ↄq̄ratur iudici et scabinis Ostēdatq3 sua vul nera et ,ptestatur. p hos: q̄ suum clamorē audierīt. q initium ↄten tionis sui aduersarij fuerit: et nō suum: et q ipse se defenderit. ōfen dēdo vitā suā Ipe acq̄rit q̄rimoniā p̄mā. ꝫ si pnoctabit. ꝫ fieri n̄ pt De q̄ s fo. xvij.

De querela non alio idiomate deponenda

Q Uod si duo se vnlnerāt mutuo. ī iure municipali q̄ ābo ,pcesse runt ex stirpe Slauonica. et tñ Slaui nō sunt: ↄpareatq3 vn⁹ ꝛ coq̄ratur ī Slauonico idiomate. alteꝝ nō opoꝛtet sibi r̄ndē si placet. nisi conqueratur in eo idiomate quod sibi innatum est per ius municipale

De q̃rela ex volũtate Judicis et cõsensu partiũ per mediũ arbitroꝝ cõcordata ãpli⁹ iudicialiter non repetenda.

q Uod si duoꝝ viroꝝ q̃rimonie delate fuerint ĩ iudicio bãnito corã iudice de voluntate quoqꝫ iudicis et cõsensu et partiuꝫ arbitrio vtrarunqꝫ efficiatur. ꝙ inter ipsas ꝯcordia extra iudicium debeat terminari. nec vltra causa ipa iudicialiter ẽ pagenda Seqꝫ arbitri ad hoc electi de causa intromittãt cõcordãdi absqꝫ iudicio et q̃rimonia amplius iudicialiter nõ repetẽda cum consensu iudicis. Et si alter ex eis suã querimoniã imposteꝝ vellet renouare. hanc causam corã iudicio. extunc suus aduersarius sibi r̃ndere nõ tenebitur corã iudicio si ꝓtestari poterit. cum Judice et Scabinis: ꝙ causa absqꝫ iudicio debeat terminari.

De duob⁹ eq̃liter mutuo vulneratis quoꝝ vn⁹ coram Judice: alter coram Scabinis q̃relam deponit q̃s eoꝝ debeat esse actoꝛ

q Uod si se duo vulnerauerint equaliter: ex q̃bus vn⁹ vadat ad Judicẽ in domum suã: et q̃rimoniã faciat. alter veniet ad quattuoꝛ Bancos seu Scabinos. et conqueratur cum clamoꝛe Scabinis: et iudicio astãtibus et vulnera ostẽdat: et mittet ꝓ iudice. et ꝯqueratur Ipse primã querimoniã obtinebit. si testes habuerit a Scabinis: aut astãtibus iudicio. Qui inter q̃ttuoꝛ bãcos querimoniam fecerit

De duob⁹ conquerentib⁹ pꝛo vulnerib⁹. quid eoꝝ aliquis demeretur

e T si duo se mutuo vulnerauerint equaliter. et querulantur equaliter. q̃cunqꝫ ex eis in alteꝝ duellum acq̃sierit. tunc ei⁹ aduersarius manum demeretur. Ita tñ: ꝙ si vuln⁹ monomachale fuerit. sic ꝙ alter ex eis anteq̃ꝫ duellum acq̃situꝫ fuerit moritur. aduersarius collum demeretur

De vulnerante aliquem in facto recẽti cũ clamoꝛe capto: et ad iudiciũ deducto

s I aliquis detinet hunc qui ipsum vulnerauit in facto recẽti et ipm̃ cum clamoꝛe ad iudicium deduxit. q̃ sic q̃ruletur cum ꝓlocutoꝛe dñe iudex. ego cũ q̃rela ꝓpono sup istũ viꝝ: ꝙ ipe

venit intra municipalia: vel in strata Regia: et in me pacē violauit et me spoliauit in meo corpore: ꝛ in meis bonis: meq; vulnerauit: dum pacē in me ꝯfregit. Tunc vidi ego ipm ꝓpria in psona et ꝓclamaui in eum cum clamore: et ipsum captiuum huc ad iudicium deduxi. et volo ipsum vincere per eos: qui clamorē meum audierunt Et cum meo testimonio vo: vt ius mihi diffinierit. et in sentētia requiro: quō hoc ꝓbare debeā et valeā. Ita vt ꝓficiā in iure meo. Ex tunc satisdationē aduersari⁹ rectā petat ꝓ hac querimonia: ꝛ dicat se de facto innocentē. ¶ Ille āt: qui ipm captiuum in facto manifesto detinuerit facili⁹ eum vincere p̄t cum testimonio q̄ȝ ipe captiuus cum testimonio eum euadere possit. Si vt iuris ē ꝓbauerit testimonio. Ille soluet collum. si ē homicidium: vel manum: si ē vuln⁹ monomachale ex quo ad iudicium ipm cum manifesto facto deduxerit ¶ Pro teste p̄t q̄uis vir alteri astare: qui ī suo iure nō possit argui Excepto patre: fratre: famulo: et filio: necnō mercenario. Etiā vllo precio cōuenti in aliq̄bus causis nō valēt ꝯtestari: qꝛ eijci iure p̄nt.

De duobus: quorum vnus gladio: alter cultello mutuo se vulnerant

q Uod si se duo mutuo vulnerauerunt. vnus cultello: ꝛ alter gladio. Et si vulnera vtriusq; fuerint monomachalia. Ille cum gladio soluet manum. Ille cum cultello soluet collum Quia cultellus furtiuā infert mortē: et hoc si ambo in recēti actiōe cum clamore ad iudicium fuerint deducti.

De vulneris monomachalis et non monomachalis iudicio

e Tiam si alter alterꝝ vulnerat. ꝛ cā sua pnoctauerit: sibi deb; indici ad iudicium proximum. Qꝛ si vir vulneratus fuerit: vulnus vero nō fuerit monomachale Sicq; cōparuerit ꝛ cōquestus fuerit. sibi indici debet ad iudicium ꝓximum. Si āt vuln⁹ monomachale fuerit. tunc in continenti sibi Judex iudicium facere debet: pro facto manifesto

De duobus mutuo vulneratis: quis eoꝝ cōtra alterum acquirit duellum.

ſ J duo se vulnerauerint: et ambo coram iudicio cōparent et querimonias proponunt: qui primam querimoniam p̄cellentem protestari poterit apud suum aduersarium duellum acq̄rit. si ipm iusto mō salutauerit. sicq; vuln⁹ monomachale fuerit

¶ Si autē ad diē duellum dilatum fuerit. et si alter pugilē ꝯuenerit super alterū. et si ꝓtestari poterit: quia pugil sit mercenarius. extunc iure sibi a duello cedere possit.

De occisore cautionato: aliquem in eadē fideiussoria occidente.

Si vulnerat vnꝰ alterum. Cautionēq; fideiussoriā vsq; ad iudicium fecerit. Judex quoq; ipsis pacē indixerit Si autem ipm postea occiderit. et fideiussores posuerit eadē pro causa Sic ipse ꝓpriorē euadere metseptimꝰ de homicidio: q̄ȝ ꝯ ipm aliq̄s ꝓtestari et ꝓbare possit. ¶ Si āt corā iudicio cōparuerit: et si in iudicio bannito manu pax ꝓmissa fuerit corā Judice: et Scabinis. ꝓ primo vulnere. Ipsum vero postea occiderit. hoc meliꝰ p̄t sup eum ꝓtestari: q̄ȝ ipse euadere possit.

De querelis duoꝝ se mutuo vulnerantiū quoꝝ vnus moritur: alter superstes manet

Si se duo vulnerauerunt pariter. et ambo corā iudicio cōpareant: et querulose: ꝓponāt querimonie autem vsq; ad iudicium dilate fuerint. ¶ Tandē is qui primo querulatus fuerit moriatur ab ijs vulneribus: mortuus ad iudicium portetur. et alter vulneratus etiā ꝯparuerit et vnus de mortui agnatis loq̄tur sup vulneratum. cum testimonio sine duello: quia ipse suum affinē occiderit: et ꝓ eo petat iudicium. extunc si ipse reus petat satisdationem de iure. vt ostendat innocētiā cum suo testimonio euadēdo homicidium. Si hoc vt iuris est ꝓtestatus fuerit ꝓpriorē euadere: q̄ȝ ille sup eum ꝓtestari possit homicidiū metseptimꝰ: al's q̄ȝ ꝓtestari ⁊ vinci possit. Si āt aliquis agnatus ipsius mortui duellare salutauerit. ipm tunc ꝓ collo suo rn̄dere oportȝ. Si autē euadere voluerit cum testibus. Extunc testimonium sic debet ꝓcedere. q̄ initium cōtentionis illius mortui fuisset: et nō suum. Et si suos testes in cōtinenti hr̄e nō poterit: inducias et terminum trium q̄ndenaꝝ acq̄ret. Ex ijs sibi eligat vnā quindenā quācunq; voluerit. in q̄ faciliꝰ pōt euadē homicidiuȝ metseptimꝰ: q̄ȝ ille cū testimōio ipm vincē possit

De damnis cauendis in venditione equi

Si mas equum vēdit: ꝓmittere debet in eo equo: q̄ stabilis non fuerit. Ita: q̄ a loco tempore se offerente discedere voluerit. Item q̄ apparens videre non sit cecus. Item q̄ nō sit arrestatus

De impetitione et arrestatione equi.

S Jvo aliq̄s arrestat equum: asserēs: ꝙ aliq̄s sibi eum ſbtra
ſ xerit. aut ſbtract⁹ fuerit: vł' spoliat⁹. ad h̄ se trahē dʒ vt iurē
ē. videlicet ad suū vēditorē quē noīare dʒ. ⁊ iurare tenetur
tacto sacramēto: ꝙ ad veꝝ se trahat vēditorē Et q̄cunqꝫ noīauerit
ibi eum seq̄ oportet. Nō āt ipm inseq̄ dʒ vltra mare aq̄lonis. Et tūc
ibi qn̄ se reuocat ad vēditorē fideiussoriā cautionē faciat. vt satisfa-
ciat iudici ꝓ pena. Et ꝓ expēsis: q̄s aduersari⁹ su⁹ expēdit. dieꝫ no
minare dʒ. qn̄ ibidē ꝑuenire p̄t. Si āt dixerit. ꝙ ī foro cōi et libero:
equum ipm emerit. extūc suā pecuniā. quā ꝓ eodē dederat: integralr
āmittit. ⁊ hoc si non habuerit hospitē qui mercipotum bn̄dixit.

De fure dieij et noctis

S Jfur clara dieij luce deprehensus fuerit: q̄ bone fame sit: et
ſ furtum nō plus q̄ꝫ tres solidos valeat. cutē cuʒ crine deme-
retur. Sed si furtum vltra tres solidos valeat: reus ē pati-
bulo. de hijs denarijs tres solidi medium fertonē dn̄t pōderare. Si
āt fur tpe noctis deprehēsus fuerit cū sex denarijs: reus ē patibulo
siue suspendio.

De possessore bonorum hereditariorum ad iudicium delato

C Onqueritur vir sup alteꝝ ꝓ bonis: ꝙ v̄a sua hereditas sit.
c et ꝙ ille teneat cum iniuria ⁊ sua v̄a sit successio a pr̄e suo: vł
ab alio suo agnato: aut a suo p̄decessore Et si ille ꝯparet sup
quē q̄rela ꝓposita fuerit. et d̄t se hr̄e bonoꝝ illoꝝ defensorē. eo ꝙ
bona possederit pacifice ⁊ q̇ete āno ⁊ die: ꝯdictiōe q̄lbʒ nō obstāte
et ē iuste ac rite meum p̄dium cēsuasse Jpm oportʒ suum defensorē
noīare. Si āt sibi defect⁹ fuerit ī defensore. actor ꝯseruat suā legalē
ꝓprietatē ī eisdē bonis. q: q̇uis hō ꝯseruat suā innatā hēditatē faci
lius: q̄ꝫ alter emptā ꝓprietatē aut obligatā: aut p̄dium cēsuale: cuʒ
impossibile ē aliquē de naturali portione defraudari

De hn̄te bona cēsualia in bonis Spiritualibus

S Jhō habuerit cēsualia et bona a quodam Monasterio aut
ſ alio domino. et si dominus aut abbas sibi nō fatetur: aut cō
uentus. hic vir p̄t h̄ metseptim⁹ ꝓtestari suoꝝ ꝓheredum
quoꝝ quilibet iurabit singulariter: ꝙ iustum ⁊ successorium suum
sit predium censuale. Et si dn̄s: aut abbas. hoꝝ septem testimonio
stare noluerit: aut fateri noluerit Extunc quiuis ipsoꝝ met septim⁹.

suorum coheredum bona sua obtinebit

De testimonio ꝓ hereditate vel debito ꝑsoluto per septem vel tres viros faciendo.

s I debet vir ꝓducere testimonium super ꝓprium alteri⁹ met septimus: aut metterti⁹ hoc facere debet cum possessiōatis hominib⁹: qui in suo iure argui nō pn̄t Et qui iudicio astare solent et qui domicilia hn̄t in iudicio supradicto ¶ Si āt vir debꝫ ꝑ soluta debita ꝓtestari sup ꝓprietatem alteri⁹. etiam dn̄t esse possessionati homines domicilia hn̄tes. Si hoc in iudicio non viderunt: nec in iudicio fuerit confirmatum. In nullis em̄ causis precio ꝯuēti seu empti valeāt contestari: qꝛ eijci iure pn̄t. ¶ Silr̄. si aliq̄s debet ꝑsoluta debita ꝓbare ꝓtestādo pure ꝓ debito hoc facere debet cuꝫ talibus hominibus: qui in suo iure non possint argui

De priuigno nouerce succedente in bona patris de mortui

s I vir ducit viduā q̄ vnum filium: aut plures pueros habet et ipse nulla bona habuerit nec ipsa. Et si vir vnum etiam filium habuerit cum prima vxore sua. fortuna tandē arridēte per suos labores bona habuerint. et ꝓprietatē siue hereditatē emerint: aut sup bona mobilia: siue mercimonia posuerint. Imposterū autē vir moritur et vxor. Extunc filius viri ꝓpior est hereditatē recipere. q̄ꝫ pueri femine: aut pueri sororis sue: vl̄ nepotes seu neptes ex filia sua. Ita tn̄ si filius patris sit paris conditionis patri. ꝓxima cognata vxoris recipit suppellectilia de iure.

De bonis: que extraneis a viro aliquando assignantur. pri⁹ vero mulieri et poeris iudicialiter fuerint attributa

s I vir aliq̄s dederit pueris suis aliqua bona sua: et sue vxori in iudicio bānito circa vitā suā ⁊ bonā rōnem. ⁊ si sibi pueri paris cōditionis fuerint. et si desup firma pax firmata fuerit Imposterū āt alteri in eisdē bonis aliquid dederit aut heres fuerit. aut non. Ille cui prima donatio sit data. hn̄ cōtradicere pōt de iure. Ita tn̄ si testimonium iudicis desup habuerit et Scabinorū. quādo sibi primum donum donatum sit. absq̄ꝫ cōtradictione illius: q ad h̄ successor fuerit. infra annum et diē. Extunc contradicere nō potest. Si illi desuper testes habuerint

De muliere que et qualia bona a viro suo poterit habere: etiā contra voluntatē heredū viri.

s Si vir vxori sue sua edificia dederit: que super bona cēsualia edificata sunt coram dn̄o ꝓprietatis: et corā suis vicinis tp̄e sue vite: et inducit eam in possessionē. Et si discedit ab hac luce sine prole: sicq̧ heres suus super bona sua eadē voluerit loqui post mortē viri: nihil in eis poterit obtinē: si mľr ꝓtestata fuerit: q̄ sibi datum fuerit. ¶ Si autē fundus: seu apparat⁹: et edificia viri ꝓprium fuerit: extunc heres mulieri infringere potest: nisi donatio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest: nisi in iudicio bannito: vel coram Judice et Scabinis nisi suus heres contradicat ¶. Si autē hereditaria: censualia bona fuerint: extunc sue vxori dare nō potest absq̧ heredum consensu: vel absq̧ dn̄i ꝓprietatis consensu in cuius bonis sunt ¶ Si vō vir mercimonia: aut alia bona mobilia habuerit: que ex illis bonis: q̄ ex paterna successione ad eum deuoluta sunt: emerit: hec sue vxori dare nō potest nisi in iudicio bannito coram Judice et Scabinis ¶ Si autem vir habuerit bona mobilia: aut mercimonia: que sibi ꝓprijs laborib⁹ aut ꝓspera fortuna accreuerunt cum sua vxore: illa potest dare in valitudine vite sue cuicunq̧ placet: cuiuslib; sine cōtradictione de Jure

De bonis: penis: et Judicio obnoxij cuiusuis Monasterij.

v Si alicuius Monasterij obnoxius suā penā demeretur lb̄ ē. xxx. solidi. Obnoxi⁹ bene potest sua bona resignare: et iteꝝ suscipere et dare cui placet. Contradictiōe qualibet non obstante: que ꝓprijs laboribus acquisiuit. ¶ Ubi autem obnoxius suo dn̄o suum cēsum ꝓtraxerit: ꝓ eo tria talēta demeretur. Itē: q̄cquid obnoxius criminalis cause cōmiserit: pro eo nullius querat iudicium nisi dn̄i sui aduocati. ¶ Quādo obnoxius moritur: extunc dn̄o suo aduocato oportet dare denarios obnoxietatis et meliorem equum quē habet. Hoc idem oportet facere sacerdotē suo Archipresbitero dum moritur: tunc sibi oportet dare meliorem equum.

De filia dotata et ex hereditata alicui⁹ mortui viri non habentis heredes. et de filio dicte filie quomodo hereditat.

s I moritur vir absq̧ herede: et nepotē ex filia habuerit. q̄ est exhēditata circa suā vitā Idē nepos maiori iure recipit bōa sui aui mortui: q̧ iudicium. et hoc si sibi est paris ꝯditionis Sed iudicium recipit. arma bellica si etiā filius duxerit vxorē tpe vite sui patris. et premoriatur patri indiuisus a sua hereditate. Extunc ipsius filij hereditatē sui aui recipiunt. equaliter cum suis patruis: et nō filij filiaꝝ. Si autē filiuz a se diuiserit. ꝓtunc filij filioꝝ in bonis sui aui equalem recipiunt portionē. Sz in' hereditatibus auie recipiendis filie filiorum et filiaꝝ iuridice sunt equales

De abtestificatione manꝰ ꝑ falsitate ⁊ vulnere.

s I vnus alteri manum suā abtestari voluerit pro falso. hoc oportet q̧ faciat metterciꝰ cum talibꝰ hoībus: q̇ ī suo iure argui nō pn̄t. ¶ Si āt h̄ voluerit facere ꝑ vulnere in facto manifesto. oportet q̧ faciat. metseptimus ꝑ iustitiā pacis. Ita tn̄ si manifestum factum cum malefactore ad iudicium deductum fuerit

De tutore puerorum. quis esse debeat. ⁊ de ratione per eundē tutorē reddēda.

c Um moritur vir qui pueros habuerit. qui ad annos discretionis nōdum ꝑuenerunt. proximus agnatus debet ipsoꝝ esse tutor: quousq̧ ad annos pubertatis et discretionis peruenerint Et rationē de anno ad annum de bonis pupillorum facere debet vel tenetur. De q̄s fo. xxiiij

De iudicio apprehēsi in manifesto scelere ꝓsertim ꝟo stuprū ⁊ aliā violētiā ꝯmittētis

o Mnes q̄rimonie et testimonia: q̄ cum criminosis violētijs ac cum clamore ad iudicium in facto manifesto dep̄hensa et deducta fuerint. virum metseptimum oportet ea protestari circa ius pacis. Exceptis vulneribus q̄ monomachalia nō fuerint. ¶ Manifestum āt factum ibi esse d̄r. vbi vir captiuatur cum furto aut spolio manifesto ⁊ deprehēsus ducitur ad iudiciū cuz clamore Insuꝑ etiā manifestum factum ibi esse d̄r. vbi viro cultellus. sicca. gladius. aut alia arma in sua manu deprehēsa fuerint: cum quibus pacē infregit. aut si in fuga facti deprehēsus fuerit: et captiuus ad iudicium cum clamore ductus fuerit. hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit. sic̄ ē stupꝝ. obsidium. irruētia domicilij: homicidiū. furtum. spoliū. tc̄ hō ꝓbare dz ꝓtestādo metseptimus Sup̄ fo. xxxiiij.

¶ Si vō vir de istis ꝯq̄ritur, vtpote de stupro. Extunc sua querimonia sic debet procedere. Dn̄e iudex ego cōqueror deo ⁊ vobis ꝙ h hō venit intra municipalia et in me pacē violauit: et me stuprauit: et spoliauit in corpe rebus et honore muliebri: de q̄ sufficiens habeo testimonium, p eos q̄ meum clamorē audierunt. Et oñdere volo factum: vt de iure teneor aut debeo. Et req̄ro in sentētia diffinitiua: quō ipm̄ vincē debeā, vt mihi ꝓficiat ī iure meo. Extunc ille petat satisdationē: si vult: quā sibi facere oportet, et dicat se de fcto esse innocentē. Tunc tutor mulierꝛ inter roget ī diffinitiua sentētia Si mulier violentiā melius poterit ꝓtestari: cum his: q̄ clamorem suum audierunt: q̄z ille possit euadere cum ad iudicium sit deductꝰ. Tandē diffinitur iure: ꝙ possit ipm̄ possibiliꝰ vincere cum ijs qui clamorē suum audierīt: q̄z ille euadere possit. Et si h ꝓtestabitur: vt iuris ē: aduersariꝰ collū demerebitur. Idē vō iudicium: sup irruētiam domus iudicatur

De documento qualiter q̄rimonia sit formanda pro violentia in via

b Hic stat Cōradus, et ꝯq̄ritur sup Henricum deo: ⁊ vob dn̄o nr̄o Regi: aut duci: aut vob dn̄e Iudex, ac toti vniuersitati Ciuitatꝛ: diuitibꝰ ac paupibus ꝙ ipē inter municipale vēit ad locum talē: vbi Cōradus pace et q̄ete pfrui debuerat: et sibi obsidium fecit: in strata Regia: et Regia ī pace: et ī eo municipali pacē infregit: ac ipm̄ vulnerauit ac destruxit: et spoliauit in corpore ⁊ in rebus suis. In eoq̄z talē strepitum pfecit: quē bn̄ ꝓbare pt. Et cū ipse in eo pacē violauit strepitumq̄z in eo cōmisit, tunc ꝓpria in persona vidit ipm̄: et in psona ꝓpria ipm̄ clamore ꝓclamauit Si hoc fatetur: stet: si āt negabit: ipē eum vincere intēdit: p illos q̄ suum clamorē audierīt, ac testimonio. Et sic ipm̄ captū in manifesto facto deduxit ad iudicium. Sic in sentētia requirit: quomodo ipm̄ vincere debeat: vt sibi proficuum sit in suo iure

De accusatiōe viri pro vulnere: aut alio crimine manifesto: ad iudiciū cū clamore deducti: quomodo procedendum sit contra eum.

f Si vulneratus vir cum clamore: ad iudicium deductꝰ fuerit ī facto manifesto: et si ita imbecillis: aut debilis fuerit: ꝙ p tutorē ipm̄ q̄rulari oportz: et ꝓlocutorē p sentētiā petat Extunc tali mō sua ꝓcedat q̄rimonia. Dn̄e iudex si me huic vulnerato dedistis ꝓ aduocato, extē in sentētia req̄ro, si ꝓpter iustitiā insidias

propter aliquem pati debeam: quam iure tueri debeam: aut sustinere: cum suam causam ꝓpter iuris exigẽtiã teneo. Cui diffinitur: ꝙ non: deniq; sibi petat correctionẽ. Cum obtinuerit correctionẽ: tunc petat colloquium ꝓ consilio. Cum vo habuerit colloquium: tunc reqrat: q̄liter inchoare debeat ꝑ sentẽtiã diffinitiuã vt sibi ꝓficiat in suo iure. Tandẽ diffinitur sibi cum clamore. tunc interroget sententialr̃: si reqri debeat de ore ad os a q̊ suã habeat lesionẽ: tunc sibi diffinitur ꝙ debeat. Extc̃ emittuntur duo Scabini ⁊ cum ipis preco: aut duo viri: q̃ iudicio astare ꝯsueuerunt: q̃ ab ipso solo audiãt a q̊ recepit vel habuerit dãna: aut q̃s in eo paci federa ꝯfregit. extunc reqritur sentẽtialiter: et reqri debeat circa iuramẽtuz ꝑstitum: aut ius Ciuitati: ꝙ ab eo audierunt: tunc vn⁹ iterrogatur ad dicẽdum: q̃d ab eo audierīt audita rñsiua. Posthac in sentẽtia reqratur. si sibi ꝓfecerit. tunc sibi diffinitur ꝙ sic Etiã scd̃us et terti⁹ interrogetur. Extunc sibi diffintur ꝙ sibi ꝓfecerit Postea q̄relã incipiat Dñe iudex placeat attẽte audire. Tunc B. n. ꝯq̄ritur sup vnũ N. et sup. J. ꝙ ipi venerunt intra municipale. et in eo pacẽ infregerunt: et ipm̃ vulnerauerunt: aut suum affinẽ ꝓximũ trucidauerīt: si homicidium fuerit: et ipm̃ spoliauerunt corpe et reb⁹. et ꝓ eo iudicium petit. Extunc illi ter vocãtur. qñ vocati ꝑ clamorẽ ter fuerint tunc ꝯq̄ritur vlteri⁹: et nominet malefactores vt ꝑ̄us q̄rulatuz fuit Idẽ faciet tertia vice. extunc inducie dãtur ꝑ noctẽ si tc̃ nõ ꝯparent inscribãtur. Si ãt ꝯparẽt: duellum in eis acq̊ri potest.

De querela super furem captum in recenti crimine. et pro spolio contra raptorem.

Uando vir furẽ: aut spoliatorẽ ꝓtestari voluerit: q̃ cuz ma-
q nifesto facto ad iudicium cum clamore deduct⁹ fuerit: q̊ con-
queritur sic. Dñe iudex. ego conq̄ror deo et vob̃ sup meum furẽ: quẽ cum apparẽti furto captiuaui: ⁊ ligatum ad iudiciũ vsq; ꝑduxi: ꝙ ipe venit intra meos q̄ttuor ãgulos: et sb̃traxit mihi mea bona. sup q̊ bonum habeo testimonium ab ijs q̃ clamorẽ meuz audiuerunt. et ipm̃ vincere volo iure meo: ac meo testimonio: vt hic mihi ius dictauerit. et reqro sentẽtialiter sciscitãdo: quõ ipm̃ vincẽ debeã iure: vt mihi ꝓficiat in iure meo. Et sic diffinitur: ꝙ metseptimus: si furtũ pñs fuerit. Idẽ iudiciũ fiat ꝓ spolio ⁊ sup raptorẽ

De vulnerati querela quomodo per ꝓlocutorem fieri debeat

Bi vir alteri⁹ v̄bum loq̄ debet: ad qḋ sentēcijs Scabinoꝝ v vel iure ꝓpellitur in facto manifesto: dicat sic Dn̄e iudex me dedistis illi hoī ꝓlocutorem. Extunc req̄ro ī sentētia. Si ab aliquo inimicicias: aut timorē habere debeā: ꝙ verbum suum pro iuris loquar exigētia: quātum meli⁹ possum: aut valeo. Quando sibi hoc diffinitnm fuerit: tunc sibi diffiniat correctionē: ꝙ si ipsum in aliquo neglexerit: ꝙ se corrigere poterit mecum: aut ꝑ me: aut ꝑ alteꝝ aduocatum. Cum sibi h̄ diffinitum fuerit. petat colloquium si vult: et req̄rat ī sentētia: qn̄ q̄rela incboari debeat: vt sibi ꝓficiat in suo iure. Cum hoc sibi diffinitum fuerit: tc̄ in sentētia interroget si l sus interrogari debeat: q̄s in eo pacē infregit. Et si ita fuerit debil s: ꝙ suum malefactorē nominare nō possit. Cum igitur h̄ diffinitum fuerit: et ipm̄ iudex: aut duo scabini: aut duo viri. q̄ iudicio astate solēt viderunt. req̄rat in sentētia: si ipsi causa iustitie dicē debeant circa iuramētum ipoꝝ: et ius Ciuitatis: ꝙ notorium ipis de h̄ facto sit. Cum hoc sibi diffinitur ab vno: ad scdm̄: et tertium. Extunc req̄rat ī sentētia: si iā ꝓfecerit: cum sibi h̄ diffinitum fuerit: et paci violator ꝑ clamorē cittatus fuerit: vt iuris ē. tc̄ dicat sic Dn̄e iudex. placeat audire verbum suum. Tunc cōq̄ritur vob̄ sup̱ hunc N. ꝙ ipm̄ in strata lib̄a infestauit: ac intra municipalia in eo pacem infregit: ac ipm̄ vulnerauit et violētiā in eo ꝑegit: quā ꝓbādo ostē dere p̄t: ꝙ ipm̄ depredat⁹ ē corpore et reb⁹: et tm̄ recepit sibi: ꝙ nō minus valeat: nisi bn̄ duelluꝫ mereatur. et sup̱ eo a vob̄ iustn̄ petit iudicium. Extunc paci violator ꝓclamatur p̄mo: et scdo: ⁊ tertio ꝑ nomē suum. N. et iteꝝ suā q̄rimoniā renouet in hunc moduꝫ. Dn̄e iudex vob̄ conq̄ritur sup̱ vnum. N. ꝙ ip̄e venit intra municipale in strata Regia ī eo dei pacē infringēdo: et ipm̄ reb⁹: et corꝑe sanitatis dep̄datus est ac ipm̄ vulnerauit: et in eo strepitum fecit: quē apparenter p̄t demonstrare: et ꝓ eo petit iudicium et sic tertia vice faciat Tunc ondet vuln⁹: et interroget in sentētia diffinitiua: si suuꝫ paci violatorē in aliquo loco invenerit: si ipsum licite arrestare possit ex parte iudicij. Cum igitur hoc diffinitum fuerit. tc̄ petat pacem que sibi indici debet

De salutatione seu concittatione ad duellum.

Ui monomachalr suū equalē salutare: seu alloq̄ voluerit: q hunc iudicem petere oportebit: vt se intromittere possit de vno paci sue violatore: quē videat in p̄nti. Cum hoc sibi per sentētiā diffinitum fuerit. tunc etiā ī sentētia req̄rat: ꝑ quē modum se de ipso intromittere debeat: vt sibi in suo iure proficere possit,

De ſucceſſione legittimorum ꝛ illegittimorum ac etiam probatione ingenuitatis

m Ulti iure ꝓuati reperiuntur: tñ legittimi ſunt: qꝛ iure carēs vir legittimā vxorē ducere poteſt. et ex ea pueros ꝓcreare ꝗ ſibi eqles ſunt in natura: et ꝗ ſibi bñ in hereditate ſua ſuccedere pñt. et matri ſilr̄ cum ſibi paris ſint ꝯditionis niſi bipartitas ſit in illibertate: h̄ ē ꝙ ab eis per ſeruitutē diſcedant. ¶ Uir legittimus et femina legittima: nō ſuccedunt illegittimo nec ſuam recipiunt hereditatem. Nam in antiꝗ iure vulgariter dr̄: ꝙ nll'us puer ſpurius ſit ſue matris: quod tñ nō ē veꝝ. ¶ Nam mlr̄ ꝗdrifariam ꝓlē pt parē ſcʒ filios vl̄ pueros legittimos: nobiles ſeu ingenuos: obnoxios ſeu ſeruos: ſpurios ſeu illegittimos: ſi ipſa fuerit obnoxia libera dimitti pōt. Si etiā ē ſpuria legittimum pt dncē maritū ſed legittimos pueros pñt nll'o mō generare. Si āt ſit ſpuria ꝛ cōcubina. poterit legittimari: et iterim nō poterit legittimos pueros parere. Quicunq; viroꝝ ex ſuis ꝗttuor ꝓgenitorib⁹: h̄ ē ex duob⁹ auis ꝛ ex duab⁹ auijs: ex pr̄e ꝛ mr̄e, ꝓceſſerit irreprobat⁹ ī ſuo iure hunc nemo in ſua natura reprobare pōt: niſi ſol⁹ ex culpa ſuū ius deturpauerit violauerit vel amiſerit. De q̄ſ. fo. xvj. c. Nobilitatis

De probatiōe quattuor progenitorum ꝑ illum qui vult inire duellum.

q Uicunq; vir ſede dign⁹ ſit Scabinoꝝ: vnum ſuum eqlem monomachalr̄ alloꝗtur. h̄ ſuos ꝗttuor ꝓgenitores ad oſtēdendum indigebit: ꝛ eum illos ſcire neceſſe ē. ꝛ ad nominādam etiā dñam ſuā deſpōſatā exhibē alioꝗn reus ille duello iure cedere ꝛ euadere pt. ¶ Qui ſe de alio monomachaliter intromittit: ipm ꝓuocando ad duellum. ꝛ tandē reus ſeipm iure eripit: oportet actorē dimittere reum cum emenda ꝛ ſatiſſactione condigna Arti. execratus ꝑ ſedē Aplicā. De q̄ ſupra fo. clxxiiij. articlo. xiiij

De illibertate donandi

a Bſq; heredum conſenſu et abſq; iudicio legali nemo ſuum

ꝓpriuz nec suos hoīes dare p̄t. attn̄ Barones seu dn̄i cābiunt eoꝝ ministeriales absq̧ iudicio. si tn̄ recōpēsatio on̄di possit ⁊ ꝓtestari ¶ Si q̄s āt h̄ mō ꝯ ius dederit sine heredum cōsensu ad h̄ heres se intromittat ꝑ sententiā tanq̧ si ille mortuꝰ esset q̄ ꝯ ius dederat: q̄ de iure conferre nequiuit.

De donatione bonoꝝ mobilium absq̧ consensu heredum quō fieri possit.

Articulus cōdēnatus ⁊ cassatus. De q̄ s̄ fo. clxxiiij. arti. iiij

Omnes res yppoteticas siue mobiles vir q̄ ē dn̄s earundem reꝝ absq̧ heredum cōsensu dare pōt dum gladio cinctus ⁊ clipeo tectꝰ equum seu dextrarium de lapide vl' trunco ad altitudinē cubiti vniꝰ sine iuuamine alteriꝰ ascēdere p̄t: q̄ tamē sibi equꝰ ⁊ strepa teneatur firmiter: ⁊ qn̄ facere nō p̄t: tunc dare nō p̄t nec resignare nec in feodum conferre sic vt ab illo alienetur: q̄ post mortē illꝰ talia expectat in eadēq̧ bona succedere p̄t: vir etiā in decrepitu cōstituꝰ pōt de iure restituere

De restitutione rei male possesse.

Quicq̄d alicui ꝯ iustitiā abstulit ⁊ p̄t in verā possessionē mittere. ¶ Sup h̄ aliud donum repetere nō p̄t. nec ille poterit nominare rē restitutā et ab ipso donatā. s̄ solum tale ius in eadē retinet: q̄le in ea habuit priꝰ an̄q̧ sibi fuisset ablata

De donatione alicuiꝰ rei tpe infirmitatis facta

Quicunq̧ aduersa valitudine laborās māsos suos vel aliq̄d aliud dederit vl' impigneraūerit tali tpe q̄ h̄ facere nō licz coniugem ⁊ familiā ꝓ eo nemo inculpare dz: q: donationi eiusmodi eis nō licuit ꝯdicere. siue iusta fuerit: siue iniusta ¶ Si alicui datur aliq̄d ꝯ iustitiā. h̄ extorqueatur iure per sentētiam ab illo cui datum fuerit. ¶ Femina āt nō r̄ndet ꝓ aliq̄bus bonis viri excepto pro eo quod apud eam post mortē suam repertum fuerit

De causis pro quibus pena iudici adiudicatur.

Quicunq̧ non accurrit dum clamor insonuerit: vl' q̄ suā querimoniā ꝓsecutꝰ nō fuerit ꝰm exigentiā iuris: aut vnum viꝝ ad duellum ꝓuocat: q̄ ipm iure euadit: aut iudicio pronunciato nō ꝯparuit: nec hora debita se on̄dit: vl' iudicium omnino neglexerit: aut ī iudicio aliq̄d ꝯ ius dixerit: vl' ꝯ iustitiā fecerit: ⁊ etiā debitum ꝑ sentētiā acq̄situm ī iudicio nō soluerit: ꝓ q̄libet p̄dictaꝝ causaꝝ reus iudici ꝯdēnatur ī pena et ꝓ omni culpa ꝑ quā vir lucratur emendā. Judex acq̄rit suā penā. Sepe etiā iudici assignātur pene ꝯtumacijs ⁊ erroribꝰ vbi reo ⁊ actori nl'la satisfactio ꝓmulgatur.

¶ Si aliq̄s sup hereditatē aut bona cum q̄rela loq̄tur ea sibi vendicans ꝛ iure euincē nitens. Et si iure silētiuȝ desup sibi imponetur dum: sic ꝙ re⁹ ab ei⁹ impetu fuerit absolut⁹ tal' actoꝛ absq̄ȝ pena ꝛ emenda dȝ p̄manere q꞉ ipsa bona sibi indebite non attraxit.

De modo pignerādi negligētes soluere penas aut satisfactionem

q Uicunq̄ȝ penā vl' emendā seu satisfactionē statuti dieb⁹ al's in termino soluere neglexerit. preco cōis iudici ipsum statim impignerare dȝ ꝛ ip̄a vadia statim obligare vl' vēdere.

¶ Pro pecunia āt ꝛ debito non licȝ ipi preconi quēq̄ȝ impignerare nisi vera sententia fuerit acq̄situm.

De pena vni⁹ delicti.

n Ullus. p cā ꝛ p solo delicto duplici pena punietur: nec duas penas soluē tenetur nisi infringat pacē ꝛ sentētiā excōmunicationis incurrat in vno facto ꝛ delicto. h̄ damnatur pena spirituali: ꝛ et̄ pena secl'ari: ꝛ illi quē lesit odēnatur i emēda ꝛ satisfactione cōpetenti

De pigneratiōe hoīs cēsualis.

h Omo cēsualis h̄ ē vsufructuari⁹ ex p̄te dn̄i p̄prietati vltra cēsum ānualē impignerari nō dȝ.

De pena ei⁹ qui tp̄e debito cēsum soluere neglexerit: ꝛ quomodo exigēdus est census.

q Ui censum suum tp̄e debito seu statuto soluere neglexerit dupl'r seq̄nti die mane soluere tenetur: ꝛ sic omni die q̄ȝdiu cēsum retinet dum mō dn̄s cēsum suum iustis sentētijs q̄ttidie proseq̄tur et ip̄m poscat in sua domo: q꞉ censualis seu rusticus extra suam domum censum soluere non tenetur

De exactione census quē dicit rusticus p̄soluisse

c Ensum dn̄s: aut su⁹ nunci⁹ seu p̄curatoꝛ: q̄ agros ꝛ territorium dispōit vicinioꝛ ē sacramēto obtinē q̄ȝ inq̄lin⁹ ꝛ rustic⁹ possit denegare ꝛ decimā sil'r in eodē territorio.

De probatione solutionis census

ſ I āt d̄t ꝙ censum p̄soluit. h̄ opoꝛtȝ ip̄m p mettertium tacto sacramēto p̄testari ꝛ p̄bare q̄ audiuerīt vl' viderīt ꝙ ip̄e cēsuȝ integral'r p̄soluerit. Si dn̄s aut nunci⁹ ei⁹ solutionē n̄ recognoscit. Dn̄s bn̄ p̄t sup sua bona impignerare p suo cēsu absq̄ȝ iudicis licētia.

De non faciēdis foueis. ac lignis nō excidendis per censualem

n Ulli cēsuali licȝ fodē foueas lapidum aut foueas argille vł fossata absqȝ licētia sui dñi cui⁹ extat cēsualis: nec incidere ligna: nec extirpare radices ī bonis cēsualib⁹: nisi sint ei⁹ hereditaria censualia.

De electione iudicis secularis.

o Mne iudicium seclare initium traxit ex arbitrio ꝛ electiōe. ic circo nllus viroꝝ iudex eē pt nisi fuerit elect⁹ ad iudicium vel infeodat⁹

De iudice villano ex arbitrio ad iudicādum subito ꝛ eodē die factum manifestū electo

s I factum manifestum ꝯtigerit sicē furtum aut spoliū cum q̊ vir fuerit ꝺep̄hensus sup eo bñ eligi pt comes rustical' ꝓ iudicio admin⁹ ꝺe trib⁹ villis: vadunt hij cū electo comite ad iudicium si feodatum iudicē hr̄e nō poterint. h̄ iudicium iure ptinet ad villicale iudicium ad q̊s nec aliquod feoduȝ neqȝ seq̄la feodi pertinet etem̄ terrestriuȝ ꝛ ꝯpatriotaꝝ hoīm liba ē electio. qꝫ comites rusticales ꝓ q̊libȝ maleficio ꝛ casib⁹ subito ōcidēdis: vł ad statutū tp̄s rusticaliū iudicioꝝ iudicē ex arbitrio eligāt. ¶ Si āt dñs tr̄e iudiciū cōferat ī feodū. oportȝ ius feodale et iudici ꝛ suis vasall' ac heredibus seu pueri obseruare. nisi h̄ infringat iusta dictoꝝ electio. ¶ Fur predo aut raptor capti si eodē die aut nocte ꝯuicti n̄ fuerint extunc rustical' comes nullā sup eos hȝ iurisditionē. Sȝ dȝ ꝺeferri ad iudicē infeodatum et eos dȝ feodat⁹ Judex iudicare. h̄ dictum ē ꝺe his comitib⁹ rusticalib⁹ ꝛ iudicib⁹ electis q̄ eliguntur ad iudicādum excidium facti manifesti eodē die. ¶ Si vō ad lōga tpa eligātur tunc dñs ꝓuincie ip̄m tenebitur infeodare corā illo corā q̊ fit ꝓscriptio et exilium. Ipse etiā poterit biduanos vel triduanos pacis violatores punire

De cessatione iudicij inferioris Judicis in prouincia superiorum

q Uando Comes seu dñs ꝓuincial' ad iudicium electi seu rusticalis Comitis ꝓuenerit: tunc suum iudicium cessat. sic ꝛ iudicium Comiti: qñ Rex ad suum ꝓuenerit Comitatuȝ vł ad iudicium Marchionis vbi sint p̄ñtes ābo et sic cuiusl ibȝ iudici minoris expirat iudicium ī p̄ñtia maiori nisi ip̄m alicui⁹ q̄rela moueat rn̄dere

De iudicio cui⁹vis q̄rele ī oī loco celebrādo

o Mnem q̄relā ꝛ pacē fractā Judex q̊libȝ ī districtu sui iudicij iudicare pt vbicunqȝ sit: excepto si sit q̄rela ō ꝓprio: vł si sup viꝝ sede Scabinoꝝ dignum liberum noxa q̄rulatur. Ista iudex nō alibi nisi in vo loco celebri iudicioꝝ ꝓuincialium ꝛ Regio

sub banno debet iudicare

De iudicio p bannū Regiū. ꝛ de pena ei⁹ q̄ se de tali iudicio intromittit absq̧ autoritate Regia.

Er bānum Regium nemo iudicare pōt: nisi bānum a Rege
p susceperit. Qui bānum semel susceperit nō indiget scd̄o susci-
pere. Si rex decesserit in districtu vni⁹ aduocacie: extunc in
eadē aduocacia plura banna Regia eē nō dn̄t nisi simpluz ꝛ vnum
¶ Qui vo p bānum Regium iudicat, et a Rege bānum n̄ susceperit
is suā linguā demeretur

De ordine iudicij ꝛ pcessu ei⁹

Ullum Burgrauium al's Comitē sb̄ bāno Regio iudicātē
n licet iudiciuz legale ꝛ ordinarium absq̧ suo Sculteto corā
q̄ sedebit ad omne ius ꝛ ad iustitiā se tenetur exhibē, ꝛ ibidē
ipm Scultetum de pma sentētia interrogare dz: vtrum fuerit tp̄s
iudicādi an nō: deinde si possit an debeat mores iudiciales indicē et
cōtumacias insolētias ꝛ inobediētias pscribere. Cum h̄ sibi diffini
tum fuerit: extē q̄ruletur: q̄uis quod necesse sibi fuerit p os aduo-
cati ꝛ plocutoris ea de causa ne se negligat.

De vtili ꝛ inutili propositione iudicialiter per se vel suum procuratorem proponenda

Bsq̧ aduocato al's plocutore vir pōt querulari ꝛ rn̄dere si
a pēsare ꝛ sustinē voluerit, dānū quod sibi inde poterit ī iure
euenire si se in v̄bis q̄rulādo aut rn̄dendo neglexerit: vel in
vtilia ptulerit qꝛ cum p se loq̄tur talia reuocare nō p̄t v̄ba: nec se re
leuare, quod tn̄ circa aduocatum sine plocutore facē bn̄ p̄t: q̄diu v̄
bis sui aduocati non consentit: nec ea approbat

De procuratore per iudicē primo petenti dādo

i Udex aduocatum dare dz p q̄ pmo fuerat rogat⁹, nec aliquē
alium nisi ipm iure euadat.

De modis quibus se aliq̄s nō poterit vl' poterit excusare a pcuratiōe

Duocare se nemo p̄t eximē: al's nemo se p ius p̄t ōfendē: q̄n
a sit aduocat⁹ ī territorio ī q̄ ipi⁹ domicilium consistit: aut vbi
alia bōa habuerit aut vbi iustitiā cōseq̄ voluerit, excepto ꝯ
suos affines ꝛ cognatos: vl' ꝯ dn̄m suuz vl' ꝯ hoiez suum, si ipa q̄ri
monia ad vitā rei seu mēbra aut ius nititur aufferre.

De duob⁹ sil' vnū aduōtū petētib⁹. ꝛ sil' q̄rulātib⁹

f I duo sil' vnuz pecierint aduōtum, h̄ ē in arbitrio ꝛ voluntate

iudici cui ipm̄ dare voluerit. Si etiā duo sil'et semel cōq̄rantur et ſb arbitrio committitur iudici quē audire pˀus voluerit. nisi vnˀ ex illis pmā q̄rimoniā possit ꝑtestari. al's nisi forte pars altera cāz ꝓbet de iure ꝓcedere. **De opizone procuratore.**

Pizo dr̄ ille q̄ sillabas repetit anq̄ꝫ possit exp̄mere vnā dic-
o tionē. talis si in vna q̄rela errauerit bñ corrigē seipm̄ pt sine
dāno. Si etiā v̄ba neglexerit hunc cuiˀ ꝓlocutor fuerit. ille
bñ poterit ꝑ alium aduocatum ipiˀ supplere defectum

De eo quis possit esse prolocutor

Quiuis vir ꝓlocutor esse potest ī terra Saxonie in ꝓuinciali
q seu terrestri iure p̄ter Clericum: quē in suo iure ꝛ honore nō
pt laicˀ reprobare. Sꝫ cautionē fideiussoriā ipm̄ facē opor-
tebit si hereditatē nō habuerit ꝓ pena iudicis et pro emenda si ipaꝫ demeretur de qua solutus esse non poterit

De petēte sibi iustitiā ministrari qualis esse dꝫ.

v Si q̄s iustitiā petit sibi administrari. ibi dꝫ eādē aliis exhibē
ꝛ ad eā tenetur iuuare

De tpe quo aliq̄s debet ꝓ se fideiussores ponere

Nullum oportꝫ nec q̄rulātē aut rñdētē fideiussoriā ponē cau
n tionē anq̄ꝫ q̄rimonial' fuerit ɔtestata. al's anq̄ꝫ cā ad terminū
deducatur **De q̄rimōia ɔ̄ odardū ꝛ Holothā facta**

Qui fideiussorē hr̄e nō poterit nec etiā hereditatē hꝫ. hunc p̄co
q aut iudici ptās ſb custodia ſuare tenetur. si ꝓ iniuriis q̄ru-
letur vl' si sup ipm̄ ꝓlata fuerit q̄rimonia

De officio prolocutoris. et quomō nemo mutˀ cogitur procurare causam

Quemcunq̄ꝫ vir ꝓ prolocutore accepit. hunc suum v̄bum di
q cere oportet ꝓ ipō in omni causa q̄ sup eum q̄rulatur vl' quā
ipē habuerit q̄rulari ɔ̄ alios: q̄ꝫdiu idē ꝓlocutor sibi iure ab
latus nō fuerit aut vnˀ ab alio nō recessit. ¶ Nullˀ ad ꝓsequendā aliquā ɔpelli dꝫ q̄relā seu cām quā nōdum recepit. Quiuis dānum suū q̄ꝫdiu voluerit pt dissimulare ꝛ obticē. Si āt clamore ꝓclamat ad vicinos. hipm̄ ꝓsequi oportebit iure: qꝛ clamor ē initium q̄rele.

De gladio euaginato iudici deputato.

q Qui suum gladium sup dānum alteriˀ euaginauerit gladius
Judicis eē dꝫ **De pena nō ꝓsequētis causam suā.**

Juris ciuilis Maijdemburgensis

c Lamorē in sanguinis effusione q̄ n̄ ꝓseq̄tur vt tenetur tres so
lidos demeretur. Si āt suā cāꝫ iure ꝓsecutꝰ fuerit absqꝫ duello: ꝛ
si ip̄m suꝰ aduersariꝰ euaserit iuramēto. actor ꝑmanet sine dāno: nisi
monomachalr̄ ip̄m fuerit allocutꝰ. et si nomē violatoris pacis ignora
uerit super quem conqueritur ip̄m non nominādo. al's tacito ip̄ius
nomine cōq̄ratur. **De inducijs testimonij.**

t Estimonium vir ꝓducere ad sex dꝫ hebdomadas quod pro
miserit aut incōtinēti si vult Si āt ꝓprium ꝓtestari ꝛ ꝓbare
debuerit h̄ statim vl' primo iudicio fieri dꝫ.

De officio iudicis

Udex sp interrogare tenetur clientulum si ī v̄bo ꝯsentiat sui
i plocutoris ꝛ sententias inter v̄ba duorꝫ virorꝫ interrogare. ꝛ
si ſm ꝓpriā voluntatē ꝛ nō ſm iustitiā al's nō ad dicta duorꝫ
inq̄sierit. h̄ nō ꝓdest vni nec obest alteri

De sententia que prius diffiniri deberet

d E q̄cunqꝫ sententia ꝑus req̄ritur. hec prius diffiniri debet.

De colloquijs actoris ꝛ rei

a Ctor ꝛ reus seu r̄ndens ī q̄libꝫ cā vterqꝫ colloq̄um h̄re p̄nt:
seu interloq̄ tribꝰ vicibꝰ: q̄usqꝫ eos reuocet p̄co ad iudiciuꝫ
¶ In omni loco ē Judicium vbi iudex p snias scabinorꝫ indicat

De taciturnitate in iudicio seruanda

Oce sonorosa non loquatur vir coram iudicio postquā ha
v buerit aduocatum preterqꝫ si ip̄m Judex requisierit si ī v̄bo
consentiat sui aduocati bn̄ p̄t respondere: q̄ cōsentiat ī v̄ba
ip̄sius aut non: vel petere licentiā: q̄ possit desup h̄re colloquium.

De more duelli ꝛ ꝑtinētijs eius. Uide s li. j. fo. clxxxv. c. Qui monomachaliter. ꝛ fo. seq̄nti. al's clxxxvj.

De pena fideiussoris. qui non potest statuere principalem

Dec s li. ꝑmo fo. clxxvij.

Ui etiā fideiusserit vir vnum pro noxa ip̄m corā iudicio sta
q tuere et eum statuere nō poterit. suā soluere tenetur recom
pensam et in suo iure non debilitatur fideiussor.

De solutione debiti.

Mne debitum soluere oportet illi cui soluere tenetur an̄ ta
o xatam diem. ita tamen q̄ soluatur in loco solutioni indicto
et receptori securo Solutor āt duos testes habeat: q̄ h̄ vide
rint ꝛ audierint q̄ h̄ d̄bitū ꝑsoluit: aut ad soluēdū se exhibuit cū ar

gento vł denarijs ꝯsuete monete in h loco. ꝛ ille debitum ꝯ iustitiā recipe recusauit.

De capto in facto manifesto: quō debeat iudicio presentari

q Ui captiuatur ī facto manifesto quō detēt⁹ fuerit eodē mō corā iudicio dꝫ pñtari et metseptim⁹ ipm actor vincē dꝫ testestimonio

De proscriptis.

I Dem etiā fit de ꝓscripto si vn⁹ excessus ꝑtestat⁹ ꝓ q̄ descriptus fuerit. attn̄ nulli p ꝓscriptionē aut illegalitatē sua vita dꝫ abiudicari vbi nominatim non fuit proscriptus

De querela contra absentem. et de cittatione contra violatorem pacis fienda

q Uando ꝯ aliquē q̄rimonia ꝓposita fuerit q̄ pñs nō ē corā iudicio. indici sibi seu tutari dꝫ ad iudicium ꝓximum. Si autē sup aliquē facta fuerit q̄rimonia ꝓ violētia ꝛ pace fracta ter cittabitur. datis semp inducijs duaꝝ hebdomadaꝝ

De inducijs cittatiōis ꝯ dignū sede Scabinoꝝ

S I āt q̄rulatur sup liberꝝ sede Scabinoꝝ dignum ꝓ iniuria: violētia: et pacefracta siue noxa. is ter cittabitur et semp sb inducijs sex hebdomadaꝝ ꝛ sb bāno Regio ad iustum ꝛ legale iudicium

De causis proscriptionis.

q Uicunqꝫ ad terminum tertium nō ꝯparet. ille ꝓscribitur ꝓ alia nulla q̄rimonia hō dꝫ ꝓscribi nisi ꝓ ea q̄ ad vitā transit vel ad manum. ¶ Qui vō alium fustib⁹ cedit seu vberat. ita qꝫ vbera seu loca lesa inflātur ꝛ tumescāt: vł q̄ aliū facit sanguinolentum absqꝫ carnalib⁹ vulnerib⁹ si h conq̄ritur iudici et p̄coni: aut mgr̄o rusticali. alś Sculteto ville: aut villanis: ꝛ h ostēderit facto recenti: et si reus ad signatum terminum nō ꝯparuerit sui excusandi gr̄a. alś ꝫm iurꝫ exigētiā ad excusandam satisfactionem seu emēdā. talł ꝓscribi dꝫ ꝓ vulnē sanguinolēto absqꝫ vulnere carnali

De duello pro cicatrice vulneris

c Um cicatrice vulnerꝫ ꝛ cuꝫ vbis monomachalib⁹ seu duellicis vir alterꝫ ad duellum seu ad monomachiā capē ꝛ ꝓuocare p̄t absqꝫ carnalib⁹ vulnerib⁹. ¶ Absqꝫ carnis incisiōe p̄t vn⁹ alium occidē: ꝛ ī mēbris debilitare: ꝑcuciēdo: vberādo: trudendo: iacēdo et alijs multꝫ mōis. vbi manum vł vitā suā demētur aut ꝓscriptionē incurrit.

De proscripto in ꝓscritione ad iudiciū deducto.

Juris civilis Maijdemburgensis

p Ro q̄cunq̃ culpa vir ꝓscribitur et si infra ꝓscriptionē d̄tēt⁹ fuerit ⁊ ad iudiciū d̄duct⁹ seu iudici p̄ntat⁹: vite re⁹ efficitur si super eum culpa seu noxa et proscriptio fuerint cōprobate. Si āt velit se a ꝓscriptione eximere: si sic q̄ nō capt⁹ Judici se repn̄tet seu cōpareret corā iudicio. Extunc ad suum ius ꝑueniet: ac si nunq̄ ꝓscriptus fuiss3

De vno aduocato: quē plures p Judicem sibi dari petunt

s J duo vel tres sibi aduocatum petāt. h̄ ē ī Judicis voluntate cui p̄mo dare velit. Si etiā duo simul ꝯquerātur. h̄ stat etiā in Judicis voluntate quē p̄mo velit audire.

De mortuo aut vulnerato ad iudiciū deducto.

q Ui etiā vir mortuum aut vulneratum captum ad iudiciū deducit. ⁊ ip̄m vt paci violatorē proloq̄ voluerit p duellū: aut absq̃ duello. et si hoc non fecerit et lapsus fuerit super ip̄m. Extunc tal' pacis fracte sententia punietur

De intromissione bonorum actori danda

s J āt vir sup bona cōquestus fuerit trib⁹ iudicijs: q̄ ad ip̄m iure pertineant. reus vltra in eis non debet morari: s3 actor duci et mitti deb3 in possessionē: de qua nemo ipsum potest eijcere nisi per iustam q̄relā. eiectus āt a possessione pot inuestiture infra anni reuolutionē ꝯdicere et eam recipere sacramento. Sz ip̄m statim bona illa defendere oportet et in proximis trib⁹ iudicijs omnibus q̄rulantibus de se respondere

De modo pignerationis in causa debiti

s J q̄s pro debito querulatur super hunc q̄ iudicio interēē nō tenetur nec p̄ns adest iudici. sibi debet ex parte iudicij p̄cipi vt soluat ad duas hebdomadas. vel cōpareat responsurus debitum iure euadendo: q̄ si non fecerit. pro eo debet impignerari et vadium super fideiussoria dimittitur et datur in man⁹ fideiussoris tribus vicib⁹ et semper ad duas hebdomadas si petatur.

¶ Si vero nō desideratur: tn̄ vadium seruari et teneri debet ad sex hebdomadas non venditum. Et si debitor non excusat infra h̄ tp̄s debitum postea excusare non potest. nisi ip̄m legale impedierit impedimentum extunc pign⁹ pro suo debito exponatur vel vēdatur: Si exponi non possit et si q̄d superfuerit: excreueritq̃ hoc debitori reddatur. ¶ Si āt defecerit iterū debitor impigneretur: totiens q̄usq̃ debitum ipse suum ex integro consequatur

De vincendo violatore etiā in absentia iudicis et proscribendo.

Uicunq̄ pro noxa seu violētia iudicialiter seu coram iudice
q impulsatus fuerit cum clamore anteq̄ ꝑnoctauerit: si actor
noxam protestari poterit metseptimus. reus proscribitur i
momento. ¶ Si autem iudex a suo iure defuerit seu extra territo-
rium fuerit. extunc actor q̄ruletur coram precone i loco iudicii et q̄-
relam poterit protestari ꝓma die qn̄ iudex ad suum redierit iudiciū
vł in territorio apparebit. Ille ꝓscribitur ꝓindeac ꝓ violentia seu
acsi maleficium ipso die fuisset cōmissum

De ꝓscriptōe alicui⁹ ꝑ iudicē electū seu ifeodatū

J aliquem electus oppidalis aut infeodatus a Comite pro-
s scripserit et hoc Comiti intimauerit. Comes tenetur dictam
proscriptionē sua sententia confirmare. Et sic post Comitē
Imperator

De crimine lese Maiestatis

v Bi per iusiurandum se ꝓncipes aut Barones confederant
vt Regem non excipiant lesa d3 Regis Maiestas.

De negligētia iudicij bānitiꝑ Comitē ⁊ actorē

J Comes suum neglexerit iudicium bannitum seu legale h
s solum ammittit. Actor autem si neglexerit aliquod horum
iudiciorum pro violentia paci seu noxa signatis: oportet q̄-
relam vt prius denuo incipere

De reo excipiēte se ab instantia actoris

J super iniusta possessione proprij seu hereditatis q̄s conq̄-
s ritur de pn̄te. Si re⁹ se dixerit n̄ ꝓpter h̄ vocatū ad iudicium
. tunc proximum sibi iudicium assignetur i q̄ finalr̄ rn̄debit

De inducijs alicui scd̄m conditionē nature sue ad duellum concedēdis.

J aliq̄s ad duellum alium incitat ⁊ prouocat: q̄ se suꝑ eo nō
s preparauerit nec sibi suꝑ hoc iudicialr̄ ē assignat⁹ terminus
terminum d3 hr̄e scd̄m formā sue nature et scd̄m generi sui
qualitatē si pecierit ꝙ suꝑ eo se possit adaptare. Cum duellum iam
cōpromissum fuerit ⁊ nō ꝑus dign⁹ ⁊ idone⁹ ad Scabinuz sex heb
domadas ⁊ ministeriales ad duas hebdomadas et alij liberi hoies
¶ Pro omnib⁹ alijs causis ꝓ q̄bus vir inculpatur an̄ Judicē: in-
continēti d3 rn̄dere: hoc ē negare vel fateri

De mō quo se aliq̄s p̄t a ꝓscriptione eximere. ⁊c

q Ui se ex pscriptiōe eximē voluerit al's pscriptionē euadere. huic dz iudex pacē indicere vt secur⁹ in iudicio cpparē possit et hoc si ex pte sui desideratur. Cuz tñ tacto sacramēto se ipe extraxerit. extunc iudex ꝛ vicinia ipm digito ꝛ lingua bone fame restituēt sic ī pscriptiōe deduct⁹ fuerat. al's sicut ipm antea cōdēnauerant. Si h p iniuriā sibi denegatur ꝙ eum q̄s indebite conetur impedire. prestito tñ sacramēto infamis ampli⁹ nō notatur. Sz lib et nō pscript⁹ habeatur. ꝛ iudex dz ei pacē indicē si petatur Postea q̄ȝ āt pax ei fuerit indicta ponat fideiussores ꝙ ī trib⁹ iudicijs pximis cōparebit: omnib⁹ de se q̄rulantib⁹ rñsur⁹. Si āt nll'us hisdē trib⁹ iudicijs ꝯ eum apparuerit q̄rulator. tē deinceps absoluetur et liber dimittatur

De modo eximēdi se a proscriptione ꝛ iterum de culpa proscriptionis

r Si āt se vir a pscriptione exemerit. vbi aduersari⁹ pñs fuerit et si cōparere pmittit: aut cautionē fideiussoriam fecerit: ꝙ iuri pareat et tandē nō cōparuit. Judex fideiussoriā acq̄rit ꝛ nō actor si ipm denuo in pscriptionē deduxerit vt de iure debuit

De non compulsoria bene possessionati ad fideiussoriam cautionem

q Ui tñ hz pprij vt suā valeat recōpēsam: vl' quod etiā valorē pcellit recōpēse in districtu iudicij nō dz fideiussoriā facere cautionem si super ipm noxa fuerit querulata. al's ī omnib⁹ causis pacis fracte.

De inducijs soluēdorum debiti: pene: ꝛ emēde

a D duas debitum hebdomadas solui dz quod corā iudicio fuerit acq̄situm. ¶ Pena ad sex hebdomadas. ¶ Emenda post penā ad. xiiij. dies. ¶ Si āt vir emendā añ penā acquisierit exolui dz emenda ad sex hebdomadas: et pena post h ad. xiiij. dies ¶ Ad domum illi⁹ debitum dz solui vbi vl' cui tenetur añ sol' occasum si ibidē domicilium habuerit: aut ī proxima domo iudicis si ibi domum non habuerit.

De spretione satisfactionis

q Ui emendā seu satisfactionē coram iudicio respuit eiq̄ȝ abrenunciauerit. ille decetero carebit eadē. ¶ Omne psolutū debitum: debitor persoluisse: metterti⁹ protestari dz his q̄ viderunt et audierunt ꝙ integralr fuit psolutum.

De pena contumacis

q Qui citatꝰ iudicio nō comparet. hic incidit penā: nisi se iure legittime excusauerit.

De neglecta reuocatione sentētie

Quicunqȝ vir quācunqȝ sentētiā diffinire corā iudicio bānito
q audierit aut q̄d dare viderit. si incontinēti non reclamauerit,
postea tacere oportet et pro rato sustinere.

De quattuor legalibus impedimētis

Quattuor sunt cause q̄ impedimēta vocātur legalia q̄bus ab
q sens a iudicio excusatur scȝ captiuitas: infirmitas: iudicium
dei extra terminos Regni: al's peregrinatio: ꝛ seruiciū regale
Quecunqȝ hax causax legalium hoīeȝ impedit. q̄ i iudicio non cō
paret sic iuris est. si ꝓtestabitur cum vno suo nuncio q̄cunqȝ sit: re
manet indēnis ꝛ terminum acq̄rit vsqȝ legali impedimento fuerit
liber et solutus

De ꝓbatione legalis impedimēti ꝑ fideiussorē.

Si āt cautionē fideiussoriā fecerit cōparēdi et legale impe
q dimentum habuerit. Illud impedimētum ꝓbat fideiussor
sacramento et non aliꝰ nunciꝰ suus

De pēa iudici: ꝛ satisfactiōe reo ꝑ actorē soluēda

Si ꝓ noxa seu pace fracta sup absentē q̄rimoniā fecerit: et si
q postea cōparuerit: actor vo nō q̄rulatꝰ fuerit ipe iudici penā
soluet ꝛ illi ꝯ quē mouebat q̄relā satisfactionē. ꝛ nihilomi
nus ab actiōe cadet. ¶ Si āt suā q̄rimoniā fuerit ꝓsecutus: q̄uis
ipm reus iure euadat. Actor tn̄ nihil ꝓ eo patietur detrimenti: nisi
ipm monomachaliter fuerit allocutus.

De reo ꝑ non diligentiam in causa succūbente.

q Si ett rn̄dere incipit ꝛ n̄ finita cā sibi terminꝰ fuerit progatꝰ ꝑ
sentētiā. si nō cōparuerit extunc in actione ē conuictꝰ

De fideiussoria per iudicē ab actore ꝛ reo q̄ iuri pareant exigēda.

Iudex ab actore fideiussores dȝ exigē, sil'r et ab eo sup quē q̄
t rulatur al's a reo q̄ iuri pareāt. ipi ett sup iudiciū de suo iure
dn̄t hr̄e r̄spectum ꝓ q̄rimonia q̄ ꝑ sentētiā fuerit dilata vsqȝ
ad scd̄m terminum

De captiuo q̄n ad fideiussoriam cautionem dimitti debeat. ꝛ quando non

f Jun⁹ fuerit captiu⁹ dimitti debet sup fideiussoria cautiōe.
¶ Nisi in facto manifesto fuerit deprehēsus.

De proscripti deprehēsione ꝛ eius iudicio.

p Roscriptus bñ licite potest deprehēdi diebus feriatis. s; nō licet iudicari nisi fuerit factum recens ꝛ manifestum.
¶ Null⁹ debet cautionē fideiussoriam facere vltra p̄cium sue recōpense. nisi sit pro debito de q̄ fassus ē iure: al's quod corā iudice recognouit super seipm acq̄situm

De iudicio ꝛ iuramēto dieb⁹ feriatis exercēdis.

i N dieb⁹ feriatis non d; iudicari nec iurari nisi pro pace. et etiā sup hunc q̄ in manifesto facto fuerit deprehensus

De violatore pacis tpe feriato

q Uicunq; pacē in dieb⁹ feriatis violauerit. illum dies feriati non protegunt et sic nec Ecclesia nec cemiterium: et sic ī malefacto quod in ipsis fuerit perpetratum

De querelis diebus feriatis iudicandis.

q Uicūq; q̄rulatur dieb⁹ feriati. Judex incōtinēti iudicare p̄t super istum q̄ p̄ns astat. et iubere pōt vt fateatur aut neget et satisfaciat tempore debito.

De diebus feriatis obseruandis

f Ed nō debet feriatis dieb⁹ iudicare: quodcunq; ꝛ q̄dcunq; iuramēto accōmodatum fuerit extra dies feriatos p̄stari d;

De iuramēto ꝓ euasione d̄biti p reum p̄stando

q Ui āt pro debitis iurare promiserit: q̄ tempore debito non exoluat pro quo promissum fuerat iuramentum ī debito cōdemnatur nisi ipm legale impedimētum occupauerit: quod possit ostendi. Et si iuramentum corā iudicio ꝓmissum fuerit penā iudici demeretur: et actor emendam seu satisfactionē dare oportet cui fuerat promissum iuramentum

De euasione debiti absq; iuramento in contumaciam actoris

f J autem reus paratus fuerit prestare iuramētum tempore debito quod ꝓmiserat et actor noluerit recipere: vl' absens erit. Tunc sibi iurare non debebit sic q̧ absoluetur reus a iuramēto et a debito: pro q̄ iuramentum fuerat promissu;. si super eo habuerit testimonium.

De creditore: tēpus debiti solutioni assignatū non attentante

Ui argētum vel denarios debet dare. ⁊ ille qui recipere dꝫ
q nō expectat nec attētat tpe statuto: aut sup eo testimonium
nō recepit ꝑ h̄ pecuniā nō āmittit. h̄ diē receptiōis āmisit.

De debitore solutionem debiti pro tempore assignato negligente

I autē debitor ꝓ aliquo loco et tempore statuere se ꝓmisit.
s et non statuit ab eadē promissione ē liber: sed de debito nō:
pro quo se statuere debuit

De casibꝯ exceptꝭ: q̄ diebꝯ feriatis iudicari n̄ dn̄t

Nfra dies feriatos nō licet iudicare nec sentētiam inuenire.
i nec quisq̄ꝫ vasallus sup suum dn̄m: nec dn̄s ꝯtra vasallum
nec agnatꝰ contra suum consanguineum debꝫ diffinire: qđ
ipsis ad vitā aut mutilationē. vł ad ipoꝝ honorē trāsit

De his qui sententias inuenire possunt. ⁊ quō eedem sentētie reprobari possunt ⁊ quō nō.

Cabinatu digni super quēlibet sentētias licite pn̄t inuenire
s ⁊ diffinire. Super ipsos āt nullꝰ debꝫ inuenire vł ferre sen-
tentiam q̄ sup ipsoꝝ vitā aut honorē seu hereditatē trāseat
nisi ipsis sit equalis ī natura. Nec etiā aliq̄s eoꝝ sentētiā debet nec
pōt reprobare nisi etiā ipsis in natura sit equalis.

De iuētiōe ⁊ reprobatiōe sn̄ie absq̄ꝫ bāno Regio

Xtra bannum Regium q̄uis sup alium sentētiā inuenire pt
e ⁊ etiā sentētiā inuētam reprobare q̄ ī suo iure sit ꝑfectus: et
in tali causa: q̄ absq̄ꝫ banno Regio valeat licite iudicari.

De appellatiōe ex Iure ciuili ad Regiam Maiestatem prosequenda.

I per aliquē sentētia reprobatur deferri debet ad superiorē
s iudicē et vltimo ad ipm regē. Et ad hoc iudex nuncios suos
debet mittere: q̄ audiant: q̄s eoꝝ coram Rege victor in sua
fuerit sententia.

De nuncijs cum appellante ad Regē mittēdis quales esse dn̄t ⁊ quomodo ꝓuidēdi.

b Si nunc̄q digni scabinatu eē debēt: si hoc in comitatu prouidendi cotingat. Si autē hoc ꝯtingit in Marchia: extunc eē possunt nunctij q̄cunq; in suo iure sunt ꝑfecti: quos iudex in expensis tenetur ꝓcurare panem ⁊ ceruisiam eis tribuendo abundanter ⁊ tria fercula ad prandium ⁊ ad cenā: q̄ sunt licita in hac die ⁊ ciphum vini. duo fercula seruis dari debent: quinq; mãipuli cuilibet equo dantur infra noctem ⁊ diem. ⁊ anteriores pedes dn̄i eis sufferrari. Sex famuli debent esse ⁊ octo equi.

De spacio temporis infra quod sententia iusta a Rege debet reportari.

e Et cum primum Regem inuenerint in Saxonia. tunc ad ipsius atrium venire debēt: ⁊ post hac ad sex hebdomadas sententiā tenētur reportare iustam.

De eo qui succubuit coram Regia maiestate in reprobata sententia quid soluere debeat.

8 Si autē is q̄ r̄probat sentētiā lapsus fuerit ⁊ succubuerit: extunc ꝓinde iudici penam demeretur: et illi emēdā seu satisfactionē cuiꝰ sentētiā reprobauit: et etiā expensas iudici: quas cum nunctijs in eoꝝ ꝓcuratiōe expendit. Nulla reprobata sentētia de comitatu trahi seu deduci debet ad marchiā: q̄uis comes habeat comitatum a marchiōe. hoc tn̄ fit ꝓpterea. q: in marchia bannuz regium non est: sed comitatus. hoc autē ius discordat: estq; dissimile. Eapropter ad imperium trahi debz: oportetq; coram Rege causas huiuscemodi disceptare.

De interrogatiōe sn̄ie ab eo: q̄ eā nescit inuenire

8 Si q̄s ꝓ sentētia req̄sitꝰ fuerit: q̄ eā nesciat diffinire ⁊ si h̄ velit sacro ꝓbare: extunc alteꝝ pōt interrogare: deinō terciuz post hoc quartuz: ⁊ sic singulos: vltimꝰ acq̄rit inducias vsq; ad terminum assignatum illi: ꝯtra quē sentētia debet inueniri.

De reprobatione sententie per Saxonem.

8 Si Saxo etiā redarguerit vel reprobauerit sentētiā inuētaz deferens ea manui sue dextre ⁊ multitudini maioꝛi: ipē ꝓ eo pugnabit metseptimus sibi paribus cōtra alios septez: vbi maioꝛ pars vicerit: alias victores sententiam obtinebunt: victus autem in duello penam iudici soluat ⁊ illi emendam seu satisfactionem: qui contra eum pugnauit: pro sententia vero reprobata nusq; pugnatur nisi coram imperatore. Articulus condēnatus. De q̄ sup̄ fo. clxxiij.

De inuentione sententie indirecte scd̃m alicuius apparēs intelligere. quod putat esse verum.

Iq̃s interrogatur ꝓ sentētia: ⁊ ipe ꝫm suum intellectuꝫ q̃n
s to rectius intelligit diffinit. q̄uis sit indirecta. ꝓ eo tñ nihil
mali vł dāni patiatur: als q̄ ꝫm suā bonā cōsciētiā inuenit:
lꝫ iniustā: ⁊ alter inueniat aliā in quā plures ꝯsentiāt illa stabit: et
absq̃ pena remanēt inuētores: qꝛ neuter alteri⁹ sentētiā ī̄ꝓbauit

De modo reprobandi sententiam.

Ui sentētiā reprobat debet sic loq̃. Sētētia q̄ est inuēta iniu
q sta est. illā reprobo ⁊ eā trabo: seu deferro ad locum ad quē
de iure debeo. ⁊ sup eo req̃ro sentētiā: quo vel ad quē locuꝫ
eā iure trahere debeo: Si Sueuus sentētiā Saxonis reprobet aut
ecōuerso. sup hoc corā rege disceptare tenētur. vt prescriptum est.

De modo inueniendi ⁊ reprobandi sententias.

Entētia dꝫ inueniri sedēdo q̇uis sup suā sedē. ⁊ stando ī̄ꝓ
s bari sb̄ bāno regio. Qui āt ad bānum nat⁹ nō fuerit. b sedē
poscat ꝓ sentētiaꝫ vt inueniat iustiorē. tc̄ inuētoꝛ p̄me sentē
tie reprobate cedat illi sedē: ⁊ q̄cunq̃ sentētiā inuenerit offerat illā
iure obtinē: ⁊ deferat illic vt dcm̄ ē. ⁊ petat nuncios ad sniam ī̄ꝓ
batā. ¶ Ille nō dꝫ assessuꝫ interrogare nec ipaꝫ poterit reuocare q̄
eā inueīt absq̃ ꝯsensu illi⁹ ꝑtī cui sētētia diffinita poterit suffragari

De his qui sententias reprobare nō possunt.

p Ro violentia captus: ⁊ ante iudicem deductus nō pōt senten
tiā reprobare. nec pugnatur⁹ duello postq̃ intrauit circulum

De penis cuiusuis malefitij: quibus malefactores singuli puniant̄: ⁊ de iuditio Sculteti.

E sunt pene q̄ pacis violatoꝛib⁹ infliguntur. fures ⁊ latrōes
h dn̄t suspēdi. ¶ Si ꝯtingat furtuꝫ sb̄ trib⁹ solidis ī villa: fu
rē si capt⁹ fuerit: pōt mgr̄ rusticał als Scultet⁹ eodē die iu
dicādo punire in crinib⁹ ⁊ cute: vł redēptiōe trium solidoꝝ: tc̄ rma
net re⁹ absq̃ bonoꝛe ⁊ absq̃ iure. Istud ē mai⁹ iuditium qđ ꝑtinet
ad Sculteruꝫ: ⁊ hoc idē facē nō poterit mane seq̄nti. Pro denarijs
De penis hn̄ti- plurimis ⁊ reb⁹ mobilib⁹ lꝫ eidē Sculteto vlteri⁹ iudicare. ¶ Ead
uꝫ iniustas me- pena debetur hn̄ti iniustā mēsurā ⁊ pēsam seu pōdus iniustum: et
suras. in q̄libꝫ mercimoniali falsa mēsura. ¶ Oēs latrōes seditiose alios
De his q̄ ōme- occidētes ⁊ aratra spoliantes. aut molendina ⁊ eccłias aut cemiti
rēt penā rote ria depdantes: ⁊ traditoꝛes incendarios. ⁊ q̄ legatiōes in suas per-

uertunt vtilitates plecti debent in rota. ¶ Qui alium interfic̄. aut aliquē ledit ad mortē. spoliat. aut captiuat. aut incēdit: nō tñ seditō se: ⁊ virginē opprimit. aut mulierē seu pacē infringit. ⁊ q̄ in adulterio fuerit dep̄hesus. punitur capitali sentētia: al's capite plecti deb; ¶ Quicunq; furtu; aut spolium fouet aut custodit. Si sup eo ꝯuīcitur pari pena vti ⁊ ille malefactor puniatur. ¶ Cristian⁹ q̄ in sortilegio aut veneficio ꝯp̄hēsus fuerit ⁊ ꝯuict⁹ ī craticula cōburatur ¶ Judex q̄ paci violatorē pena debita nō ꝯdemnat. al's eu; ꝓnoxa nō iudicauēit. eadē pena puniatur: quā debuit malefactori inflixisse ¶ Nemo tenetur ad iuditium iudicis illi⁹ accedere. nec in iure ei assistere. postq; iusticiam petenti ministrare denegauit.

De pena cristiani in venefitō ⁊ sortilegio deprehensi
De iudice malefactori pcēte
De iudice iusticiā alicui petēti ipēdeř nolēte

De eo qui se impugnantem occidit

n Ecessitate vite ꝯpulsus. siq̄s defendēdo se: interficit se impugnātē ⁊ metu mort nō audet iuxta mortuu; remanē: nec ipsum añ iudicē ponē puniendu;. si venerit absq; mortuo āte iudicē ⁊ fcm̄ fateatur. ꝓusq; ꝯ̄ ipo aliq̄s ꝯq̄ratur ⁊ se offerat ad iustitiā: nēo p̄t ip̄m in pena capitali ꝯdēnare ꝑ sñiam: tñ iudici ꝯdēnabitur ⁊ summa pena denarioꝝ f q̄ q̄s iudici ꝯdēnatur: ⁊ agnat in recōpensatione. Qui q̄dem agnati dn̄t cittari p̄mo ⁊ scd̄o ⁊ tertio iuditio vt recōpēsatiōem accipiāt ꝓ agnato occiso Qui si ad tertiā citationem nō venerint. reus supsedeat: donec eiusmodi recōpēsationem ab eo ꝯuicerint ꝑ querelā. ⁊ iudex d; ei indicere pacē si petatur ¶ Si autē mortuus añ iudicē ab agnatis deferatur: ⁊ ꝯtra ip̄m reum ꝓponatur querela: optet eum ꝓ collo ꝓprio respondere aut cōtra occisum: sic vt supra scriptum est pugnare.

De actore qui iurat reū euincere a scd̄a actōne si per alium actorem eadē pro re impeteretur.

q Ui coram iudice cām inchoat: ꝓ q̄ opteat ip̄m ⁊ digito prestare cautionem. hoc est q̄ nunq; aliq̄s ꝯ̄ cetero reum impetat in dicta causa. ⁊ postq; idip; fcm̄ fuerit. forsan alter reu; impetat sup eadē cā: ⁊ hunc p̄m⁹ actor nō valeat ab eiusmodi scd̄a impetione ⁊ actiōe excipe actoremq; scd̄; a causa ꝑ sñiam ammouē optet eum causam dimittere cu; recōpēsatione sui dimidij: aut carē manu dextra. qua p̄stiterat cautelam ⁊ iudici soluē penam iudicialē qꝛ emenda satisdationis est manus dextra. cum qua satisdationem ipsam ꝓmisit vel media recompensa.

De eo qui repetens arma: suppellectile;: aut bona alia mobilia facit cautionem.

I hō ꝓ̄stat cautelā: al's ꝓmisit satisdationē q̄ arma bellica re
s quirat: aut hereditatē vel suppellectilē repetat: aut aliquā
rē mobilē. Si cautio eius ꝑ iniusticiam infringitur Iudici sol
uat penā: ⁊ cum satisfactione seu emēda cessabit a cautione.

De cautione in causa mortis et mutilatiōis mē brorum prestanda ac pena vulnerum.

Autionē ꝑbet actor in causa mortis: al's satisdatōnē q̄uis fa
c cere tenetur ꝓ homicidio: aut mēbri mutilatiōe vl' vsus ei⁹
ablatione ⁊ in cā vulneri ⁊ ꝓ dño cui⁹ ē hu⁹ ⁊ ꝓ agnati. Qui
debilitat aliū in mēbris aut vulnerat: si ꝯuincatur manu carebit.

De pena violatoris.

De satisfactiōe et emenda.

Uancunq; violentiā actor ꝯtra reum ꝑ duelluȝ probauerit
q penā capitalē demeretur. ¶ Quiuis ꝫm ortus dignitatem
recipiet emendam seu satisfactionē nisi eam demeruerit.

De pena preconi pro negligentia infligenda

Uando ꝑco cōis iudici penā demeretur in eo: ꝙ ipsuȝ super
q suo neglexerit iuditio. extunc Maldratā regiā. hoc ē. xxxij.
plagā cuȝ viridi fuste q̄rc⁹ lōgitudīs duoꝝ cubitoꝝ demētur

De recōpensa singuloꝝ mēbroꝝ mutilatorum.

I in ore ocul': naso: lingua vl' māib⁹: aurib⁹: genitalib⁹ aut
s pedibus q̄s mutilat⁹: ā etiā vsu ꝑuat⁹ fuerit: ⁊ si debeat sa
tisfactio fieri ꝓ q̄libȝ istoꝝ dimidiam recōpēsam dȝ recipere
¶ Quilibȝ digit⁹: ā dens spālē obtinet satisfactionē ꝫm ꝙ cedit ip
sis portio in recōpēsa ꝑdicta al's pars decima dummō nō moriatur.
¶ Quotcunq; sustineat vulnera: ⁊ mēbroꝝ debilitatē in vno im
petu vl'nerat⁹. soluȝ recipiet emēdā: ⁊ r̄cōpēse medietatē. ¶ Quo
tiens q̄s in mēbro debilitato ab alio vulnerādo debilitatur. totiens
sibi soluat recōpēsam. ¶ Qui absq; vulnere carnis ꝑcutitur: ā mē
dax verb ꝯtumeliosꝫ arguitur ipi dȝ satisfieri ꝫm ort⁹ ⁊ nāe digtatē
¶ Si in mēbro soluto: al's qđ sibi ī iuditio ꝑsolutuȝ: q̄s fuerit vul
neratus: debilitatus: truncat⁹: sola emēda al's satisfactōe sit ꝯtēt⁹

De filio pro excessu defuncti patris nō r̄ndente.

f Ilius non r̄ndet ꝓ p̄re defuncto: q̄cunq; fecerit violentiam.

De exemptione filij per patrem a pena.

Ater sel' pōt eximere filium a se nō diuisum: cum sup violen
p tia seu scelere impetatur: ꝫ optebit eum iurare: ꝙ fili⁹ inno
cēs sit ī hac cā. ¶ Si āt sup p̄reȝ ⁊ filiuȝ ꝓ eadē cā fcā fuerit

q̃rela: pr̃ filiu₃ excipe nõ p̃t: nisi p̃us seipm̃ expurget ab hac causa.

De nõ sententiando reo nisi Jure conuincatur.

n On dz sententia inueniri qua pena debeat reus puniri. nisi prius super crimine conuincatur.

De p̃batiõe p̃ bonis nõ facienda. donec iure diffinitum fuerit

n On dz p̃ sẽtẽtiã oñdi. q̃liter hẽditatẽ aut bõa q̃s sua p̃bare dz: nisi p̃us fuerit testimoniu₃ ⁊ p̃batõ p̃ sẽtẽtiã adiudicata.

De diuisione Patris cum Filio.

p Ater potest filium coram iuditio sequestrare ac separe cum qualib₃ re quã filius acceptare voluerit. qualiscunq₃ sit.

De exemptione serui per dominũ suum a morte

d Omin⁹ põt s̃uum ⁊ obnoxium a morte eripe q̃n fuerit ꝯdẽ natus si iurare p̃sumat: q̄ ille s̃uus su⁹ sit innat⁹: al's naturaliter obnoxi⁹: et q̄ s̃uus innocẽs sit a cã: tunc r̃manet seruus absq₃ dãno iure et absq₃ honore.

De diuisiõe here ditatis fratꝝ ⁊ soroꝝ diuisorum et indiuisorum.

f Rẽs ⁊ sorores hẽditatẽ recipiunt frm̃ ⁊ soroꝝ indiuisoꝝ añ frẽs ⁊ sorores q̃ a p̃entib⁹ sunt diuisi ⁊ seq̃strati indiuisoru₃ pueri fratrum sunt eque vicini cum diuisis fratribus in hereditate recip ienda.

De recompensa membrorum.

p Lenã recõpẽsam ⁊ emẽdã seu satisfactionẽ dz recipe q̃libet. licet careat aliquo mẽbro: vel vsu mẽbri illius: qd corã iudicio nõ oñdit. nec tutorẽ ꝑter hoc sibi acquisiuit: nec solutionem p̃ membro leso recepit.

De edifitijs hominis censualis: ⁊ d̃ eius heredibus ac vxore.

h Omo censual' q̃cunq₃ sit sua relinq̃t edifitia suis heredibus nisi forte ex stirpe militari sit: q̃ ipa edifitia sue vxori in dotalitium ꝯtulerit. ¶ Dñs feodi põt ipa in vsus suos ꝯuertere ⁊ cum censu nisi vasallus vxorem habuerit cui p̃ dotalitio dederit. ¶ Sil'r si vite p̃uisionẽ in ꝑprio vel in feodo femina habuerit. ⁊ ibi d̃e edifitia ipa nõ poterit suis agnatis ⁊ p̃ximis eadẽ delegare: s̃ p⁹ mortẽ ipius cedunt feodo seu illi cui bona vacant.

De edifitijs in feodo ꝯ dñi volũtatẽ disponẽdis

l Icet vnicuiq₃ sua edifitia in suo feodo corrigere siue peiorare ꝯ dñi voluntatẽ. Idẽ l₃ mulieri in edifitijs sue p̃uisionis

De herede feodali et prouinciali qui eorum tollit edifitia in feodo.

s I pr̄ hēat hēdē ī feodo q̄ nō sit heres in iure ꝓuinciali seu terrestri. illi potiori iure dn̄tur edifitia ī feodo collocata q̄ȝ hēdi ī iure ꝓuinciali

De vasallo cui edifitia in feodo cedūt

s I dn̄s feodum ꝯferat vasallo nil excipiēdo: omnia edifitia vasallo cedunt ex quo ipa in ꝯferēdo dn̄s non excepit.

De testimonio cōtra iudicem fiendo.

q Uicq̄d ꝯ iudicē q̄s dȝ ꝓbare iudicis testimonium nō req̄rat ¶ Ubi inculpatio altius nō ascendat. q̄ȝ ad penā simplicem h̄ pt cuȝ duob⁹ sniam soliti inuenire metterti⁹ ꝓtestari. Si autē alti⁹ ascēdat: tunc sculterum ā pconē ꝓ testimonio hr̄e optet. ¶ Qui suā intētionē ꝓbat p Sculterum ⁊ pconē ⁊ Scabinos Iudex tenetur ꝓbare cum ill'h̄m q̄ð ab eis audierit vitatē. lȝ cā sibi prius fuerit ignota. Si testari noluerit Iudex. ille nihilominus sufficienter suam probauit intentionem.

De testimonio per septem testes probando

Ui cum septem testibus debet quid protestari ⁊ probare. ibi vigintiunus ꝓ testimonio debent interrogari.

De eo qn̄ reus actori defert probationem.

o Bligat⁹ ad ꝓbandum si testimonium deferat soli actori oportet p̄stito sacro testimonium ꝑhibere veritatis. ¶ Ille autē si ꝓprio testimonio fuerit ꝯuictus penā soluat iudici: ⁊ emēdam indebite fatigato. sicut ille debēt si in causa cecidisset: qꝛ cōtra iustitiam ⁊ suam ꝯscientiā ipm cōpulit ad probādum

De viro vl' m'iere pl'es ꝯiuges successiue habēte

q Ui carere vxore nō vult: ā nō pōt: ducat vnā legittime: licȝ ei tres vel quattuor: aut pl'es sint mortue. Sil'r ⁊ mulier pt nubē: ita q̄ cuȝ vltimo eq̄ sic̄ ⁊ cuȝ p̄mo pueros legittimos ꝓcreare pōt: ⁊ ipos hēdes relinq̄re in iur̄ ⁊ hēditate

De nō auferenda alicui possessione: nisi iure victus fuerit.

n Emo dȝ ex pte iudici a possessiōe sua eijci. lȝ intrauerit i iuste nisi iusta q̄rela auferatur: vbi sol⁹ p̄ns fuerit vl' si citetur ad iustum iuditiuȝ. ⁊ si nō ꝯpeat. tunc iusto iuditio possessiōe carebit.

De modis q̄b⁹ aliq̄s possessiōe bonoꝝ priuatur.

q Uilibet iusto mō res ꝓprias alienare pōt scȝ vendere: obliga

re impugnare vel resignare: aut si censum vel seruitiuz dño debitum soluē neglexerit infra annum: aut si sibi abiudicātur iure ꝓuinciali seu terrestri aut feodali: vel q̄cunqȝ modo possidē desinat et carere incipit nō coact⁹ tunc talib⁹ modis caret possessor possessiōe de iure ¶ Et ob hoc nō licȝ aliquē a possessione eijcere nisi ꝑ testes p⁹ ad rectum iudicium fuerit citat⁹ et ꝑ sentētiam a possessione eiectus.

De eo quando iudex tenet̄ insequi spoliatorem.

s I aduersus aliquē quis ꝯqueratur suꝑ possessiōe spolij vbi spolium manifestuz ostēditur Et si Judex ad hoc cuz clamore fuerit req̄sit⁹. Judex tenetur statim inseq̄. et actori plenā iustitiā exhibē primum de spoliatore et ꝺ eius complicib⁹ ⁊ protin⁹ oportet actori restituē spoliata. nisi reus ꝑ iustitiam restitui prohiberet Hoc est: si ille super quem querulatum est Jure nō contradicit. et vbi Judex actori satisfacere noluerit: aut nō potest satisfaciat ei: cum Rex primum Saxoniam intrabit si querela sit testibus ꝓbata. al's Rex sibi iudicare debet: cum primo Saxonia venerit. Jta tamen ꝙ querela ab eo Jure protestatur.

De tempore renouande monete.

m Oneta denariorum debet renouari: quando nouus domin⁹ dominium susceperit in curam.

De puniēdis his apud q̄s falsa moneta inuenit̄

s I solum denarium falsum exponit monetarius forisandi et emendi causa reus est manu truncari. ¶ Qui ius suum demeruit seu ammisit in furto vel in spolio: si tres denarij falsi inueniantur apud eum: reus ē capitis. nisi ostendere poterit a quo denarios recepit seu possit ponere venditorem. ¶ Qui in Jure suo perfectus est. si apud eum vnus solidus denarioꝝ falsoꝝ inuentus fuerit. denarios ꝑdidit et nō plus. ¶ Si vero plures habuerit. manu truncatur: si nō habuerit illum a quo recepit eosdē. ¶ Si monetarius proprios denarios falsificat: ⁊ non tenet monetam: more debito nemini potest falsitatem opponē vnde ei satisfacē teneatur. ¶ Denarios debet monetarius seruare librabiles: et eque graues et eque albos. ¶ Nulli licet monetā: vel forum eleuare: vel exaltare sine licentia principis. in cuius dominio locus consistat. et ille ꝑnceps seu Rex cirotecam mittere debet in signum consensus sui et libertatis. ¶ Denarios etiam nō licet alicui alijs denarijs similes facere: nisi scripti sculptura dissimili designētur. ¶ Quando denarij ꝓhibētur seu interdicuntur: postea licet duabus septimanis cum hisdem denarijs debita persoluere: et pignera redimere sine culpa.

¶ Si quis emat denarijs interdictis: licet monetario ipsos infrin-
gere: ⁊ fractos restituere: ⁊ non retinere.

De solutiōe thelonei tam aque: q̄ pontis: per diversos: et qui debēt esse liberi: et de conductu.

q Ui pōtis vl' aq̄ theloneum nō psoluit quadruplo punietur. Theloneum autē forēse nō solutum. xxx. solidoꝝ penā infligit. ¶ Quattuor pedites solum vnum soluunt denarium. ¶ Eques dimidium denariuꝫ soluē tenetur. ¶ Curr⁹ onerat⁹ vn⁹ in eundo ⁊ redeundo. q̄ttuor nummos soluat. h̄ datur ad nauigiuꝫ aquaꝝ. ¶ Sed in theloneo pōtali medietas p̄dictoꝝ. ¶ Clerici: ⁊ milites: ⁊ eoꝝ familiares a theloneis sunt excepti ⁊ liberi. ¶ Quilibet etiam eq̄s vl' pedes aut in curru vel vehiculo liber est a theloneo: si naui nō indiget nec ponte: nec de iure dꝫ soluē p̄cium de ꝯductu cui placet corpus ⁊ res cōmittere fortune. ¶ Qui alijs p̄bꝫ cōductum: ipos p̄caueat a dāno: qđ si nō fecerit optebit eum omnia p̄dita resartire. ¶ Curr⁹ vacuus dimidium soluit theloneum onerati. ¶ Dimidius etiā curr⁹ sic̄ biga etiā dimidium. ¶ Qui vias vetitas in agris ierit alienis: denarium soluet a q̄libꝫ rota: ⁊ eq̄tās dimidium: dānum etiā soluat si terra fuerit seminata ¶ Per h̄ etiam al's si segetes desup fuerint: lꝫ viatores inuadere ⁊ impignerari: q̄ si pign⁹ ⁊ vadium iniuste defendunt ⁊ ꝓhibēt cuꝫ clamore poterint detineri: et tunc oportebit reum pro clamore tres solidos persoluere et pro vadio satisdare.

De clericis mi[l]itibus ⁊ eoruꝫ [f]amilia [. . .] loco equo[. . .] vbi de iure n̄ [. . .]tebꝫ solui thelo[ne]um.

De faciente no[. . .] viam in alie[n]is agris.

De penis horum qui in alioꝝ aquis piscant: prata falcant: ⁊ ligna incidunt. vel limites mouent.

q Ui ligna vel herbas inciderit alienas: aut ī aqua pisces ceperit aliena. excepto mari ⁊ flumijs magnis. In tribus solidis satisfaciat ꝓ emenda. Nihilominus damnum b̄m formā iuris psoluē tenetur. ¶ In stagnis autē qui piscatur: ⁊ arbores plātatas inciderit. aut insertas: aut etiā fructiferas: vel fructum decarpserit in arboribus plantatis: aut lapides effoderit: qui ꝓ limitib⁹ positi sunt. xxx. solidos exoluat. ¶ Si in facto fuerit deprehensus licet ipm̄ impignerari. ac inuadiare: ⁊ etiam detinere sin̄ licentia iudicis ⁊ ꝯsensu. ¶ Qui v̄o nocte prata: herbas falcatas. aut ligna secta subtraxerit. reste punietur. Sed qui de die crinibus ⁊ cute.
¶ Aqua fluminis ⁊ fluens impetu libera est: ⁊ esse debet ad remi-

gandum ꝛ piscandum. Tamen oportet littus appreciare: quousqꝫ vno passu extra nauē de littore passare possit: al's lʒ piscatori vti solida in spatio q̄ꝫtum poterit naui exiēs annexa rippa passare.

De rebus in flumine per aliquem repertis.

J autem per aquam defluit substantia aliena seu bona: red-
s di tenentur illi cuius fuerant si iure debito repetat ea, deni-
qꝫ ostendat esse sua: ꝛ expensas circa ipsas factas iuxta estimationem proborum hominum persoluat. ¶ Inuentor autē: si ille nō apparuerit cuius bona fuerint debet ipsas propalare ꝛ indicere publicando: et per sex hebdomadas seruare. Siquis autem ipas quesierit: illas fateri debet: si negauerit, ꝑ furto habetur. Sed ipso negante si inuente fuerint, idem penam soluat et emendam: quia ipsas furtiue celauit. Furtum autē tale non est q̄ sibi in vita noceat. aut in membrum vel in honore: quia nec per furtuꝫ: neqꝫ ꝑ spoliuꝫ res ipsas a possessione veri domini excepit.

De vendicatone bonorum: non per agnationem; sed promissionem.

Ui sibi vendicat hereditatem non per agnationem: sed per
q promissionem hoc pro iniuria et iniustitia reputatur, nisi fuerit coram iudice confirmata promissio.

De successione post sententiatum.

b Eres per sententiam interfecti, al's sententialiter ad mortem iudicati in hereditate succedit.

De successiōe post eum qui sibi ꝯsciuit mortem.

s J mortem sibi quis ingerat heres eius in bonis succedit

De furto et spolio vago.

Urtum aut spolium sub quocunqꝫ inuētum fuerit: debet a
f iudice per annum ꝛ diem seruari: si nemo interim sua repe-
tat, et nec hoc testimonio probauerit. Judex ipsa in vsus suos ꝯuertat ¶ In possessiōe delinquit vbi res alteriꝰ quocunqꝫ modo inuentas possidet. Que vero domino non recedunt: etiam si possessor fuerit morte puniendus.

De pēa illiº q̄ ꝑuū alteriº ꝑcutit vł capit ā̄spoliat.

f Famulum alienum si q̄s ꝑcusserit leserit captiuauerit aut spoliauerit nō aliter q̄z ꝓ domini cłpa idē ꝑcusi oꝛ iuste satisfatiat vtriqꝫ. nisi iuret q̄ ad damnuꝫ domini vł ad dedecus hoc nō fecerit. sic euadet vnam emendam. dedecus dico si nō sui causa: sed causa domini verberetur. damnum dico ꝓpterea qđ si ita grauiter lesus fuerit q̄ occasione vberum. dn̄s careat obsequio seruientis. tunc oportet lesorē. dn̄o supplere defectum. sicut deberet seruiens si sine causa seruiens domini exiuisset. ¶ Qui captiuat ꝑuum: ille respondere tenetur. omnibus suis dominis. ꝛ omnibus agnatis et vxoꝛi sue. si sup fuerit ꝯuentus. interim q̄ eum tenet in vinculis.

De facto manifesto et de rebus apud aliquem inuentis et Jure arrestatis.

iudicabunt: et liberꝝ arbitrium hn̄t de omnib⁹ his q̄ decreta
sunt accipienda quātum volunt. de eo āt qđ accipiunt tertia
pars iudici: ⁊ due partes cedāt ciuitati. vinum vero ad ciuitatē pn̄-
cipaliter spectat

De baculatione

[Q]Ui alium debaculauerit: vel ad baculādum aliquē baculos
apportauerit: si h̄ bonis hominib⁹ cōstiterit: et probari po-
terit. pena cōpositionis decē marcaꝝ: et plaustrata vini erit
Judex tertiā partē. ciuitas āt pncipalr̄ vinum ⁊ duas ptes accipiet

De contentione duorum

[S]I inter duos in vicco: vel in potu rixa vel disceptatio oritur
et fustes et baculos cōprehēderint ad alternā et mutuā lesio
nem nō h̄ vorsacz reputabitur. vorsacz em̄ pbari nō pt. nisi
baculi vel arma vbi visa fuerint apportētur

De eo q̄ corā iudice redarguerit sentētiā cōsulū.

[S]I quispiā corā iudice sentētiā redarguerit: quā Cōsules emi
serunt. si p̄ualere nō poterit iudici q̄ttuor solidos. ⁊ cuilibet
Cōsulum dimidiā librā cōponet. Et si extra ciuitatē appella
uerit. et in causa p̄ualere nō poterit oēs expēsas q̄ ratiōe illius facte
sunt soluet et iudici quattuor solidos et cuilibet cōsulum sexaginta
solidos cōponet. Si vero se correxerit. et iter arripere noluerit. po-
terit tunc vt p̄dictum ē in gr̄a cōponere. h̄ ab expēsis liber erit. Sed
quicq̄d Cōsules de cōpositiōe illa acceptauerint. tertiā partē iudici
ciuitati duas assignēt Jdipm̄ āt quod percipiēt ad vsus ciuitati cō-
uertent. Et si Consulib⁹ q̄ in sua sententia psperati. nulla de iure in-
cumbet cōpositio. aut emēdatio eo ꝙ sentētiā tulerint saluo suo iu-
reiurando.

De monetis ⁊ monetarijs ⁊ denarijs.

[C]Um famuli Monetarij nummos preparāt nummi. non pn̄t
culpari: si nimis leues nummi: vl̄ nimis graues sint. q̄n sint
cuprei. S3 postq̄3 monetario sunt exhibiti. culpari possunt
vbicunq3 sub eo fuerint reperti. vel sub campsorib⁹. Decretum est
ꝙ triginta octo solidi faciēt et obtinebunt in pondere vnā marcam
examinatā. Et si monetari⁹ necessarios habuerit ad supplementum
dabuntur ei sex denarij p quos si marca plena ē manum obtinebit.
Consulum vero interest totiēs examinare monetam. vel nummos
q̄tiens volunt.

De argento non datiuo

J q̃ſqꝫ argẽtum nõ datiuum ꝓduxerit. ⁊ monetari⁹ illud eẽ
ſ falſum ꝓnunciauerit. et ille videlicet ꝓducẽs ĩ venalitatib⁹
ſuis. illud ſe accepiſſe aſſeruerit et hoc ſola manu ꝓbauerit.
ipſe potius q̃ꝫ monetarius proficiet dum mõ ſignum quod vulgo.
mal dꝛ in manu ſua reptum nõ fuerit Si ãt in eo repertum
fuerit manuali ſentẽtie ſubiacebit

De conducente domũ que poſtea exuritur

J q̃s domum alteri⁹ conduxerit ⁊ intrauerit. ⁊ poſtea dom⁹
ſ exuritur. cõductor pacti tenetur ad dimidium ãnum. Si vo
nõ intrauerit non tenetur.

De impingente alicui furtum vel rapinam

J q̃ſpiã furti vel rapine notã alteri impinxerit. et ſb eo nihil
ſ deprehenderit notat⁹ de infamia ſola manu ĩ reliquijs ſe ex-
purgabit. Et expurgat⁹ ſi vult in actorẽ redarguẽ. eo ꝙ ſl'e
notat⁹ ſit ab eo. primus actor. lx. ſolidos cõponet quoꝝ tertia pars
iudici. tertia ciuitati. ⁊ tertia pars cedet actori

Si quis aliũ furẽ appellauerit ⁊ male arguerit.

J q̃s alium furẽ apppellãdo vl' latronẽ: falſarium vl' plurꝫ
ſ vel mortificatorẽ increpauerit. aut etiã ad cãpum eum extra
ciuitatẽ in crimine ei⁹ cittauetit. et ꝙ ita ſit h ꝓbare neq̃erit.
lx. ſolidos ꝯponet. q̃ꝝ tertiã partẽ iudici. tertiã ciuitati. ⁊ tertiã ptẽ
dabit actori.

De fure qui cõprehenditur

J q̃s p furtum dep̃hẽſus fuerit ⁊ furti taxatio vnuꝫ fertonẽ
ſ exceſſerit. pena ſuſpẽdij. fur obnoxi⁹ erit. Si autem furti eſti
matio minor fuerit. ſicut vulgi dici ſolet. fur tõdebitur. Si
talis fuerit ꝙ p facultates ſe exemerit. tertia pars iudici. tertia ciui-
tati. et tertia pars cedet actori.

De muliere que cum furto cõprehenditur

m Ulier q̃ cum furto ſuſpẽdium meruerit viua tumulabitur

De cõpoſitione iuramenti.

J q̃ſqꝫ de altero q̃rimoniã mouerit. de q̃cunqꝫ cauſa. ⁊ alter
ſ negauerit. ⁊ ſup h corã iudice iuramẽtum p̃ſtare voluerit. ſi
ſe corrigẽs reddere. q̃ꝫ iurare maluetit. quattuor ſolidos cõ
ponet. ſi iudex diſſimulare noluerit

De damnificatione alicuius

J q̃s alteri. ꝙ ipm dãnificauerit ſic culpam impoſuerit. ne-
ſ ceſſe ẽ ipm taxationẽ dãni exp̃mere. ſ pulſat⁹ pulſanti q̃rele

p emendationē satisfaciet aut sola manu se excipiet iuramento

De furto lignorum

v Si furtum lignis ad cremādum sectis alicui impingitur. et duo illi inter quos tales cause vsantur ambo ad radicē vel truncum arboris. de qua secta fuerāt ligna appellādo se traxerint. q̄cunq; eorum p̄ualuerit ligna adducet et deficiēs. lx. so. cōponet

Si quis homo coram iudice fatetur

q Uicq̄d hō corā iudice recognoscit. de h meli⁹ conuinci p̄t q̄ȝ se expurgare possit

De alic̄ i adulterio dep̄hēso.

v Si vir cuȝ legittima alicui⁹ dep̄rehēditur ius ē. vt ip̄e ab ea sursum et deorsum trahatur

De falso modio

s Si q̄s habeat falsum modium. et dep̄hēsus fuerit. lx. solidos cōponet ciuitati. et fundus modij extrudetur. et modi⁹ ī foro suspendetur. Silr de vlna. et de pondere. Null⁹ āt modius. nec aliq̄s funicul⁹ vel vlna culpari p̄t. qn dep̄rehēdatur in mensura Si q̄s vo duo habȝ de istis maius cum q̄ recipit. et min⁹ cum q̄ erogat p̄m furē iudicabitur.

De molendini modio

a Apud molēdinum septē mēsure et dimidia. q̄ vulgo dr macȝe faciēt vnum modium

De falsa mensura vini pincerne.

q Qui cum falsa mensura vini dep̄rehēsus fuerit. lx. solidos cōponet. Si āt iustā mēsurā habuerit et vinitorē nō plene p̄parauerit. medium talentum cōponet

De falsa cereuisie mēsura

q Qui falsam hȝ Cereuisie mēsurā talētum cōponet. Qui falsos stateres hȝ. lx. solidos cōponet. si cōp̄rehēditur in eo. Si q̄s cum falso pōdere cōp̄rehēditur. lx. solidos cōponet

De testimonio producendo

s Si vir p̄duxerit testē suum ad reliq̄as corā iudice. p̄ pecunia acq̄rēda. et testis refutat⁹ fuerit. q̄ hō notat⁹ ē. Poterit. et licet ei alios q̄s etiā pri⁹ nominauerat p̄ducere. Et si p̄duxerit inculpatos hoīes ad reliq̄as. diu septa domicilij ī ciuitate hn̄tes Ita q̄ man⁹ sup reliq̄as ponāt et illi reprobati fuerint. cōuict⁹ ē et lx. so. cōponet. et q̄uis testium tm̄.

De occupatione rerū

s Si q̄spiā facultates alteri⁹ occupare debuerit et p̄conis copia pellere non poterit. si duos viros sibi adhibeat. occupatio

stabit. vsq₃ dum preconē adducere poterit, et q̄sq₃ rē aliquā occupare potuerit ad domum. vl' ad curiā. vbi res bn̄tur ꝛ occupabit. et occupatio stabit.

De ꝓmissione facta corā Cōsulib⁹

Si ꝓmissio aliq̄ corā cōsulibus. vl' corā illis q̄ ad parrochiā v deputati sunt. facta fuerit eadē ꝓmissio. rata stabit et illi Cōsules. corā q̄bus ꝓmissio facta fuit. et alij Cōsules supra domum ascēderint asserētes illā verā. ꝛ taliter esse factā. tam p illos q̄ tunc tp̄is audierunt hoc. q̄₃ illos q̄ prius audierunt promissio rata manebit nulla percipiente innocentia.

De aliquo vulnerato ab acuto instrumento

Cum aliquē ab aliquo vulnerari cōtigerit instrumēto acutā c aciē habēte. vulnerat⁹ adhibito sibi duoꝝ bonoꝝ virorum testimonio. septa sui domicilij in ciuitate habētium. q̄ ob clamorē sue lesionis aduenerint agēdo in illum p̄ualebit. q̄₃ ille euadat

De homicidio et duello

Nemo pōt alium, ꝓpter homicidium infra ciuitatis marchiam n siue. vichbilde ꝑpetratum cittare. vel ad duellum ꝓducere. nisi in eodē loco vbi factum fuit homicidium. et clamor lesi audit⁹ ē. Notat⁹ ꝛ pulsatus sup homicidio a duob⁹ viris probis. septa sui domicilij in ciuitate habētibus. ibidē visus fuerit ꝛ nominatus. Et quot hʒ vulnera. tot pn̄t homines ad duelluʒ trahi dummō pn̄t cōuinci. sicut dictum est

De occisione Ciuis

Si forsan Burgēsium. aliq̄s extra terminos ciuitatis fuerit s occisus. ꝛ corp⁹ occisi fuerit infra septa ciuitati deportatum ꝛ ali⁹ Burgēsis de peremptu illi⁹ notat⁹ fuerit ꝛ pulsatus ꝛ si notatus hoc ꝓbare voluerit. q̄ tunc tp̄is qn̄ cōmittebatur homicidium intra ciuitatē subsisterit. magis gaudebit sua inculpatis hominib⁹ defensiōe. q̄₃ actor in eum vel aduersari⁹ impetitione. habebit āt ad expurgādum viros vndecim ꝓbatos. seipo duodecimo existente.

De hoc quod hō cōfitetur corā iudicio

Quicq̄d hō ↄfitetur in gehegente dagende. De hoc melius q cōuinci pt̄. q̄₃ se expurgare.

De mundiburdio

Cum defunct⁹ presto ē i mundiburdio. defuncti nulla penit⁹ c incumbit cōpositio. Postq̄₃ illi i quē defuncti mundiburdi⁹ actionē habuerit adiudicata est absolutio

De mala tractatione

s Si preco Burgēsium obseq̄o indebite tractatus fuerit duplo

maior cōpositio ipm indebite tractanti incumbit q̄z alij

De tali qui legittimā vxorē duxerit et alterā legittimam al's habuerit

Si virorum q̄spiā legittimā vxorē duxerit: et alterā legittimā al's habuerit et ipam reliq̄rit, si de h cōuict⁹ fuerit posteriori abrenunciabit et ipa sui ipsi⁹ substā. cum q̄ ad cōsorcium vir declinauit excipiet. Et p̄terea dimidiā sube partē viri pcipiet. Vir āt ob neq̄ciā facti sui, decē marcas argēti iudici et ciuitati cōponet.

De mala tractatione alicuius Ciuis.

Si Ciuium aliq̄s extra ciuitatē indebite tractat⁹ fuerit. et reuersus de cōciue suo. q̄ cā isti⁹ factū sit. q̄rimoniā mouerit ille aut ɔpōni sbiacebit. aut q̄ cā ipsi⁹ factum nō sit. iuramētum p̄stabit.

De iniusta sententia

Si hō inuenit iniustā sententiā an̄ iudicium. p̄pter h dz ɔponē Si āt iurare voluerit. q̄ tunc tpis melius nesciuerit a iudice euadet et ille sup quē sentētiā inuenit. sine dāno erit. id est nō dānificabitur inde

De occupatione alterius aree

Si q̄spiā alij psuadēs. vl' p edificia tellurē suā occupauerit. et sup h corā iudicio pulsat⁹ fuerit. si nō expedit ei spacium telluris occupatum. lx. so. ɔponet

De iclinata domo

Si dom⁹ inclinata sup aliquē fuerit. vel fastigia stillauerint. si sup h pulsat⁹ fuerit q̄ttuor solidos cōponet.

De duobus vnam domum habentibus

Si duo hoīes vni⁹ dom⁹ sunt possessores. et forte ɔmorari noluerint. vl' nequerint. nō ē necesse. vt vl' domum vēdant vel edificēt. s alter ī domo maneat āno. vel duob⁹. ẜm q̄ elegerint et alter tādiu

De duobus edificijs ī vno pariete.

Si ita ē q̄ duob⁹ sunt edificia duo. in vno pariete cōtigue cōstructa: et alter illorum domum suā destruēdi p̄positum hz vel reedificādi. paries cui vtrunq̄z edificiū incumbit integer manebit. et q̄ pri⁹ edificat. edificia sua q̄nto ppinqui⁹ poterit ponet. Si vo postmodū alter edificare voluerit. q̄nto ppinqui⁹ poterit ponet sic prior. Paries āt āntiqu⁹. tūc destruetur. et equal'r diuidētur ligna et loc⁹ ī q̄ piter edificia habebāt. manebit expedit⁹. et nō occupatus.

De edificatione domus

Si q̄s sua edificia vult destruere. et iterum reedificare mēsurā et

zonā ad distinguēdos terminos suos a cōsulib⁹ accipiet. ꝛ si h̄ nō fecerit. ꝛ sup h̄ culpat⁹ fuerit. tres marcas ciuitati cōponet.

De domo cadente

q Ubicunqꝫ ī sua ꝓprietate edificauerit. ꝛ p euētum malum. vł p casum nullo ꝓcurāte alicui de eodē edificio. lesio ɔtigerit. ille cui⁹ edificia sunt leso nihil penit⁹ proinde respondebit.

De iumento vel pecore quod ledit hominem.

ſ Si q̄s domum alteri⁹ q̄cunqꝫ de cā intrauerit. ꝛ ibi a iumēto. vel pecore q̄cunqꝫ mō lesus fuerit: dn̄s domus nihil leso de iure rn̄dē tenetur. Si v̄o iumētum alicui⁹ quācunqꝫ plateā ascenderit. ꝛ alicui lesionem extra domum impinxerit. si dominus iumentum illud refutauerit ꝛ retruserit de lesione illa penitus nihil respondebit.

De his qui nocte currunt in ciuitate illicite

ſ Si q̄s nocte p vicos ciuitatis indebite incesserit. ꝛ ab aliq̄ detent⁹ fuerit. ꝛ pecuniā indebite detētori exhibuerit et iudici p̄ntatus nō fuerit. ꝛ h̄ ꝓbari poterit culpe qd̄ vorsacꝫ dr̄ detentor reus erit. ꝛ decē marcas argēti. ꝛ canatam vini cōponet

De occupatione rerum

ſ Si q̄spiā facultates alicui⁹ ꝓpter d̄biti obligationē occupare itēderit. nō min⁹ q̄ꝫ p̄m⁹. ſcōs vł terti⁹ obligatōe gaudebit

De testificatione

q Ut rē aliquā ꝓbare vł testificari debuerit. septa sui domicilij intra munitionē ciuitatis

De pace dei

p Pax āt q̄ vulgo gotesfride dr̄. liuor ꝛ effusio cruoris quēlibꝫ idoneum probati non prohibentur

De eo qui alteri in proprietatem donatur

ſ Si q̄s alteri in ꝓprietatē donatur. ꝓpter debiti obligationem donatus queadmodum vn⁹ de familia procurabitur. Et si p fugā effugē molit⁹ fuerit. aut vinculis mācipetur. Lex ciuitatis nō impediet. h̄ dimissus ꝛ aliq̄ mō dep̄hēsus cum facultatib⁹ incesserit. ꝛ super h̄ corā iudice pulsat⁹ fuerit cum eisdē facultatib⁹ sine contradictione domini sui se liberabit

De tutore dato

d Decedens aliq̄s proximis vel liberis suis tutore vel procuratore legitimo nō ordinato vel relicto procurationem nemo

Juris civilis Maijdemburgensis

sine Consulum cōuenientia quoꝝ interest assumere valebit

De venditione

q Ui cuiqꝫ q̄cunqꝫ mercantiā vendēdi p̄tēderit p̄ pcurationē certificationis satisfaciet. vel in eius bn̄placito permanebit. Si autē conductiuus seruus res hominis vēdiderit. et dn̄s venditionē rei. non approbauerit. seruus iuramentum prestabit. q̄ emptorē certificare non valuerit. ꝛ sic seruus euadet

De denario sancti spiritus

s J q̄s denarium sancti spiritus sup contractu vel marcantia quacunqꝫ excellēte vel mediocri erogauerit. idem ē ac si mercipotum exhibuerit.

Qui pontem suum non emendauerit

s J q̄s pontē diruptum vl' dilapsum domui siue terminum in emendatum reliquerit. ꝛ inde iumētum vel animal cōciuis. dānum vel lesionē perceperit. vel tibiā fregerit illud iumentum. vel animal conciui suo psoluet. Sed nō alienigene vel hospiti

De equo apreciato

s J q̄s equum alterius ↄduxerit. ꝛ equus quacunqꝫ de causa peioratus fuerit conducēs non emendabit. vel satisfaciet. quin equus forsan furtim sublatus fuerit. vel fracturā tibie in ponte incurrerit

De compositione cuiuslibet cause

n Ulla causa deplanari poterit. q̄n iudicio ciuitate. ꝛ actori eq̄ pollenter cōplaceat.

De gladio concesso.

q Ui alij gladium prestiterit. ꝛ gladius restitutus non fuerit gladius maioris vel minoris taxationis non erit nisi ad sex solidos.

De violentia

s J quis rerum facultatum vel suarum abalienationē vel dānationem sustinuerit iudici maxime conquerēdo bonisqꝫ hominibus. vbi violentiam passus est. intimabit. veniēs autē depredatus in eadem. qua. moratur ciuitatem coram iudice sup casu suo clamorem publice suscitabit. et si reus infra triduum. non comparuerit. reus proscribetur Et vbicunqꝫ locoꝝ. reum postmodum cōprehenderit. si suam proscriptionem. cum sex nō culpatis hominibus probare potuerit. reus capitali sententie subiacebit.

De fideiussione pro immobilibus.

Si q̄s ꝑ immobilib⁹ se ꝑ fideiussore obligauerit. tā diu fide-
s iussioni inherebit. donec āno ꝛ die res immobiles sine lite ꝑ-
maneant. finito anno ꝛ die emptor sola manu obtinebit.

Qui uerandum se ꝓducere promisit

Si q̄s verādum se ꝓducturū ꝓmiserit. oportȝ vt nomē ei⁹ ex-
s primat. Si moratur verād⁹ intra terre terminos. producet
eum infra q̄ttuordecim dies Si extra terre terminos ꝓducet
eum infra sex hebdomadas.

Qui aliū ꝓscribi fecerit.

Qn q̄ritur q̄s ꝯ alio. q̄ ipē eum ꝓscribi fecerit. dȝ aduocato
c nomē ei⁹ ꝛ locum vbi ꝓscript⁹ ē exprimē ꝛ nō alios ad rē nō
ꝑtinentes.

De mala tractatione

Quicunqȝ aliū de Cōsilio facto vel v̄bo male tractauerit leso
q lx. solidos. ciuitati ꝛ iudicio tres marcas argenti. ꝛ cuilibet
cōsulum decem solidos cōponet

De eo qui pacē fori violauerit et fregerit

Quicunqȝ aliquē ī foro leserit. cōponet ꝫm quod deliq̄t. insuꝑ
q cōsulib⁹. tres marcas argenti cōponet. Quic q̄d āt cōsules
inde ꝑceperint. due ꝑtes ciuitati. ꝛ tertiā iudici exhibebunt.

De eo qui seipsum interficit.

Si q̄s suiipsius homicida fuerit. quod de⁹ aufferat. vel ꝑ sen
s tentiā decollat⁹. aut suspēsus fuerit. heredes ipsius omnem
suā hereditatē integraliter possidebunt

De modo eligendi Consules quales esse debēt.

Omnes illi q̄ in Consulatum dn̄t ꝛ cōsueti sunt eligi: dn̄t esse
o nati de thoro legittimo. Ita etiā q̄ nō essent ī ipsoꝝ honore
infames ꝛ depravati: sapiētes: nō bibuli: nō bilingues. sed
secreta celātes ꝛ cōstātes: a luxuria ꝛ ab omni immundicia se preca
uere sciētes: ab vsura ꝛ ab omni emtione ꝛ vēditiōe iniusta exptes
ꝛ immunes. vt etiā nō sint litigiosi: ꝫ cōcordes: q̄a cōcordia parue
res crescunt discordia v̄o magne dilabuntur. Idcirco etiā pn̄t viri
boni ex mḡris artificum in Cōsulatum eligi duntaxat duo ex alio et
alio artificio Ideo enī duo nō dn̄t esse ex vno artificio: ne illi duo de
eodē artificio: suum artificiū firmātes ꝛ augmētantes alia artificia
anihilando minorarent.

De iuramentis per vnumquēqȝ Consulē post electionem prestandis

Juris ciuilis Maÿdemburgensis

Um aūt Consulum electio facta fuerit: dn̄t in p̄torio vel in Ec
c clesia ab eis iuramēta recipi ciuitatis ad h̄ diuitibꝰ ⁊ paupibꝰ
sb̄ hac forma. Nos Consules iuramꝰ nr̄o Serenissimo dn̄o
Regi fidelitatē: ⁊ ciuitatis iura: honestatem: ⁊ vtilitatē: ac totius
Regni: custodire. Et ꝓuidere volumꝰ iuxta posse nr̄m cum exquisi
tissimo cōsilio: et reipublice cōmodum ita ꝑquirere augere ⁊ multipli-
care volumꝰ tanq̄ nr̄m ꝓprium: ⁊ nō debemꝰ dissensiones ī ciuitate
admittere. Ita paupibus sicut diuitibus eq̄ omnibus iustitiā mini-
strare debemꝰ. Nec volumꝰ cessare a p̄dictis cā amoris: vel fauoris
nec alicuiꝰ nocumēti: nec alteriꝰ rei. Sic nos deꝰ adiuuet ⁊ oēs sc̄ti

Forma iuramēti Consulum.

De iuramentis antiquorum Consulum

N eodē loco Consules antiq̄ ⁊ q̄cunq3 ad ip̄os ꝑtinet nouis
i Consulibꝰ iuramētum dn̄t p̄stare: q̄ dn̄t eis in omnibꝰ obe
dire. ⁊ iuuare oēs iustitiā: ⁊ ad vtilitatē ciuitatis die ac nocte
Sic nos deus adiuuet ⁊ sancti eius.

Juramentum Scabinorum

Os iuramꝰ deo q2 in iudicio ad quod locati sumꝰ Judici ciui
n tatis ⁊ hominibꝰ rectum ortilegium inuenire volumꝰ. iuxta
summā intelligētiā nr̄am. ⁊ sedē scabinatꝰ ꝑm ius Maÿdē-
burgeñ. Laudum. ⁊ Statuta ciuitatis ꝓuidere ⁊ tenere. volumus
q̄nto iustiꝰ ⁊ rectiꝰ possumus: ⁊ habuerimꝰ seq̄lam. ⁊ h̄ ob nullam
cām secꝰ facere volumꝰ. Ita nos deus adiuuet ⁊ omnes sancti

De iuramento artificum ⁊ totius cōmunitatis

Emum nouis Consulibꝰ artifices totiꝰ ciuitatis: ⁊ cōmuni
d tas: ⁊ q̄libet eorꝝ seorsum: iuramētum prestare d3 eiusmōi.
Nos iuramꝰ obedire vob̄ die ac nocte: q̄n nos monueritis. ⁊
volumꝰ vos iuuare ꝯ oēs q̄ se vob̄ opposuerit: ī vtilitatē ⁊ augmē
tum ciuitatis. Sic nos. ⁊c̄

De iuramēto suorꝝ ciuitatis

Ostea Cōsules dn̄t instituere seruos ciuitatis. et q̄libet eorꝝ
p d3 iurare. Ego iuro fidelis eē ⁊ obediēs ī omnibꝰ negotijs
vbicūq3 ciuitati: vel Cōsulibꝰ necesse fuerit: tādiu q̄ possum
nec cessare: cā alicuiꝰ amoris: odij vel amicicie: vel donorꝝ. Et dum co
gnoscā ꝯsilium secretum: publicare nō debebo. Sic me deus. ⁊c̄

De obseruatione ferie sexte

Onsules nulla sexta feria: neq3 aliquo die festo dn̄t insimul
c cōuenire: nisi magna necessitas superuenerit: q̄ h̄ altero die
sine dāno ciuitatis disponi nō posset. Extrā licite ꝯuenire p̄nt.

¶ Incipit Liber i quo cõtinẽtur iura Feudalia.

q Uoniam in precedẽtib⁹ duobus libris huius voluminis Ciuile ꝛ Prouinciale ius cõpetenter trãslatum est in latinum. Oportet ĩ hac pte ꝑm ius feudale cõueniẽter ꝓsequi trãsferẽdo. vt iuris vtriusqꝫ ꝓuincialis scꝫ ꝛ feudalis cognita ṽitate ꝑ iudicium rẽtm iniquoꝝ astutia reueletur ṽasqꝫ sentẽtias ꝑuertentium Scabinoꝝ iniq̃tas detegatur. Ac etiã iustos ꝛ paupes deprimentium supboꝝ audacia cõpescatur. ¶ Uolẽs igitur iuri feudalis agnoscẽ ṽitatẽ. cõsideret diligẽter. q̃ꝫ scutum bellicum exordium sumit a Rege. ꝛ ĩ septimo terminatur. laiici tñ scutum sextum. in septimum adduxerĩt exq̃ Epoꝝ facti sunt vasalli quod añ non fuit

De his qui carent iure feudali

c Lerici. femine. rustici. ꝛ oẽs iure ꝓuati ꝛ illegittie nati. ꝛ qui de stirpe nõ exeunt militari a pr̃e aut ab auo: hij oẽs ius non obtinẽt feudale. Si q̃s dñoꝝ alicui ex istis feudum conferat ab illo ius obtinet quod recipit. Sꝫ dictum feudum ĩ pueros nõ hereדat. ꝛ carẽt seq̃la in alio dño qui succedit. Possunt ãt reiici a testimonio in iure feudali. ꝛ ne sentẽtias inueniãt in eodẽ. ¶ Omnes ãt hoꝝ q̃ clipeo bellico nõ vtuntur dñs a q̃ sunt infeudati coꝝ testimonium ꝛ sententias obtinebit. nec vti poterit eoꝝ testimonio aut sentẽtia ꝯ quẽlibꝫ. ¶ Si mlr̃ intrauerit possessionẽ de iure. aut de dñi voluntate post mortẽ illi⁹. q̃ ei feudũ ordinauerat ad vite ꝓuisionẽ ĩ eodẽ residebit ad vite terminum ꝛ hꝫ seq̃lam in quẽlibꝫ dñm ĩ quẽ dictum dominiũ deuoluatur. ſ post mortẽ ipi⁹ nõ p̃t ipam suis pueris heredare.

De duobus vnũ feudũ repetẽtibus ꝛ de collatione feudi per electionem.

s I duo vnum feudum ꝑiter repetãt petẽtes. vt licẽt eis suuꝫ ius ꝓbare ꝑ testes ꝛ vn⁹ ipoꝝ scuto bellico nõ vtatur alter ṽo in iure feudali sit ꝑfect⁹ testimonium ꝑfecti p̃cedet ꝛ alterius supp̃metur. ¶ Qui nat⁹ nõ ẽ ad scutum bellicum. negare nõ p̃t q̃n bona ꝯferat scuto bellico nõ vtẽti nec p̃t aliquẽ suum dñm reꝓbare. q̃n feudum seq̃tur ad ipm̃. lꝫ dñs scuto bellico careat sic ipe. ¶ Si ꝑfect⁹ ĩ scuto bellico a clerico vl' a mliere vl' eti ab illo q̃ scuto caret eodẽ mõ fuerit ĩfeudat⁹ ipe feudũ iã dictũ seq̃ ñ poterit ad dñꝫ alium. excepto si cleric⁹ ꝑ electionẽ vel ali⁹ feudum receperit ab Imperatore. ꝛ ꝑconsequens scutum bellicum taliter electi feudum po-

fuerit cōferre. ⁊ infeudat⁹ feudum seq̄tur ad aliū dn̄m. ¶ Feudum āt Castrense: ⁊ Ecclesias ⁊ Capellas. ⁊ omnia feuda de q̄bus dn̄s. Imperatori nullo seruicio ē astrict⁹: pōt cōferre. ⁊ cleric⁹ ⁊ mulier licet scuto careāt bellico. ⁊ h̄ feuduz poterit inuestit⁹ seq̄ ī aliū dn̄m

De officio et fideliate p feudalē suo dn̄o p̄uādis

q Ualibet infeodat⁹ tenetur dn̄o suo fidē seruare ⁊ facere. ⁊ sacramētum p̄stare. q̄ ita fidelis sit dn̄o suo. sicut tenetur vasallus esse: donec hoc nō fecerit nullius poterit esse testis in iure feudali Tenetur etiā dn̄m suum: v̄bis ⁊ factis: vbicunq̄ iuxta ip̄m fuerit honorare ⁊ assurgere ei: ac etiā ip̄m p̄mittere p̄cedē tāq̄ digniorem

De obseqnio Imperij

d Eobseq̄o Imperij q̄ p sex hebdomadas an̄ pcessum s̄b testimonio duoꝝ feudalium fuerit imperatum. Hoc tenetur feudarius adimplē infra terminos almanie Romano Imperio subiugatos. Omnes āt v̄sus orientē a fluuio Sala ab Imperio infeudati seruire tenētur in terram Sclauā. ⁊ in poloniā. ⁊ ī bohemiā ¶ Sex hebdomadis tenetur feudari⁹ seruire dn̄o suo. in ꝓprijs expensis: an̄ quas sex septimanas ⁊ totidē post habebit pace Imperij et q̄etem que dr̄ posita. ita q̄ null⁹ dn̄oꝝ suoꝝ ip̄m euocare valeat ad iudicium feudale. nec quisq̄ aliquod iudicium Cesari imperare

Sala germanie fluui⁹ Saxones diuidēs a Thoringis. vt Dominicus de Aretio. in libro de fluminib⁹ narrat

Si Rex pergat Romā qui secū pcedere debeāt.

e Lectus Rex a Theutonicis. cum Romam pficiscitur cōsecrari: sex p̄ncipes pcedere tenētur astricti: hij scz q̄ p̄mi sunt in electione ipi⁹ Maguntinensis Treuerensis Coloniensis Archiepiscopi Palatin⁹ Renensis dux Saxonie Marchio Brandēburgensis. Ad h̄ q̄ iusta Regis electio p ip̄os dn̄o appostolico declaretur. Tenetur etiā q̄libet de bonis Imperij infeudatus cum dn̄o suo. Ad cōsecrationē pcedere memoratā. vel viā redimat cum decimo talēto quod de feudo cōtrahit annuatim. Ista expeditio indici dz per sex hebdomadas. ⁊ annum ⁊ tres dies an̄ pcessum ⁊ terminatur Theutonicis cesare cōsecrato. ¶ Uasall⁹ etiā tenetur seruire dn̄o suo. in h̄ q̄ sibi sententias inueniat in iure feudali. an̄ meridiem ⁊ extra dies festos. et tp̄s feriatuz. Quicq̄d āt ꝓpēsum fuerit ⁊ inceptum ī sentētia an̄ meridiē. hoc licz post meridiē terminare. et in tempore feriato. s̄ non in die solenni.

Quomodo nō seruiat vasallus domino suo

q Ui concesserit equum domino suo. aut res alias. vel etiam ī seruicio domini res perdiderit. q̄lescunq̄ ⁊ domin⁹ res non

soluerit memoratas vasallus nõ tenebitur dño de iure aliquod ser uicium exhibere. q̃ ad ius feodale. donec soluta fuerint vniuersa. ¶ Si negauerit iustitiã dñs vasallo. corã suis hominib⁹ cũ ab ipo fuerit couentus vasall⁹ nõ tenebitur dño in obseq̃o feodali: donec iustitiã cõsequatur. ¶ Dominus pt duob⁹ solum feodum cõferre vni possessionẽ. ⁊ alteri expectationẽ. q̃ dr̃ conuentio. Si moriatur absq; herede feodali possessor. ¶ In expectatione nõ ẽ successor si etiã sponte resignet possessionẽ. et expectatio anullatur. nisi iterũ ac cipiat resignatum. ⁊ in possessione decedat

De eo qui habet feudum in possessione

Feudum hñs in possessione. cum hominib⁹ dñi sui pt testari q̃bus cõstat: q̃ verũ sit feudum ipius. Infeudat⁹ de futuro idest post mortẽ possessoris: dz suã infeudationem etiã cum hominib⁹ dñi sui cõprobare: q̃ pñtes aderant ⁊ viderunt ⁊ audierũt ipm taliter infeudari. ⁊ hoc q̃a caret possessione

De feudo futuro. et si spernat infeudatus

Pater heredat in filiũ tãq; possessionẽ: et ideo non ẽ necesse filio q̃ sibi bona pr̃is denuo assignẽtur. ¶ Qui caret filio heredat in dñm possessionẽ feudi. nisi forte dñs alteri contu lerit feudum de futuro. et sic infeudat⁹ ipm obtineat infra spacium vni⁹ anni. ¶ Si de futuro cõferat dñs feudum vni vbicunq; vaca uerit. si parũ fuerit aut multum. ⁊ postea cõferat alteri feudum no minatim in certo loco etiã de futuro. pm⁹ infeudat⁹ nõ pt postremo p ius aufferre feudum nominatum. ¶ Si moriatur possessor. quia feudum dño nõ vacauit. nisi forte couentio facta fuerit. q̃a strepitu fugitiuo in lecto languẽtis possessoris. licz infeudato de futuro suã pbare infeudationẽ de futuro pm ius talis infeudationis corã dño ɔ illum qui sibi ius vẽdicat in feudo predicto. ¶ Licet dñs vtriq; fateatur dictum feudum contulisse. Per confessionẽ dñi: homo ob tinet feudum absq; testib⁹ contra dñm ⁊ non ɔ parem vicinum ¶ Si q̃s dñs feudum cõferat homini. per hoc ab homine nõ elõ gatur possessio. Si postea dñs negauerit se feudum cõtulisse. sed tñ obtinet ius possessorium. ¶ Si duo vnum feudum repetãt. cuius carẽt possessiõe. vterq; tenetur tp̃s sue infeudatiõis oñdẽ. ⁊ q̃ prior fuerit tpe potior erit iure ⁊ tpe. pbato feuduz obtinebit. ¶ Quãdo dñs ɔfert feudum vbi pmo vacauerit post mortẽ possessoris. nullã aliã faciẽs exceptionẽ. sic infeudat⁹ obtinebit feuduz pmo vacans. vtrũ sit vacãs vl' collatũ. ¶ Oportz vasallũ testib⁹ obtinẽ feudũ

domino collatum. et nō assignatum post collationē q̄ caret possessione de feodo qd̄ primo vacauerit se intromittat de futuro īfeodat⁹ licet plus fuerit aut min⁹. donec sibi suum feodum ipleatur. ¶ Si spernat infeodat⁹. de futuro feodum quod primo dn̄o vacauerit. et sibi nō attrahat infra ānum τ diē. liber erit dn̄s ab illo: nisi forte sacramēto pbauerit hāc vacationē penit⁹ ignorasse ¶ Qd̄ in sola cā feodali nō pn̄t testimonium phibere. nn̄q; ipsi ī feodo fuerint stabiliti τ diuisi ¶ Si duo solo feodo iuestiti aliqd̄ de ipo ꝑtulerit alteri neuter absq; alio poterit vasallum in feodo cōdēnare. nec ipm̄ feodum ī p̄iudiciū socij dn̄o r̄signare. dū ipm̄ teneāt indiuisim. ¶ Lic3 āt dn̄o vasallis suis p sentētiā pcipere. vt infra sex hebdomadas. taliter de feodo discuciāt. vt ipe scire valeat a quo seruiciu3 repetē d3 quod sibi de feodo tenetur. q̄ si nō fecerint ī penā incidēt erga dn̄m et abiudicabitur eis feodū: s3 dn̄s cām iure feodali ꝯ hm̄oi. p̄seq̄tur

De ostensione feodi et qui possit aduocare

Qui ē hō dn̄i p̄t aduocare. et sentētias inuentre. ī iure feodali lic3 feodu3 a dn̄o nō habeat. ¶ Reprobare āt sententiā feodator p̄t nisi ponat fideiussores ab ipo dn̄o feodatos. q̄ cām iure debito p̄sequātur. aut sentētiā. sicut ius exigit mittat pcedere irreprobatā. ¶ Qui trinas sn̄ias reprobauit. et data fuerit ꝯ eum sentētia. q̄ ipsas non talr̄ reprobauerit. q̄ sua sibi reprobatio prodesse possit in iure. a modo nullā poterit reprobare. nisi prius satisfaciat sup indebite reprobati. ¶ Quidā dicunt q̄ nō l3 queq̄ā infeodare de futuro absq; petitione possessoris. q̄ nō est ita. Quia sic feodat⁹ pbare tenetur infeodationē. et nō petionē. ¶ Si in talēto vel duob⁹ fuerit. q̄s a dn̄o infeodatus. nisi primo vacauerit ipe ius nō obtinet feodale in collato. s3 ille pocior erit in iure q̄ fuerit infeodat⁹. et sibi feodum specialr̄ infeodatu3. ¶ Quādo dn̄s oñdē facit vasallo feodum. quod sibi cōtulit. vasallus cōtinuo fit possessor in bonis. q̄ dn̄i fuerāt an̄ collationē. ¶ Quādo dn̄s progat ostēsionē feodi iā collati. vasallus sibi vēdicet tale feodum vbicunq; dn̄o vacauerit absq; oñsione. ¶ Si ī villa dn̄s vasallo feodum oñderit. cū vacauerit. nō licet vasallo feodum. al̄s attrahere absq; oñsione. q̄ si attractum tenuerit p annum et diē absq; dn̄i recta cōtradictione. a modo nō poterit dn̄s. ipsi iā dictum feodum immutare. Feodum quod nō habet vasallus in possessione. nec sibi a domino est ostensum hoc nō potest sequi ad alium dominum. nec suo filio heredare. Violenter feodo spoliatus. si causam iure debito prosequatur. ipse

hoc feodum heredat in filiuz. licz careat possessione. ꝛ ipm seq̃tur ĩ
alium dñm si suã q̃relã valeat testibus cõprobare

De feodo vasallo collato.

v Illam integrã: si dñs ꝯferat vasallo: siue vineã aut decimã
aut iudicium: vl' tale quid. vel quicq̃d sibi vacat in vno loco
vasallus illud feodum sequitur in alium dñm. et heredat in filium.
si etiã a dño nõ fuerit ostẽsum. In molẽdinis: et monetis: et thelo-
neis: ꝛ in vineis: et in decimis: et in talibus reb⁹: si quis fuerit feo-
datus: ipẽ feodum seq̃tur. et heredat. licet dñs habeat locum feodi
in suo dominio ad locãdum dñs ãt tenebitur vasallis. quod deficit ĩ
feodo adimplere: q̃ȝ diu loca feodoꝝ sibi retinet ad locãdum. Si in
redditib⁹ hmõi dñs conferat plus q̃ȝ sibi ꝑueniat annuatim: primi
feodati recipient suum plenum: ꝛ vltimi quod sibi deficit a dño po-
stulẽt sibi al's assignari. nisi habeat vasall⁹ a dño dimidiuz mãsum
admin⁹ in feodo vl' q̃nq̃ȝ solidos assignatos null⁹ poterit eẽ testis
ĩ iudicio feodali Testimonium excõmunicati et ꝓscripti. seu etiã ille-
galis. põt q̃libet reprobare in iudicio feodali infra territorium in q̃
ipi taliter fuerint condẽnati Aduocare etiã nõ pñt Et si de aliq̃ con-
querantur ipis nõ tenebitur rñdere. si ꝓbare poterit ipos hmõi sen-
tẽtias incurrisse. Tamẽ oportebit ipos oib⁹ q̃rulãtib⁹ rñdere. Si
negauerit dñs vasallo. bona q̃ ipse in possessione tenuerit ꝑ annum
et sex hebdomadas. postq̃ȝ ipsa recipit absq̃ȝ recta dñi cõtradictiõe
Si vasallus iustã possessionẽ ꝓbare poterit ꝑ septẽ testes. ipse pos-
sessionem feodi cõfirmabit ꝓprio sacramẽto et retinebit bõa absq̃ȝ
testibus. nisi possessio per iustã querelã sibi possit infringi. Licz tri-
ginta homines. ꝛ vnum suꝑ testimonio interrogare vbi cum septẽ
testib⁹ aliq̃d ẽ ꝓbãdum. Nemo tñ potest. in vicinia feoduz absq̃ȝ te-
stibus obtinere. licet ipm habeat in possessiõe. Si ꝑmittat dñs va-
sallum in possessione q̃ete manere ꝑ ãnum et diẽ. sicut de iure debz.
dum ab eo expetit infeodari. aut ipsum extrahere cum tli possessiõe
nõ poterit ipse cum bonis predictis a dño elõgari. si seipm negligat
infra tp̃s ꝑtaxatum. si etiã ad alium dñm cũ feodo diuertat. nisi ille
dñs h̃ obtineat iure sc̃ripto. Nemo p̃t feodum obtinere in bonis
de q̃bus oportet ipm soluẽ cẽsum. aut ãnualẽ pensionẽ. Si q̃s sibi
feodum ascribat ĩ talib⁹ ꝛ dñs offerat ad ꝓbãduz ꝑ testes se cẽsum
annualẽ de iure in dictis bonis. de q̃b⁹ oportz ipm soluẽ. vasallo nõ
ꝓdest possessio. q̃n oporteat ipm feodum suum a dño ꝑ testes euin-
cere. Hoc poci⁹ ꝯceditur vasallo: q̃ȝ dño liceat in feodo ei⁹ censum
annualem testibus vsurpare

De iniusta possessione et possessore

O Rtum aut iugerum terre aut hominē potest vasallus per sacramētum ꝯ dn̄m obtinere. inter cetera bona sua. ꝛ si seq̄tur bona in alium dominum non ipsa habeat in possessione ¶ Solum feudum potest esse multoꝝ dn̄oꝝ: ita ꝙ vnꝰ ab alio habeat: tamen vniꝰ erit possessio qui vtilitatē ipsius recipit ꝛ pēsionē aut censum in ipso. Si sit vir aut mulier verꝰ ē possessor. ꝛ illi oportebit rn̄dere. si q̄s in bonis p̄dictis delinquat. ¶ Justa possessio nō vocatur. quā q̄s obtinet violenter. si violētia per iustā querelam a leso fuerit declarata. ꝛ poterit probari. Si dicat vasallus ab alio se feudum tenere. q̄ꝫ a vero dn̄o a quo ip̄m recepit: ꝛ dn̄s illud possit suum ostendere suoꝝ testimonio vasalloꝝ. vasallꝰ perdit om̄e ius quod habet in illo: ꝛ ip̄m feudum ad dn̄m reuertitur a q̄ tenebatur ꝛ ideo non debet vasallus corā summo dn̄o illū a q̄ feudum teneat nominare. q̄ꝫdiu se defendē poterit. in iure feudali. Non eīn tenetur ꝓ inferioris dn̄i bonis. que possidet summo dn̄o rn̄dere. licet ipius al's sit vasallus Summus āt dn̄s. si poterit probare ꝙ inferior sibi feudum resignauit: aut etiam ꝑ iustam sentētiā ip̄m desijt possidere Possessor tenebitur. pro ipso in omnibꝰ summo domino rn̄dere. et feudum sequi ad ipsum

Si vasallus negauerit bona que tenet a dn̄o

N Egans vasallus bona. q̄ tenet a dn̄o. ꝛ corā eiꝰ hominibus cōtradicens: omne ius perdidit quod habuit in illis. ¶ Si āt alteri cōtulerit. ꝛ summus ea sibi vendicet. possessor monebit dominum suum per sentētiā. ꝙ bona sua liberet. a summo domino ꝛ ip̄m per ius ammoueat a sua infestatiōe. ꝛ hoc tenebitur dominus. infra sex hebdomadas expedire. ¶ Si hoc dominꝰ ꝯ ius facere contēpserit. possessor seq̄tur feudum ad summū dn̄m nec aliq̄d ꝓpter hoc ammittet. si dn̄s suus quod ꝑdiderit. iterum recuperet a summo. ¶ Si negauerit dominꝰ. corā summo seu sup̄mo feudum vasalli. ꝛ nō nominat q̄n sibi vēdicat. ꝛ de iure nominare debuerit. Possessor feudum sequatur ad summum infra terminuꝫ feudalibꝰ assignatum. ¶ Dominus ꝑ loquacitatē. ꝛ taciturnitatē potest se negligere in iure suo. ꝛ non vasalllum suum. ¶ Si vasallus pro feudo se exhibeat. vt tenetur qui sequitur feudum ad dominum supremum. ꝛ infeudationē. aut ostensionē postulat ab ipso tenebitur feudum domino nominare. ꝛ etiā illum a quo p̄mitꝰ ħ possidebat anteq̄ꝫ inuestiatur. aut feudum ostendatur. ¶ Si noluerit. ħ dn̄s

sibi ostendere. ip̄e ostensionē testibus obtinebit. cōtra dn̄m ꝑ suoꝝ iudicium vasalloꝝ. q̄ taliter feudum secut⁹ ē ad ip̄m. q̄ de iure debeat ostendi sibi quod poscit. Et si ꝯ dominum probauerit. non indigebit probatione cōtra alium cui ip̄m dn̄s assignabit. ¶ Non ē necesse alicui feudo. iteꝝ īuestiri. quod semel recepit a domino. si resignet. aut vendet. ⁊ iteꝝ recuperet possessione careat ꝑ ānum ⁊ sex hebdomadas. ¶ Cuiuscunq̄ dn̄s. feudum confert. ī presentia possessoris. si nō ꝯdixerit. aut reclamet a modo nullum ius. in predicto feudo poterit obtinere. ex quo vidēs ⁊ audiēs talē collationem. silentio confirmauit. ¶ Si cittauerit dn̄s vasallum ad ius feudale: infra terminum illum. non tenebitur vasallo dn̄s respondere super quacunq̄ causa si de ipso corā aliquo cōqueratur. nisi pri⁹ causa domini terminetur. ¶ Si per sentētiam: causa dn̄i super iure feudali fuerit prorogata: et iterum per decessum ad vasallum deuoluatur certum feudum: aut de futuro. quod ꝑ ius non expetit obtinere. dominus tenebitur ip̄m. scd̄m iustitiā infeudare: causa priore pendēte alioquin posset dn̄s dilationes friuolas inuenire. ꝑ quas cōtigeret vasallum negligi. in termino sibi a iure concesso. Si ī verbis aduocati dietulus. non consentit: ⁊ domin⁹ hoc imputet aduocato: ipse penam ꝑsoluet: nisi sacramētum p̄stauerit. q̄ nihil aliud ē locutus. nisi quod sibi dietulus instillauit. Solo sacramēto pōt euadere inculpatus. de quacunq̄ causa. ⁊ re: q̄ probari non poterit: coram iudicio accidisse.

De filio nato cui⁹ vox possit audiri.

c Um vixerit fili⁹ tamdiu q̄ vox ipsius audiri possit ī q̄ttuor parietes domus. ipse heredat bona patris. Filius q̄ moritur an̄ patrē. non ē heres feudalis. q̄ feud̄ non heredat. ⁊ ideo non infringit alicui feudum. de futuro. in bonis p̄ris. ¶ Qui spōte resignat feudum. aut ei fuerit abiudicatum cum ipso carebit. si concessum sibi fuerat feudum de futuro.

De filio qui est imparis cōditionis sui patris

f Ilius īparis cōditionis. si vixerit post mortē p̄ris. ⁊ vasalli renuāt ab ipso suis feudis inuestiri. ipse a nullo elongat feudum de futuro in bonis patris collatum. ¶ Si contradicat dominus vasallo ⁊ non vasall⁹ domino. in iure feudali. nec certum feudum. nec etiam de futuro perdit ex hoc vasall⁹. sed illud obtinet absq̄ seruicio. dum viuit: ſ post mortem domini. non potest sequi in alium. ¶ Bona pontificalia. ⁊ feudo vexilla debet Rex integra conferre. ⁊ non diuisa. ¶ Qui feudum recipit a principe feudo. vexillum habēte. non tenetur idem postea recipere a quocunq̄ feudo

vexillo carēte. licet princeps fuerit naturalis. ¶ Filius paris cōditionis obtinet scutum bellicum patris post morte. interim q̄ p ho magium non degenerat ¶ Si filius loco patris homagium facere contēnat. per hoc scutum bellicum nō exaltat. ¶ Nihil exaltat scu tum hominis: nisi feudū vexillum si sibi fuerit collatum. ¶ Nemo heredat feudum. nisi pater ī filium: si post morte patris infra ānum ꝛ diē veniat filius ad dñm. et offerat homagium manibꝰ cōiunctis appropians ad ipm. vt si steterit dñs. ipm valeat attingere. Si sedeat genua flectat corā ipo. ¶ Quidā dicunt q̄ mouē debeat manus erga dñm. q̄ nō est ita. Quis cum accesserit ad dñm stantē vel genua flectat coram sedēte totum corpꝰ mouetur ꝛ manꝰ. Taliter debet loq̄ hō. cum exposcit iunctis manibꝰ. suo feudo inuestiri. dñe ego exposco a vobis bona recipere. ꝛ ipsis a vobis inuestiri. etiam p ius ad vos adduxi. ꝛ offero ꝑpter hoc meum homagium semel se cundo. tertio: ꝛ constituo testes vestros homines. Si renuat dñs ꝯ iustitiā eiꝰ homagium recipere: ille bona per ius obtinebit: p qui bus prebuit homagium. et resideat in eis absq̄ seruicio. nec ipsum oportet a dño iterꝝ petere inuestiri: dum testes vixerint prime petitionis. ꝛ ipsa bona heredat in filium: et poterit inde alios infeudare q̄r per ius sua bona obtinuit: in q̄bus sibi a domino ius fuerat dene gatum: nec oportet ipm homagium suum denuo exhibē: nisi forte testes ab ipso positi moriātur. ¶ Cui feudum fuerit violēter ablatum. ipm oportet querelā suā singulis annis renouare. q̄r caret pos sessione. ¶ Si restituat dñs homī feudū. ille statim recipiat. aut se ipm negliget: q̄r dñs infringet ei āni terminū. cum oblatione feudi. licꝫ sit vasallꝰ inuestitꝰ p ānum et diē per h̄ q̄ poterit a dño inuestiri

De dño q̄ non tenetur respuere homagiū et de testibus inter dñm et vasallum suū producēdis.

Dominus non tenetur alicuiꝰ homagium respuere: nisi corꝝ tm̄. q̄ scuto bellico non vtuntur. aut illegalium siue etiam in eodē iudicio ꝓscriptorꝝ. vel si dñs traxerit ad iudicium corā iudice ꝓuinciali: sup spolio aut violētia. ꝛ terminꝰ fuerit p sentētiā ꝓrogatus. infra illum terminum. non oportet dñm homagium recipere offerētis. ¶ Quē recipit dñs in vasallum. illi negare nō poterit. feudum cōferre. q̄ iuste deduxit in omni tpe. ꝛ in omni loco ad ipm tenetur dñs feudum ꝯferre. iusto mō petēti: excepto cemiterio et ecclesia. ¶ Quando q̄rit dñs in sentētijs ab hominibꝰ suis: vtꝝ offerēs homagium suum taliter hoc obtulerit. vt ipsum de iure re-

cipere teneatur. ⁊ ipsi inuenire sentētiā ꝯdicunt absq̃ dn̄i culpa. ⁊ h̄
pn̄t per iustitiā obtinere: dn̄s fit inculpabilis erga vasallum. et per
hanc oblationē vasallus aliud nihil acq̃rit. nisi ꝙ dn̄s ipi opponat
ꝙ annum et diē neglexerit. securus poterit in ꝯrium sacramentum
prestare. ¶ Inuestitꝰ feudo vasallus a dn̄o quod ad ipm̄ de iure de-
ducit. tenetur statim ipm̄ nominare dn̄o. ⁊ si quid remanet quod ig-
norat. illud debet. infra duas hebdomadas intimare. in loco quem
sibi dn̄s corā suis hominibꝰ assignabit. ⁊ quod ibi nō nominauerit
h̄ ꝑdidit in instanti. ¶ Quicq̃d āt nominauerit: si dn̄s nō ꝯfiteatur
hoc ꝑtinere: oportebit ipm̄ hic statim testibus approbare si p̄t. ꝙ si
nō possit. habebit inducias ꝑ duas hebdomadas. ⁊ tenetur statim
testes corā dn̄o nominare: ⁊ dn̄s tenebitur. septē diebꝰ ad terminū
euocare. quod petit vasallꝰ. ⁊ nō quod vult dn̄s. ¶ Si q̄s de his
septē pn̄s fuerit. hunc nō oportet dn̄m in termino postea statuere:
si statim ab eo querat testimonium veritatis ¶ Qui in termino nō
apparet de his quos dn̄s tenetur adducere per hunc: quātum ad ꝑ-
fectionē ꝓbauit vasallus suā intentionē. ꝯ dn̄m: h̄ ꝯ parē vicinum
nō p̄t quis. tali testimonio rem petitā obtinere: sed si excusatione le-
gittima ꝑpeditus aliq̃s de septē in termino nō assistat. ⁊ hoc de iure
monstretur: absentia ipius. dn̄o non cedit in dānum Si testem no-
minatum vocauerit dn̄s ad terminuꝫ. iure feudali. ⁊ ille nō venerit
tunc ipm̄ denuo cittabit peremptorie. ſm̄ ius et vltimo abiudicabit
illi feudum. quod ab eo tenebat. ⁊ sic remanebit dn̄s absq̃ culpa. et
absq̃ dāno: si nō cōpareat quē vlteriꝰ ꝑ ius feudale nō poterit coar-
tare. ⁊ tunc licebit vasallo. loco cōtumacis. testē alium surrogare:
agens ꝯ dn̄m suum. ī iure feudali: si testē nominauerit. quē dominꝰ
dicat. nullum feudum obtinere: ⁊ hoc sacramēto ꝓbauerit. illū nō
oportebit dn̄m in termino ponere: si iurauerit dn̄s in presentia illiꝰ.
⁊ ille a dn̄o se hr̄e feudum nō ꝓbaret. totum vacabit dn̄o quicquid
ab eo in feudo possidebat. ¶ Si testem ducat dominus ꝯ vasallum
⁊ ille nō credat: ꝙ testis sit infeudatus a dn̄o. ꝙ contra ipm̄ de iure
possit testari. hoc oportebit testē sacramento ꝓbare. ⁊ feudum no-
minare de quo valeat esse testis. ¶ In termino assignato. eligat va-
sallus septē testes a q̃bus de iure suo req̃ratur. Inter omnes quos
dn̄s ad testimonium duxerit. ⁊ ille. si ꝑ duos tātum inter oēs suam
ꝓbauerit intentionē. vasallus obtinet quod petebat. ꝙ si nō fecerit
cecidit a causa. perdit etiā si ad terminum in iure feudali non venerit
assignatū. Si etiā dn̄s ad terminum nō venerit assignatum vasallꝰ
rem petitā absq̃ testibꝰ obtinebit. Impedimēto tn̄ legali poterit
vterq̃ legittime excusari. captiuitate. infirmitate. obsequio Regis

et terre necessitate. Si ab aliquo impugnetur. ⁊ ipē ꝑ clamorē ad defensionē ipi⁹ fuerit euocat⁹. ¶ Legalis necessitas. si retardet ꝙ ad terminum feudalē nō veniat vasall⁹. tenetur mittere nuncium. q̇ legittimum exponat impedimētum: et sacramēto confirmet. Si non credat dn̄s hunc veꝝ esse nuncium illi⁹: vtrum lib̄ sit: aut seruus ꝑ h̄ nō poterit ei⁹ legatio reprobari. ſ̄ hoc ē ī arbitrio dn̄i. vtꝝ statim recipiat sacramētum vasalli. aut nō. tunc tenetur venire ad terminū impedimēto legali cessante. ¶ Si captiuitate detētus ad terminū venire nō valeat feudalem nec nuncium mittere tenetur. ad terminū ꝓximum. q̇ sibi posit⁹ fuerit ꝑ sentētiā postq̄ euaserit captiuitatem tenetur venire ad illum tanq̄ ad primum q̊ ꝑ impedimētum fuerat ꝑuatus. ¶ Sicut p̄scriptum ē sic dꝫ vasall⁹ seq̇ feudum ad dn̄m altiorem homagium offerēdo. si dn̄s a quo tenuit feudum moriatur vel etiā sua resignet: vel a feudo suo ꝑ sentētiā sit eiectus. Supplicabit etiā dn̄o ꝙ ei feudum ꝯferat. taliter ⁊ ostēdat. ꝙ cum tāto honore in ipso valeat residere. cum quāto resedit ipse tp̄e primi dn̄i. q꞉ nō ē iustum ꝙ aliq̇s humilietur in feudo. ¶ Quem dn̄s ad alium ore ꝓprio nō assignet. infra ānum ⁊ diē: postq̄ ille assignari petiuit amō non poterit dn̄s hunc alteri assigr̄e. ⁊ ipē tenebitur eum feudo inuestire. ¶ Cum moriatur dn̄s. filium relinquēs heredē vasallus infra ānos discretionis domicelli nō dꝫ a supiori dn̄o petē inuestiri ¶ Si puer seipm̄ negligat ī termino: vasall⁹ postea terminum obtinet ad sequēdum bona sua ad quēlibet infra annum ⁊ sex hebdomadas. ¶ Termin⁹ vasalli incipit statim qn̄ dn̄s fuerit feudo inuestitus: qd̄ ille recipere debꝫ ab eodē. dn̄s eīn feudum nō p̄t alteri cōferre priusq̄ sibi fuerit collatum. nisi forte dn̄s eius iniuste contradixerit ipsum infeudare ¶ Extra terrā si dn̄s fuerit: siue capt⁹: ꝙ ab eo domicellus petere non valeat inuestiri: poterit infeudare de feudo nō recepto: ⁊ alios inuestire. ⁊ qd̄ sibi ꝑtinet in suos vsus ꝓprios cōuertere: quasi foret inuestitus: dummō ad annos ꝑuenerit discretionis. ¶ Si āt conferat anteq̄ percipiat: ratam et firmā tenere debet suam collationē.

De legali impedimento ⁊ missione nuncij

De oblatione homagij.

De assignatiōe feudi

De vasallo qui debet sequi sua bona

De terminis ānoꝝ et de iterata receptiōe feudi.

VAsallus qui semel feuduꝫ recepit a domino suo: si moriatur dominus eius: aut feudum resignet: quod ab eo tenebat q̇s quis inferior: qui ab ipso feudum recipere tenetur. potest se ipsum negligere super anni spacio ⁊ diei. Licet dominus sedo nō receperit feudum. cum se in termino simili non neglexerit quia a dn̄o in bonis nō poterit elongari. cum infeudatione quā fecerit. ad quā

De etate pfecta puerorum ꝛ tutore.

ipse per sententiam ē cōpulsus. ¶ Puerorum terminus in annis cōstat esse tredecim ānorum ꝛ sex hebdomadarum ab eorum ortu: tñ indigent accipere tutorē dum fuerint infra annos discretionis: qui terminantur in vicesimo primo et hoc si quis ipsos voluerit ī feudo coartare. ¶ Tutor āt pueroꝝ erit. de vasallis domini: qui eos protegat in iure feudali erga dñm. ꝛ quemlibet alium illi promittere tenentur digito ꝛ lingua. ratihabitionē in lucro ꝛ damno ¶ Anni vero puerorum non numerantur a conceptione: sed a tempore quo natus fuerit homo in mundum. ¶ Quocunqꝫ modo puer feudum repetat infra suos annos: quod sibi penitus nemo recognoscit: hoc debet dominus discutere loco pueri cum ipsius vasallis: aut etiam tutore: vtrum feudum quod tunc vacat puero pertineat vel ipi domino. ¶ Dominus etiam est tutor pueri in bonis: que de ipso tenet infra annos pueriles: dum nulli contulit hoc emolimētum ꝛ debet inde redditus accipere: donec puer ad annos perueniat suprascriptos infra quos puer se negliglere non valebit: si a domino non pecierit inuestiri. ¶ Si credere noluerit dominꝰ: ꝙ puer annos exierit pueriles: hoc probabit puer sacramento: aut eius tutor: aut etiā de domini vasallis vnus. postea nō licebit domino extrahere aliquid de his que noscuntur ad puerum pertinere.

De repetitione feudi pueroꝝ

De probatiōe etatis puerorū

Qui testis esse poterit et de inuestitura feudi vasalli.

q Ui adhuc annos pueriles non exierit: testis esse non poterit alicuiꝰ in iure feudali. ¶ Quātumcunqꝫ fuerit iuuenis filiꝰ post mortē patris: si tutor eius ipm duxerit ante dominum: ab eo ꝺm iustitiā postulans inuestiri. dominꝰ tenebitur hoc implere ipsum protinus infeudando: si fideiussores ponentur dño. si plures sint fratres ꝙ super infeudatione dicta nullus dñm infestabit. ¶ Quando puer infra annos a dño fuerit infeudatus ānus statim incipit vasalloꝝ ad recipiendum de puero bona sua. ꝛ astricti tenentur alciori domino seruire: si eis a puero vel ab eius tutore ꝺm ius fuerit imperatum dummodo dominus vsum feudi nulli contulerit. in his bonis

De fructu feudi et de possessione ꝛ resignatione

n Ullum feudum poterit excipi. quin vsum fructus dominus conferat: vł sibi retineat infra annos pueriles. nec ē sequela in tali collatione. Dominus tamē potest vsum fructus conferre extra. ꝛ sic inuestitus non heredat in filium. et taliter feudum

expirat in morte pueri: aut cum annos exierit pueriles: dum puer de gratia vel de iure vsum fructus in suis bonis non recipit: interim non est astrictus domino nominare bona que sibi contulit in feudum ¶ Nemo potest iustam possessionem acquirere per infeudationem: aut impignerationem: aut etiam resignationem in bonis: que post mortem patris ad puerum deueniunt in iure prouinciali aut etiam feudali: per quam iustam et primam possessionem puero valeat infringere. nec etiam ille in quem heredat talis possessio infra annos pueriles suprascriptos. ¶ Si quis resignet feudum puero ad hoc vt ipsum alij conferat: et puer hoc fecerit: et ratum habuerit cum peruenerit ad annos tunc enim primo verum feudum nuncupatur. Si vero puer idem factum voluerit postea retractare: ab illo feudum requirens qui hoc ipsum resignauerat: vt alteri conferatur. extunc nec infeudatio talis per iustitiam retractetur. Resignatio enim non pueri dictat eo quod ille eam ad hoc fecerat vt dictum est

De inuestitura filiorum et vasallorum. alias de cognati inuestitura et de morte habentis filium.

Si cognatus heres voluerit inuestire vasallos. cum annos exierint pueriles. ipsi tenentur denuo hoc feudum a puero impetrare ne contingat ipsos feudalem terminum preterire. ¶ Si filium habens moriatur homo infra annos quibus debuit inuestiri: per hoc feudum non elongatur a filio: licet pater hoc non recepit in feudo. quoniam se in termino non neglexit. ¶ Si moriatur domicellus infra terminum. quo vasalli debuerant inuestiri ab eo: ipsi sua bona sequetur. vbi proxime perceperint dominum heredari nec inde debent aliquam sustinere iacturam. ¶ Dominus etiam non potest vasallum in resignando feudum bipartiri. nisi bona que tenet ab ipso habeat dominus a pluribus quam ab vno. ¶ Si contra iustitiam resignauerit: minor pars feudi sequetur maiorem. Si resignauerit dominus minorem partem feudi quod ab eo tenetur ab vno: vasallus non tenetur illud iterato recipere. nisi tantum a domino superiore. ¶ Uasalli tenentur tantum ab vno filiorum domini feudum recipere: licet omnibus sit collatum. ¶ Maior autem dominus tenetur solum ostendere a quo feudum recipiant si fratres ipsi in diuisione feudi non concordant. ¶ Dominus etiam non tenetur plures inuestire fratres. nisi tantum vnicum inter omnes. ¶ Quando pater moritur infra pueriles annos filiorum: in eorum stat optione quem voluerint a domino inuestiri. Si pretereat annus et dies in optione. domini erit: cui voluerit feudum conferre a quo pe

cierunt iure debito infeudari. ¶ Si cōferat domin⁹ vni puerorum feudum pro sua voluntate: ꝛ nō ſm iuſtitiam: hoc alijs non preiudicat ad feudum recipiēdum. ¶ Si quis de fratrib⁹ annum neglexerit erga dn̄m: liber eſt dominus ab inueſtitura eiuſdem: niſi ꝓprio ſe eximat iuramēto. ¶ Unus fratrum ſi peruenerit ad ānos: ꝛ alij ſint infra: ꝛ ille petat a domino inueſtiri: oportet eum promittere ꝙ fratres a modo dominum non impetent. ſuper feudo ſic collato. Et ſi ratum non habuerint fratres iam adulti: ꝛ a domino poſtulent inueſtiri: dn̄s terminum ponat vtriſqꝫ. Si ſenior iuniores nō ammoneat ab actione: ꝑ ſentētiam ſpoliabitur a parte quantū fratrib⁹ hereditauerat an̄ factum

De lecto egritudinis.

i N languore lecto attruſus ſi a dn̄o: vel a pueris: vel ab aliquo ad hoc habente feudum alienare voluerit. ꝛ hoc alteri conferat: ſi hoc iterum receperit: nulli preiudicat: qꝛ factum ē hoc dum langueret. ¶ Nemo poteſt feudo priuare cecum aut mēbro carentē aut etiam aliqua infirmitate detētum ¶ Si vir ꝓcuret vxori vite ꝓuiſionē cum filioꝝ ꝯſenſu adultoꝝ: illā nō poterit: nec dn̄s: aut filij infringere: dum poterit teſtibus hoc ꝓbare. Si pueri cōſenſerunt infra annos hoc poterint poſtea immutare. ſ nō dn̄s.

De vno feudo collato multis fratribus

m Ultis fratribus poterit dn̄s ſolum feudum conferre. ſi compoſitis manib⁹ hoc receperunt oēs ſil'. Si vero voluerint ſeparari inter ſe pn̄t feudum partiri abſqꝫ domini voluntate. Cum āt fuerint ſeparati nullus eorum ius aliquod habꝫ ī bonis alterius fratris: niſi ſibi fuerit feudū de futuro ſcd̄o collatum. ¶ Si autem vnus fratrum moriatur puer ipſius in parte demortui pr̄is ſuccedit inter patruos: ꝛ ius obtinet loco patris. ¶ In ſimili feudati: dum non ſunt diuiſi: nullus eorum poterit partē aliquā feudi cuiqꝫ conferre: nec etiam reſignare in preiudicium aliorum. Qui āt partem non receperit ſpecialē: partē conferre nō poterit: aut etiā reſignare. ¶ Quicquid āt ꝯtulerit: aut dimiſerit: hoc ꝑ ſe infringere nō valebit. ſed illi tn̄ qui feudo ſibi ſunt participes ꝛ conſortes.

De infeudatiōe plurium

¶ Si plures vno feudo inueſtiti ꝛ non ſeiuncti fuerint ꝛ dominus moriatur vn⁹ poterit ſeq̄ feudum ad alium dominum. ꝛ nō plures. ¶ Quod de ſua voluntate dominus vaſallo contulerit. ſi ipm̄ non valeat in collocato tutari recōpenſare tenetur eidē in equipollenti. dummodo vaſallus ſe nō negligat infra annum: q̄n intromittat ſe de collatis ¶ Si quis eum eiecerit: querela debita proſequatur:

quod si nō fecerit: dñs a recōpensatione per sententiam liberatur. ¶ Cum per ius feudale fuerit dñs cōpulsus ad aliquē infeudādum si per ius sibi fuerit ablatum: q̄ in feudo dicto tutari non possit vasallum: hoc non oportebit dñm resartire. ¶ Si dixerit dominus q̄ ipsum velit tutari: et mandauerit sibi feudum vendicare: hoc sibi resarciet: si tutari nō possit. nisi forte vasallus se neglexerit: ita q̄ feudum ab eo alienetur absq̧ sua ꝯdictiōe iusta infra terminū feudalē.

De mulieribus feuda habentibus et de pueris: qui viuente patre suum obtinent feudum. Et de diuersis causis circa feuda contingentibus

m Ulier infeudata ⁊ virgo: nō coguntur ad expeditionē imperatoris. Tenētur tñ ī iuuamine suis dominis scd̄m ius positum nō emitti. Libere sunt etiā a cauillationib⁹ ad ius feudale per sentētiā prouocate. ¶ Si viuente patre ipsi⁹ feudum pueris a domino cōferatur. in cuius possessione pater postea moriatur: pueri tenētur ad dñm accedere: postulātes: q̄ eis feudum recognoscat quo eos patris tp̄e inuestiuit ⁊ hoc facere tenentur infra terminum supradictum. Qz si dñs minime recognoscat pueri se offerant ad feudum testib⁹ obtinendum. hoc testimonium poterit dominus dirimere: eo q̄ non sint in possessione nisi probare valeant infeudationem de futuro. ¶ Bonum est pueris sequēdo dominum homagium non prebere: q̄ possessione carentes feudum euincere nō valebunt si non hoc dñs recognoscat ¶ Ubi pater: ⁊ filij possessionē in feudo cōmunē habuerunt ⁊ equalem: pueri patris feudum obtinent post decessum. si infeudationē probare valeant ꝯtra dñm infra spacium memoratum. ¶ Si resignet feudum quisq̧ dño ad hoc vt alium inuestiat eodē: si statim nō cōferat: ⁊ sibi retinere laboret: iusticiam nō sectatur nō eñ aliomō sibi fuerat resignatum: nisi vt alteri conferatur ¶ Si pr̄ filio feudum resignet corā dño: nō obtinet in h̄ feudum quod dr̄ heredat. licet fuerit patris: q̄ pr̄ in filium feudum post morte nō heredauit: q̄ feudum hereditariū dño resignat ⁊ id iterum ab eo recipit: ⁊ hoc a mō hereditarium sibi nō est. Quicunq̧ sibi dixerit aliud ius in feudo pertinere aut plus q̄z habeat si non probauerit ius quod sibi indebite vēdicauit: totum perdet qd̄ in eo prius habuit ¶ Qui rectam possessionem obtinet in feudo: potior erit in iure ad obtinendum. q̄z qui caret possessione. ¶ Qui resignat feudum domino altiori. et iterum ab ipso recipit in feudum vel aliud quod ab inferiore tenebat. et si quiet⁹ resideat in eodē per

De resignatiōe feudi.

De recta feudi possessione

annum. et si etiā latet hoc dñm inferiorem non sibi preiudicat q̄ nō
contradixit: si iuramēto probauerit infra suum terminum. q̄ talem
resignationē vasalli penitus ignorauit. Si querelam moueat: cum
vasallum primo pceperit hoc fecisse. quicunqz ipsoꝝ prime infeuda
tionis possessione probare poterit per sex testes secum: erga dñm:
de vasallis ipsius domini: ipe feudum obtinebit. Si probare potue
rit vasallus: q̄ minor dñs per sentētiam feudalē fuerit abiudicatus
a feudo memorato: testimonium domini adnullatur. ⁊ licet vasall⁹
ipm feudum habeat in possessione per hoc ipsum a suo domino non
elongatur. ¶ Testis super possessione feudi esse nō poterit: q̄ non
De testimonio feudi. ē a domino infeudatus. ¶ Super possessione testari potest omnis
qui ius suum obtinet illibatum. ¶ Nullus a possessione deb; eijci
nisi iudicio euincatur. ¶ Priuatus feudo p sentētiā: vl' q̄ sponte re-
signat: carere deb; possessione. vasall⁹ tñ pot infra annum domino
negare resignationē: ⁊ iuramento probare. ¶ Si feudum resigna-
tum dñs alteri contulerit in presentia resignantis: ⁊ ipse non recla-
mauerit ad idē postea recurrere iuramēto pstito nō valebit. ¶ Si
infideliter cōpellat dñs vasallum ad feudum resignandum: hoc nō
preiudicat resignanti: si supra ipsa violētia infra terminum de quo
dño conqueratur. ⁊ iure conuincat. ¶ In verbis. ⁊ velle nō ē vio
lentia: si nō actio subsequatur. ¶ Si quis alteri feudum resignet
corā dño: cum resignatur: statim subintrat possessionē. ¶ Vicin⁹
vicinum in pluribus p testes potest conuincere: q̄z dñs vasallum
¶ Si probatione pari duo vnum feudum repetāt in iure: ⁊ offerat
se quilibet ad possessionē per testes probandum: ⁊ illud neuter ab
alio tenet. assignari debet eis terminus in villa. in qua iacet idē feu-
dum: ⁊ a vicinis super possessione veritas inquiratur. ⁊ qui plures
habebit testes: ⁊ pociores possessionē feudi obtinebit. hoc testimo
nium debet ipse dñs audire: aut duos nuncios veraces ibi dirigere
qui sibi pro gratia domini referant: quid quilibet sibi obtinuerit q̄d
petiuit. Si p discordiam vicinorum: aut pter hominum ipoꝝ. sup
possessione iam dicta. nō possit veritas inquiri: p sacramētum com
pellentur actores: ad hoc quod sibi de iure pertinet ostēdendum: et
quod sibi cōmuniter ostenderint pertinere: inter ipsos equaliter di-
uidatur: aut per aque iudicium separentur. ¶ Judicium dñi. serui
aqua vel ferri non lic; in causa aliqua experiri. nisi i qua modis alijs
nō poterit vitas indagari. ¶ Si dñs ⁊ vasall⁹ dicāt se idē possidē
feudū: ⁊ h vterqz se offerat ad pbādu; testimoniū vasalli pcedit: ⁊
dirimit dñi. q: lic; feudū repetat. h nō facit ipm a domino alienum.

¶ Si culpet dominus vasallum: q terminum neglexerit: feudum repetēdo: et homagium nō exhibendo: seu etiā feudum extrahēdo: ille iuramento suā innocentiam expurgabit. nisi forte dn̄s probare valeat: q post anni terminum: corā hominibus suis abiudicata sit omnis impetitio in feudo supra dicto. Juramēto sex testium: et suo dz dominus euincere feudum a vasallo ¶ Si dicat dn̄s q coram suis hominib9 iuste abiudicauerit impetitionē vasallo: et ille dixerit: q infra terminum suum infeudari repetiuit: aut etiā feudum extraxit: et hoc testib9 velit pbare. si h̄ faciat testimonium domini adnullabit. ¶ Si ad q̄relā alteri9: dn̄s abiudicet bona vasalli: debet actorē mittere in possessionē rei iudicate. Illi tn̄ remanet actio extrahendi bona sua infra terminum quē dn̄s ei assignauerit. domin9 āt tenetur corā suis hominibus terminum assignare p sentētiam: quē debz actori per duas hebdomadas intimare. in quo si re9 appareat et nō actor: liber p sentētiā iudicatur. nisi forte exceptione legittima que ostēdatur in iure actor fuerit impedit9: q̄. pbata: actor remanet absqz dāno. ¶ Infra terminum feudum extrahēdi: si moriatur abiudicatus: extractionē heredat in filium: et ille sequitur feudum ad alium dn̄m. ¶ Si dn̄s suus moritur. aut resignat. aut vēdit aut indebite ꝯdicat heres conferre nō poterit si q̄d vacat. nisi prius suum feudum extraxerit erga dn̄m. ¶ Si ad alium dn̄m feuduz deuoluatur: non oportet illum feuduz extrahere. h̄ tm̄ sequatur feudum h̄m ius feudale Ideo oportet filium bona sua erga dominum extrahere si pater moriatur. ¶ Quotiens feudum ad alium dn̄m deuoluitur terminus feudum repetendi totiēs renouatur. ¶ Infra terminum quem dominus vasallo posuit ad respondēdum. potest idē feudum conferre: et in filium heredare. Filius nō rn̄det domino loco patris: nisi forte bona possideat: sup quibus pater erat ꝯuētus: aut si pena in bonis ipsius domino fuerit indicata: illam oportet ipm̄ soluere: aut iure patris iusto iudicio excusare. ¶ Si requirat vasall9 a dn̄o feudum: quod nō possidet: et dominus coram hominib9 suis terminum assignet eidē. vasallus non poterit idē alteri conferre infra terminum. ¶ Si in presentia vasalli sibi feudum abiudicetur: et nō reclamat. hic non poterit a modo feudum extrahere sacramēto.

Tria sunt que poterit dn̄s pbare cōtra vasallū.

t Ria sunt tantum que dominus probare poterit contra vasallum: quod loquitur: quod facit: quod promittit ī iudicio feudali. Si etiam Regis obsequium fuerit vasallo per sentētiam imperatum domin9 hoc poterit cōtra vasallum pbare. p suos

homines. et pares illius qui hoc audierunt ¶ Si etiam dominus citet vasallum. ad iudicium feudale. ipse. ipsum ore ad os per sententiam. istas tres causas debet dominus potius erga vasallum probare p testes duos illi pares: qui hoc audierunt: et viderunt: quam vasallus hoc negare valeat sacramento

De vasallo qui plures habet dominos cui primum suum prestare tenetur obsequium.

Si duos aut tres dños habeat vasall⁹. et hij oẽs seruicium Regis ei p sentẽtiã demãdent: cum eo tenetur psonalr pficisci. cui⁹ mãdatum primo recepit. et alijs succurret in solutione decime marce. vel talẽti quod ab ipis i feudo recepit ãnuatim ¶ Nulli licet domino seruicium Regis nunciare. nisi sibi primo fuerit per sentẽtiam nunciatum Sequẽs feudum. nõ ad filium domini sui. sed ad alium dominum. si dñs ille sibi feudum minime recognoscat. hoc testimonio vasallorum primi dñi obtinebit. et ille p primi domini gratiã. super veritate requirat. et nõ debz ipsos profundius adiuuare. si credere noluerit. quod primo dño fidẽ fecerint. hoc pstito iuramento affirmabunt inter hoc testẽ dñs nullum ad terminum adducet. nisi etiã sit vasallus. Si testes sibi deficiant. et ipse tamen ad scutum feudale sit natus: ita quod ius feudi facere valeat. ipse vtetur paribus dñi vicinis. et vasallis quibuscunqz et quãtcunqz indiguerit. qui p homagium sunt astricti dño: ad quẽ pertinet petitum feudum a vasallo. ¶ Si resignet dñs domino altiori feudum vasalli: ipso quoqz hoc penitus ignorãte: et hoc fuerit alteri collatum. ipse feudum sequetur ad illum infra terminum feudalẽ. ¶ Termin⁹ aũt incipit: cum dominus corã suis parib⁹: sibi intimat feudum resignasse: aut ille homo sibi intimet: cui ẽ collatum: aut per nuncium dñi fuerit in possessionẽ missus.

De feudo quod dominus vasallo negauerit.

Vasallus non debet ab altiori dño petere inuestiri feudo: quod tenet ab inferiore. nisi prius ab ipso audierit. quod feudum resignauit vel in ipso se neglexerit. quod si sibi dominus fateri noluerit moneat ipsum corã vasallis suis per sententiam: quod bona sua expediat erga dominuz infra rectum terminum: hoc ẽ: infra sex hebdomadas: et scdm iustitiam tueatur. Si hoc facere iterum noluerit et ille hoc testari valeat per vasallos: bona sua sequatur ad dñm altiorem. et hoc sibi nocere non poterit: si etiã dñs su⁹ feudum reciperet quod dimisit. ¶ Si auferat a vasallo domin⁹ feudum: aut facere

deneget ius feudale: siue possessione priuet: cum ipsum teneatur de iure tutari. hoc vasallus altiori domino conqueratur: corā vasallis eiusdem: ⁊ ille per sentētiam precipiat inferiori: aut nuncijs ipsius: coram duobus testibus: ꝙ iustitiā faciat vasallo: et verus sit eius tutor. Qꝫ si facere noluerit: dn̄s altior feudum sibi conferet: ⁊ in ipō tutabitur: si hoc probauerit dominus. sm̄ iustitiā feudalē. ¶ Duo vel tres a dn̄o infeudati de futuro h ē: vbi domino primo vacauerit hoc expectēt: donec vacet. ¶ Non preiudicat vasallo in suo iure. si dominꝰ terrā exierit infra terminum: in quo petere debuit inuestiri. Tunc vasalli terminus incboabit: cum dominꝰ ad ꝓpria reuertetur Si vero viderit ipm̄ vasallus: in curia superiorꝫ: vel in domo ꝓpria. aut etiā in iudicio: infra terminuꝫ: et ab eo nō supplicet inuestiri: ipse se negligit: atꝫ bona Si terrā exierit vasallꝰ infra terminuꝫ: ipseꝑ h nō poterit ꝓrogare. ¶ Sicut vasallꝰ terminum ꝓrogat: cum a dn̄o supplicat inuestiri: ⁊ dominus hoc facere indebite cōtradicit: sic dominus terminum abreuiat: si feudum prebeat non petēti ¶ Si se abscondat dn̄s. aut in castro claudat: ꝙ ad eum vasallꝰ accedē nō possit: vt ab eo supplicet inuestiri: hoc nō nocebit vasallo: si ꝓbare valeat in iure: ꝙ dominum quesierit in curia: aut domo: ad quā dominus introitum: et exitum frequētabat: ⁊ ibi prebuit homagium aut etiā extraxit bona sm̄ ius

Quomodo vasallus penas euadat erga dn̄m.

In trāsmarinis. si moritur pater: aut al's cum de morte ipius cōstiterit filijs: inchoat terminꝰ eorꝫ ad feudum repetēdum ¶ Si etiā dn̄s moriatur vasallis inscijs: eorꝫ terminus inchoabit: cum de vero constiterit eisdē decessu ipsius. ¶ Vasallꝰ pt ꝓprio iuramento: omnes penas erga dominum euadere: que cōtra ipm̄: non in eius presentia per sententiā fuerint ꝓmulgata: infra terminum anni sui. nisi dn̄s per testimonium ipsas obtineat: sicut scriptum est. Si requirat feudum a dn̄o vasallus: quod ille sibi non fatetur: qď nec ille possidet: oportebit ipsum fideiussores ponere sub pena domini: et etiam vasallorꝫ: anteq̄ꝫ sibi terminum constituat in iudicio feudali: si aliud feudum a domino nō habeat: q̄ꝫ quod ex possessorio requirit. In quo āt ē possessor possessio fideiubet. erga dominum: si eam erga dn̄m valeat optinere testibꝰ. ¶ Bona vasalli. si conferat alteri dominus: digito: vel lingua sibi promittat eadem tutari: propter hoc primus: prima feudali possessione non carebit de iure: nisi dominꝰ probare valeat: ꝙ sibi possessionem suam per ius feudale abiudicauerit: et infregerit. ¶ Dominus non potest

feudum cuiq̃ conferre: et eius possessionē: cui⁹ non ē ipse possessor. ¶ Quando dn̄s scutum suum humiliat per homagium: omnium hominum suorũ perdidit feudum et vasallorũ: si sibi nō sit ꝓprium et ipsi vasalli feudum recipiēt a dn̄o altiore: aut ipsis oñdet ad parem primi dn̄i. Idē faciet vasallus: si dn̄s feudum humiliet: et ipm̄ ab inferiore recipiat: q̃ sit primus. Scutum tn̄ vasalli nō deprimitur: si pari suo faciat homagium: et ab eo feudum recipiat: ad pacem pro occisis parentibus sibi reformandum: dummodo homagium non transeat ad heredes

De feudo sup fidē collato: et de promisso domini

Super fidē suā: si feudum alicui conferatur: ita q̃ dn̄o ipsum liceat redimē in termino certo. hoc potest domin⁹ redimere. si placet aut non. ¶ Si moriatur ille dictum feudum vacat domino: nec tenetur dn̄s heredibus illi⁹ solutionē cōferre ꝓ feudo sic collato. Si fidē infringere voluerit taliter infeudat⁹: negans q̃ ipm̄ feudum ab eo possit absolui: hoc oportet iuramēto ꝓprio affirmare. nisi cuinci valeat ꝑ testes: q̃ hoc sit ꝓmissum ī iudicio feudali ¶ Omnē inculpationē super pena: q̃ ꝯtingit in iudicio feudali pōt dn̄s probare aduersus vasallum: duobus sibi testibus coniunctis: suis etiā vasallis. Si talis sit causa que feudum possit āmittere vasallus: hāc oportet dn̄m sibi et sex adiunctis suis vasallis iuramēto probare. ¶ Vasallus pt̄ alteri conferri feudum. quod sibi ī fide sua collatum ē: pōt etiam in filios heredare⁹ nec oportet ipsos hoc restituere redemptori: nisi hoc promiserit resignare. ¶ Vasallus nō tenetur dn̄i promissum implere: nec fili⁹ patris. sup feudo resignādo. ¶ Absq̃ homagio potest dn̄s alteri bona impignerare: sed hoc sit in fide sua: q̃ sibi ratum teneat quod promisit. Quod si velit infringere. hoc pt̄ prestito sacramēto facere: nisi creditor probare valeat. q̃ in iudicio hoc sit factum. ¶ Quicquid dn̄s in fide confert in arbitrio stat infeudati: vtrum resignare velit: an non: nisi dn̄s probare valeat. q̃ hoc factum sit ī iudicio feudali. Qui taliter inuestitur: nō tenetur ipsum feudum. morte soluta filio dn̄i resignare. vel alteri ad quē deuoluitur mortuo dn̄o nisi illi promiserit resignare. ¶ Qui bona impignerata dixerit infeudata iniuste dicit: quia nemo potest pignus in feudum conferre. ¶ Qui bona voluerit impignerare ad suum profectum: hoc faciat corā iudice prouinciali: ita q̃ testes habeat eidem iudicio presidētes. ¶ Infeudatio autem fieri deb; corā domino vasallorum: et ipsis presentibus: qui hoc valeant testari. ¶ Pignus infeudatum: non pignus: neq̃ feudum nuncupatur.

¶ Quicq̄d dn̄s confert vasallo. h est aut ve℞ feudum: aut feuduz hereditarium: aut feudum castrēse: aut de futuro feudum de bonis alteri⁹ post obitum possessoris: quod dn̄o vacabat ¶ Vir pt etiā feudum recipere: cum quacunq̄ muliere: ita q̄ tutor ei⁹ sit in eodē: et sequitur ad alium dn̄m ¶ Si dn̄s mulieri obierit. vbi sibi deficit sequela: q₂ scuto bellico caret: vir h₃ scutum. et possessionem. a muliere in bonis eisdē. et percōsequēs seq̄lam. ¶ Si v̄o mlr moriatur vir perdidit feudum: quod sibi collatum fuerat ad tutelā: nisi infeudatione fuerit inuestit⁹. aut etiā de futuro: hoc ē post mortē vxoris ¶ Si mulier feudum resignauerit: aut sibi p sentētiā fuerit abiudicatum vir ip̄m p̄didit: q̄ hoc receperat ad tutelā. vir āt si feudum resignet: aut per sentētiā perdat: hoc nō preiudicat mulieri: q₂ ip̄a est feudi possessor ¶ Ipse etiā nihil potest conferre alteri de feudo iam dicto. p̄ter assensum mulieris: quod sibi de collato vacauerit: et qđ sibi per sentētiā fuerit abiudicatum. hoc vacat mulieri. et non dn̄o. nec viro q̄ hoc cum ip̄sa recepit. ¶ Vir idē pōt cum voluntate vxoris. feudum de futuro conferre. in bonis antea collatis: et quicquid vacabit et ambo solum plenum ius feudale obtinent in his bonis. q̄ cōpositis manib⁹ receperunt. ipse feudu₃: et bellicum scutum. et ip̄a idem feudum. et possessionem. ¶ Qui modos infeudatiōis plures dixerit. q̄₃ suprascriptos: in feudo cuicunq̄ collato: male dicit: vt℞ dominus fuerit vel vasallus

De feudo de futuro: et de possessione.

Si viro vel mlieri cōferat dn̄s feudum de futuro: et possessor postea moriatur: possessio postea deuoluitur ī obitu: ad illū ad quē feudum p̄tinet de futuro. ¶ Illi⁹ etiā cui⁹ fuerat de futuro: iā factum est feudum de p̄senti: qui possessor obijt absq̄ herede. Et si dn̄s sibi negauerit: oportebit ip̄m probare infra terminum suum per testes duos dn̄i vasallos: qui presentes aderāt audientes: et videntes. q̄ dn̄s hoc feudum sibi contulit de futuro. ¶ Si possessor absq̄ herede decedat. licet dn̄o sibi feudum vendicare. si non reminiscitur se feudum de futuro in his bonis alteri contulisse. ¶ Si vero p̄ueniat dn̄m feudum occupando: cui expectatio: seu feudum de futuro collatum fuerat: non delinquit dummodo pro feudo stat. et ius suu₃ erga dn̄m expediat: cum ip̄m sup h inculpauerit aut terminum posuerit ad iudiciu₃ feudale. Terminum āni ī h nō expectat q̄a sic ip̄m prorogat feudum repetēdo: sic dn̄s abreuiat iustitiā exhibēdo. ¶ Si moriatur dn̄s: aut feudum resignet: qđ tenet vasall⁹

infra terminum. quo per obitum hmōi bona veniunt ad vasallum.
⁊ ipē petere a domino inuestiri bona sua sequatur ad alium dñm ad
quē fuerit ꝑ iustitiā assignatꝰ. nō ꝙ de futuro. ẜ sicut verꝫ feudum:
sed primo offerat dño feudum suum testibus obtinere ¶ Si dñs
hoc sibi deneget: contra ius: tunc vasallus idē feuduꝫ per iustitiam
obtinebit: ⁊ iustā sequelā. ¶ Si resignatum fuerit feudum tempꝫ
possessoris: et iuste: et debite: ad alium fuerit assignatum: cui dñs
cōtulerat ipm: aut ab ipso recipit ipsum feudum. Omnes infeuda-
tiones de futuro fracte sunt: quas dominus fecerat in eodem

De subita infeudatione: et de sequela.

p Uer pt puero feudum cōferre: ⁊ quod vacat infra ānos pue
riles. Si is q̄ confert dñs feudum receperit a dño ī vacatiōe
non ē sequela: si moriatur dominus q̄ ꝯtulerit ipsum. ¶ In
vasallo vasalli recipit dñs feudum. cum vacat. sicut ꝓprium dum
ambo pueri infra annos fuerint puerilєs. ¶ Lecto affixus. si feudū
subito conferat: oportet dño penā exoluere: ⁊ oportꝫ per ius infra
sex hebdomadas feudum infringere sic collatum vel idem sibi abiu
dicabitur de iure. ¶ Subita infeudatio dr: quā q̄s confert in despe
ratione vite infirmitate detentus: aut cum voluerit terrā exire: et si
conualuerit: aut redierit: ipm feudum repetat: ⁊ infringat. Qui ta-
liter feudum alienat. ꝯ deum facit: ⁊ cōtra ius. ⁊ ē contra suā fidem
qꝛ ipse astrictꝰ est fidē seruare domino: ⁊ fauorem ⁊ ꝯfert qd suum
non ē. Immo quod dñi vel alterꝰ per mortē suā qꝛ dicto feudo. ca-
rere nō vult: dum viuit. ¶ Si pactetur q̄s alteri feuduꝫ resignare
q̄ ipm ab eo recipere nō curat. ⁊ ipē sibi possessionē dimittit. ⁊ hinc
feudum predictum hominibꝰ illius ꝓ eius cōfert voluntate. vt ipsi
feudum retineāt ad indebitam illi possessionē confirmandam. ⁊ dñs
ipm corā vasallis inculpauerit iusto modo: ꝙ feudum sic cōtulerit:
⁊ ꝙ ille fateatur q̄ feudum perdidit sic collatum: qꝛ possessionē con
cessit illi. q̄ feudum non habuit in eodē. ⁊ ē simile. ac si corā vasallis
feudum suum diceret alteri dño pertinere. ¶ Si tribus vicibꝰ suꝑ
hoc fuerit conuētus per ius feudale: in q̄ nō appareat. ipm feudum
abiudicabitur ei. nisi se extrahat. infra sex hebdomadas. ⁊ nisi ius ex
hibeat: super illo ei abiudicabitur omnis actio repetēdi. ⁊ hoc quia
possessione caret. quā etiā nemo ab ipso recepit: hoc feudo taliter in
uestiti. nullā ī eo obtinēt sequelā: qꝛ possessiōe carēt. ⁊ nemo ab eis
ipam suscepit. ¶ Omne feudum absqꝫ herede. caret seqla. ⁊ omnis
infeudatio absqꝫ possessione ē iniusta: nisi vtriusqꝫ possideat vnus.
vtrunqꝫ iudicatur iniustum ¶ Si dicant vasalli. se dictuꝫ feudum

possidere hoc oportebit ipsos probare cum multitudine maiori circumsedentium erga dñm altiorē post istam inculpationē. ex q̄ dño suo: suū ius fuerit infirmatum. ¶ Si diffidatur vasall⁹ se feudum taliter cōtulisse se iuramēto proprio expurgabit et infra sex hebdomadas suos vasallos p ius cōpellet feudum dictum recipere in suā possessionem dirimāt cōpositione vel iudicio q̄ feudum sic obtinuit non collatum. Qz si nō fecerit infra terminum cōpetentē prestitum sibi nō proderit sacramentum q̄n feudum sibi p iudicium auferatur nisi ipm contingat p indebitam violētiā prepediri. et hec querela debita prosequatur. ¶ In iusta possessione residēs absq̧ infeudatiōe si se per hoc tueri velit q̧ hec bona dicat sibi censualia hoc etiam fateatur his ad quē defert. ¶ Sciendum ē q̧ Castra vel loca foralia aut iudicia aut bona vasalloꝝ. Nemo potest efficē cēsualia maxime suo pari vel super se celsiori. ita q̧ hoc oporteat sustinere dñm. aut homines aut vasallos. in quos dictum iudicium aut seruicium promulgatur. ¶ Molendina vero et monetas et quecunq̧ thelonea: et curias: et alia bona censualia iam locata: nō licet denuo locare p pēsione maiori ita q̧ oporteat h sustinere. ¶ Qui bona cēsualia iuste voluerit possidere pprijs seruiētibus et expēsis ipa sicut expedit elaboret. Si āt exposuerit ipsa pro censu simili vel maiori ipse cēsualis iniustus quo ad hoc bona censetur. ¶ Feudum in iudicio non licet clerico aut mulieri aut his qui sine iure sunt possidere. ¶ Nemini licet iudicare pri⁹ q̄ȝ iudicādi receperit potestatē ipam āt cum semel acceperit: si moriatur domin⁹ aut resignet: licet ei iudicare infra terminum in quo oportet ipm denuo infeudare

De procuratione et multiplici iure feudali.

Procurator dñi non potest res eius p possessionē. q̄ȝ sibi feudarias vendicare. qz dñs suus sibi tradidit omnia pcurāda. Si vero dñs sibi feudum cōtulerit quod post ea nō fatetur. ipsum oportet hoc testimonio approbare his q̄ h viderunt et audierunt tanq̄ȝ qui possessione caret et non potest ipsum feudum ad aliū sequi dñm nec in filium heredare infra procurationem Quodcunq̧ feudum absq̧ homagio conferatur rectum feudum nō debȝ vocari sicut q̧ ministeriali sine homagio cōfertur in iure curiali. inde tenebitur domino in obsequio iure curiali et non iure feudali. In iure curiali dȝ esse quisq̧ ministerialis innatus. aut dapifer. aut pincerna. aut marsalcus. aut camerarius. pter multiplicē iuris curialis differentiam. Nihil plus inde loquar qz sub quibuslibet Episcopis ab

De cittatiõe vasalli per dñm

De tpe iudicij feudalis

batibus ⁊ abbatissis ministeriales ipsoꝝ ius sibi vẽdicant speciale
¶ Homagium offerendo dꝫ quisqꝫ a domino petere inuestiri: licet
ante ea homagium fecerit eidem. Si negauerit dñs ei⁹ homagium
recepisse hoc oportebit suo sacramento probare. ⁊ reliquias in qui
bus iuret acquirere pro qualibꝫ culpa. ¶ Pena digna: potest dñs
suum vasallum ad feudale iudicium cittare ante meridiẽ ¶ Et extra
dies feriatos licet domino feudale iudicium inchoare in omni loco.
Ecclesia ⁊ cemiteriuꝫ excipiuntur. ¶ Cum hoc dñs facere voluerit
ab vno de vasallis sententiã querat duobus vel pluribus. vtrum
valeat vasallum in feudali iure iudicare sup sua querela. Que sen
tentia cum data fuerit ⁊ ꝓbata. tunc assignet dñs terminuꝫ vasallo
⁊ ipso die vl' post sex ꝓxime sequẽtes ad duas hebdomadas. ⁊ locũ
certum villam scilicet aut curiã que domini sit aut ab eo in feudum
collata. Si querit a domino vasallus vbi sita sit curia vl' villa nomi
nata. dñs hoc sibi tenebitur intimare eo ꝙ multe ville a se distãtes
simili nomine qñqꝫ nuncupãtur. ¶ Si feudum quo a dño vestitus
vasallus ad Regẽ pertineat dñs ei terminum assignet ĩ villa Regis
sibi pertinente. ¶ Si proprium dominum habeat in feudo in ꝓprio
ei terminus assignetur. Si ꝓprium in feudo teneat vasallus quod ẽ
feudum dñi terminum sibi potest fingere ĩ quolibet feudo suo iusto
Quando dñs vasallum taliter cittet ad iudicium feudale vasallis p̄
sentibus precipere debꝫ. ꝙ ad indictum iudicium veniãt vt tenẽtur
Qui ãt non venerit dño condẽnabitur in pena. si se impedimento le
gali nõ valeat excusare: ¶ Culpabilis nõ erit vasallus. si ante me
ridiem venerit ad iudicium. licet ipsum ante fuerit inchoatum. penã
etiam acquirit dñs in cittato in presentia sua per sententiam si ad ter
minum non venerit hora debita nisi se exceptione predicta excuset.
Pro pena soluenda debet dñs respectum habere ad feudum quod
tenet vasallus ab eo. Censualis autem non debꝫ pro domino alcius
impignerare. qꝫ se extendat census eius vni⁹ anni adhuc non solut⁹
Si pignera penam valentia dominus in feudo non valeat inuenire.
extunc feudum teneatur impignerare. Qz si vasallus infra ãnum et
diem non expediat ipm sibi per sentẽtiam abiudicabitur. ¶ Si pñs
fuerit vasallus vbi sibi dominus iudicium ⁊ terminum indicit. ⁊ ita
sit vicinus seu propinquus domino. ꝙ verba eius audire valeat et
non velit. Si etiã aures obstruxerit per hoc nõ poterit iudicium eui
tare. Si pñs non fuerit vasallus cum cittatur. cittari debet per nun
cium domini ad minus coram duobus vasallis. ⁊ sibi loquatur nun
cius si potest. Si autem extunc in curia sua denunciet. vbi intrando

et exeundo noscitur habitare. Qz si non valeat inueniri nec talem ha
beat mansionē cittatio p̄dicta fiat in feudo quod ipse tenet a domino
per duas hebdomadas ante terminum. ad quē terminum dominus
adducere debet ad minus sex vasallos τ vnum q̄ cittatum aduocet
vt ad iudicium veniat. ¶ Et cum dominus voluerit iudicare. p̄mo De modo iudicandi
querat in sententia. vtrum sit hora iudicandi quod cum inuentum fue
rit. iterum querat. vtrum sibi liceat vnum de vasallis accipere. qui
verbum suum proferat in iudicio feudali. qua inuenta querat a va-
sallis. vtrum ipsam approbēt an non. ¶ Si sententiā vasalli nesciāt
inuenire. duarum hebdomadaꝝ ad inueniēdam sententiam inducias
obtinebunt. Dummodo facto sacramēto quilibet confirmet. ꝙ ne-
sciat sententiam inuenire cum fuerit requisitus. hoc cōpleto iudiciū
feudale differtur. τ tunc oportet sententiam inuenire. ¶ Nullas in- De dilatiōe terminorum
ducias potest dominus pro suo placito conferre. cōtra voluntatem
actoris nec etiā preter assensum in iudicio respondētis. ¶ Si super
alia causa vasallum dominus voluerit inculpare. causa prima p sen
tentiam dilata rn̄dere. de iure nō tenetur vasall⁹ donec prima causa
per sententiā fuerit terminata. ¶ Post solis occasum. ex quo finitur De tpe Juris feudalis
dies. non tenetur vasallus domino respondere in iure feudali. nec ce
teri vasalli sententiam inuenire. ¶ Si causa domini non fuerit iure fi
nita. licet ei terminum alium per sententiā inculpato per duas heb-
domadas assignare Incepto iudicio ante meridiem postq̄z dominus
aduocatum per sententiā acquisiuit. Iterum q̄ret in sententia. vtrum
de iure debeat cittatum facere vocari: qua inuenta querat iteꝝ qua-
liter eum d̄beat vocare. Talis ergo detur sententia. ꝙ vocari debeat
per vnum hominem dn̄i in fine curie. in qua dominus resideat in iu-
dicio. τ hoc audientibus duobus vasallis. ¶ Qui vocat cittatum
his verbis vtatur. Ego voco ad iudicium talē coram domino meo.
N. nomine semel bis ter quater. Pro tali causa pro qua in isto loco
hodie. ē sibi terminus assignatus qui si non cōpareat nuncius ad do
minum rediens hoc preferat in cōmuni. Domine cittatus non com
paruit. nec aliquis qui eius impedimētum proponeret iusto modo.
Quo facto querat dominus in sententia. quid sup hoc iustum fuerit
Tunc dabitur sententia. ꝙ sc̄do vocetur et tertio. hoc fieri potest p
nuncium qualēcunq;. Totiēs etiam oportz testes habere super vo
catione triplici speciales. Cum tertio fuerit cittatus τ non cōparet.
tunc querat dominus in sententia quid iustum fuerit super hoc facto.
Tunc dabitur sententia. ꝙ eum expectet donec sol descēdat. hoc est
ad meridiem. Iterum querat dominus in sententia. vtrum eum expe

ctauerit sicut ius expetit feudale. Qua inuēta alium sibi terminum dominꝰ assignet ⁊ ibi ipsum taliter expectet sicut in primo. hoc etiā faciet tertio. Quemcunqꝫ hoꝝ dominus neglexerit terminoꝝ ⁊ vasallum scd̄m ius nō fuerit prosecutꝰ totum ius suum ꝑdidit ī causā inchoata. primus terminus ⁊ cittatio debet vasallo indici. vt predictum est ⁊ alius nullus. ¶ In curia serata vel sub tecto non licꝫ domino feudali iudicio presidere. ¶ Cum in tertio termino dominꝰ vasallum expectauerit vsqꝫ ad solis recursum hoc est post meridiem. querat in sententia q̇d sit iustum in hoc facto. Tunc sibi dabitur in iure. ꝙ quēlibet terminum probare debeat ꝑ duorum vasallorum iuramentum. Testes āt in hec verba debēt iurare Domine ego me obligo per vestrā gratiam ⁊ fidem. quā vobis teneor. ꝙ talem ad locum istum more debito cittastis. ⁊ ipsum in loco hic. ꝭm ius feudale expectastis. hoc vidi ⁊ audiui. ⁊ sup hoc testiꝭ sum vester: post tale cuiuslibet iuramentum debet dominus in sentētia q̄rere. vtrum hic taliter iurauerit. ꝙ ipsi domino in iure debeat subuenire. Postq̄ꝫ testis per gratiā domini dixerit. ꝙ scit ⁊ vidit ⁊ audiuit. aut etiā. ꝙ nihil inde sciat ad plus dicēdum aut affirmādum non debet ad plus coartari nec etiam interrogari. Licet domino quēcunqꝫ ⁊ a quocunqꝫ de suis hominibus voluerit super testimonio inquirere veritatē donec sibi testes sufficiant. quando suam dominꝰ sic probauerit intētionem prosequendo causam tunc querat quid super hoc iustum fuerit. ꝙ totiens ad causam vocatus non cōparuit responsurus. Tunc dabitur in sententia. ꝙ quicquid a domino possideat sibi per sententiam auferatur. Tunc iterum querat per sentētiam. vtrum ipse hoc facere debeat aut vasallꝰ. Tunc dabitur in sentētia. ꝙ vasallꝰ tunc ille verbis talibus eloquatur. sicut per sentētiam inuentum ē. Ego tali. N. nomine abiudico omnia que a domino meo habebat ī feudo vsqꝫ ad presens. Tunc querat dominꝰ quid de feudo facere debeat. qd̄ sic abiudicatū sit vasallo. Dabitur ergo in sententia. ꝙ dictum feudum sibi vendicet. aut per suum nuncium presentibus duobus suis vasallis ⁊ teneat ipsum per annum ⁊ diem absqꝫ vtilitate ⁊ pēsione. Q si vasallus non extrahat infra annum ⁊ diem. Extunc sibi abiudicabitur omnis actio in feudo memorato. dominꝰ vero se dꝫ intromittere de bonis. vasallo abiudicatis vbicunqꝫ sint. Si māsi fuerint. aut villa que pertinet ad castrum. aut ad curiam. ex quo dominus sibi predictam curiam appropriat. omnes māsos ⁊ possessiones Castrales. que ad dictam curiam pertineant sibi pariter vendicabit. ¶ Abiudicatus feudo vasallus. si infra annum ⁊ diem ad

de abiudicatōe feudi vasallo.

dominum accesserit per ius suum feudum extracturus. si se domin⁹ absconderit. vel in castro clauserit accessum denegans hoc petenti. si pares suos vicinos habeat. vasall⁹ testetur q̄ ad iudiciu͡z libēter accederet si liceret. Tunc iuramento extrahat feudum. tanq̄ȝ coram domino. Si vero venerit ante dominu͡z. primo postulet aduocatum deinde reliquias. ⁊ eum qui sibi indicet iuramentum vt feudum extrahat. Et si sibi deneget dominus. statim ꝓprias habeat reliquias ⁊ iuret absq̄ȝ iudicāte. q̄ bona sibi taliter nunq̄ȝ fuerint abiudicata. q̄ eis de iure carere debeat Ita eum deus adiuuet et eius sancti. hoc autem facere non debet. nisi prius sibi dominus iustitiam deneget. coram suis vasallis. Si feudum extrahat sibi absq̄ȝ sentētia domin⁹ potest sibi feudum. ⁊ absq̄ȝ sententia iudicium iudicare. Si etiā per sententiam iudicet vł terminet. ⁊ si etiam per sententiam ē cittatus ad quem terminum si non venerit: omnis sibi actio in bonis dictis. per sententiam auferetur.

De eo qui negligit terminum Et responsionem

Si respondere nolit dominus vasallo. aut vasallus domino. in primo. scd̄o. tertio termino. in quo iudicium feudale ꝑ sententiam fuerit assignatum. Quicunq̄ȝ ipsorum ad terminu͡z non accesserit conuictus est in pena atq̄ȝ ꝑdidit postulatum. Et qui pri⁹ aderit iuste obtinet quod petiuit ¶ Qua die vasall⁹ domino strepam tenuerit in ascensu vel in descensu equi. vel sentētiam inuenerit. vel munus obtulerit. aut alio modo honorauerit ī ipsa die nō tenetur corā domino iure astare feudali. ¶ Licet tn̄ domino causam dirimere duorum: idem feudum repetentium. ⁊ si vnus sit in ei⁹ obsequio siue ambo. ¶ Abiudicatus feudo ⁊ ipsum extrahēs coram domino. si terminus fuerit sibi assignatus ad illum non licet aliquē adducere preter q̄ȝ domini vasallos. Si vero alios adduxerit q̄ȝ predictos penam incurret pro quolib͡ȝ specialem. ¶ Anteq̄ȝ vasallus accedat ad dominum. Gladium. cultellum. ⁊ calcaria. pileum. ⁊ mitram deponat. cirotecas ⁊ cappā exuat ⁊ omnia arma a se remoueat quia si in his se neglexerit. reus ē pena. Anulos ⁊ fibulas. ⁊ omnia ferrea rincas ⁊ barras. propter opinionem stultorum istud nō dico de alio aliquo. ⁊ propter hoc valeat mutilari preter illum tm̄ quem dominus pro causa propria taliter cittauit ad terminum feudalem. ¶ Ubi vasallus de domino cōqueritur. si super hoc sibi terminus assignetur in illo non tenebitur corā domino alicui apparere. q̄ȝ alij

De obseq̄o vasalli ꝑ Strepā

De extractione feudi.

vasalli. ¶ Vasallus nō tenetur domino, nec dominus vasallo sup
damnis sibiinuicem erogatis, anteq̄ domin⁹ illum reciperet ī va-
sallum. Ex quo dn̄s iudicium arripuerit ⁊ acceperit aduocat⁹ inter
roget citatum si taliter venerit. ꝙ domino velit ī feudali iudicio re
spondere super quo potest vasallus interloqui. ⁊ se defendat p̄ ius
si poterit. Si āt sic dicat Domine. ego huc ad hoc veni. vt iustitiam
retineam et exhibeā. inq̄ntum de iure debeo ⁊ non vltra. Tunc ip̄m
dn̄s super causa qualibȝ singulariter inculpet ⁊ precipiat. vt super
qualibet causa iuste respondeat vt tenetur. Tunc ille postulet aduo
catum. ⁊ interlocutoriam aduocatus negatur illi. qui ad opposita ī
ceperat domino respondere. ¶ Reus in causa nō dicitur respōdisse
licet se absq̄ aduocato defenderit. ne respondeat ad obiecta. ¶ In
omnibus causis queri debet a clientulo. vtrum in verba consentiat
aduocati. qui si in verbo deliquerit clientulo non nocet si nō ꝯsentit
¶ Dominus debȝ in sentētia querere. quid sit iustum inter verba
agentis ⁊ respondētis. Si querat sententiā. ſm ꝓpriam voluntatē
⁊ non ſm ius. hoc vasallo nō preiudicat. ¶ Sentētia primo petita
primo debet inueniri. ¶ Manifeste loqui non licet clientulo in iu-
dicio feudali. ſ; tacite susurret in aure aduocati. ¶ Si cōsensum cliē
tuli requirat dominus. super verbis aduocati. licet ei manifeste di-
cere consentio. vel non vel etiā interloquium petere. ⁊ sentētiam re
De interlocutoria ⁊ consilio — probare ¶ Qui petiuit interloqui cum redierit habito consilio: re-
spondere debȝ ad causam prius sibi oppositam ⁊ profiteri debet vł
negare. ¶ Si pecierit interloquens pares suos vicinos a domino
vt secum exeant ad consilium annuere debet domin⁹ trib⁹ exceptis
vt si moram faciat interloquēdo. domin⁹ ab illis querere possit sen-
tentiam. ipsum ad iudicium reuocando. vnus sententiā inueniet. et
duo iustam asserant sic inuentam. ¶ Reus quem vult aduocatum
accipit. ⁊ quos vult ad consilium tribus vt dictum ē exceptis. exce
De penalitate vasallorum — pto etiam domino aduocato. ¶ Nullus in penam incidit erga do-
minum: quin in qualibet se possit excipere iuramēto. tali tamē causa
potest vasallum domin⁹ inculpare. pro qua nec penā nec emendam
incurret. ¶ Si imponit sibi dominus ꝙ aliquid ei dixerit aut fecerit
in contumeliam aut pudorem sup̄ hoc. se excusando iurabit aut inci-
det penā ¶ Si q̄s auferat vni feudum. quod a domino tenet. ⁊ hoc
ipse domino non reuelat. nec causam iure debito prosequatur: inde
soluat penam domino. ¶ Si exponat feudum vasallus sine licētia
domini. dominus potest per sententiam ei precipere. vt feudum re-
dimat infra sex hebdomadas. ꝙ si non fecerit penā incurret. ¶ Si
intromittat se iniuste de vicini feudo par vicinus: aut sibi fecerit cō-

tumeliam in verbis vel factis: dum eum scit in seruicijs dñi occu-
patum: aut iniuriam faciat his q̃ ad feudum sunt innati vel ei q̃ ipm
tenet in feudo ab eodem. Inde oportȝ eum penam soluere domino
aut eximere se iurerãdo. ¶ Dominus tñ nõ tenetur vasallo corã al
ciori domino rñdere. nisi prius sibi iustitiam negauerit corã suis va-
sallis. Nec etiam suo cẽsuali nisi prius sibi iustitiã negauerit corã
suis censualibꝰ. ¶ Uasallus penã nõ incurret: si bona sua ꝓseq̃tur
q̃rela ⁊ hec fuerit iusta querulata nisi defectum in testibus patiatur
¶ Si vasallꝰ ĩ iudicio feudali se tergat aut emungat nasum aut sin
gultet. aut tussitat. aut sternutat. aut stat in latere alio aduocati. q̃ȝ
in primis vel circumspiciat. aut muscas aut culices a se propellat ꝑ
hoc nullã penã incurret. licet hoc opinentur iuris ignari

De pena ac emẽda vasallorꝝ ⁊ ꝓncipũ erga Regẽ

P Ene vasalli sunt erga dñm decẽ libre. princeps ãt feudi. ve-
xillo a Rege inuestitus. soluit eidẽ centum libras denariorꝝ
libralium illius monete. vbi pena fuerit acquisita. ¶ Libra
ãt continet vigintiq̃ttuor solidos. ¶ Cuiuslibȝ dñi vasallꝰ emẽdã De emẽda vasallorum
recipit: ſcḋm meritum ortus sui. Quid autẽ fuerit cuiuslibȝ pena seu
emenda. Oportet queri in libro qui loquitur de iure feudali vel ꝓ- vt s. fo. cc.xxiij. ca. Nec est.
uinciali. ¶ Qui vero ius suum demeruit defectuȝ in emẽda innata
sustinebit. ¶ Emendã ⁊ penã debet soluere reus infra duas hebdo
madas in proxima curia dñi. vbi fuerint acquisite. ¶ Non licet ho- Qꝫ nõ licȝ corã iudicio sedere
mini in iudicio feudali sedere absq̃ȝ dñi licẽtia. si stare non valeat ia-
ceat corã illo. Sed si super hoc dñs eum inculpet. oportebit eum sa
cramento ꝓbare: ꝙ stare nõ potuit vlterius. ¶ Tribus vicibꝰ tm̃
in vna die condẽnatur domino vasallꝰ in pena. ¶ Reus põt in qua
libet causa tribus vicibus interloqui: ⁊ in consilio suo tam diu mo
rari. ꝙ tribus vicibus ꝑ sententiam reuocetur ita ꝙ reuocationem
possit audire. ¶ Infra curiã ad quã cittatus ẽ habeat ꝯsilium ⁊ nõ
extra. ¶ Scuto carens bellico non põt sentẽtiã habẽtis ipm repro- De eo q̃ Scuto caret
bare. ¶ Qui dimidium habet mansum. ⁊ q̃ quinq̃ȝ solidos habȝ a
dño annuatim testis esse poterit ⁊ sententiã reprobare. Qui h̃ non
habet oportebit ipm fideiussoriã ponere cautionẽ. ꝙ sentẽtiã more
⁊ iure debito ꝓseq̃tur. aut ipam dimittat cum pena debita ⁊ emẽda
fideiussor eius nullꝰ esse poterit. q̃n sit a dño infeudatꝰ ¶ Qui dño De reprobatõe sententie
sententiã inuenit. quã alius nõ cõmẽdat: ille tenetur ad mandatum
dñi aliã inuenire. illa vero in quã plures cõsenserunt ꝑualebit. ⁊ in-
uentor alterꝰ sine pena remanet ⁊ emẽda. q: nullã sententiã repro-
bauit. ¶ Qui sentẽtiã reprobat: si a dño inculpetur. ꝙ nõ zelo iu-

ſtitie. ſ causa dilectiōis h fecerit oportebit ipm̄ iurādo ſe expurgare

Quib⁹ vbis re ꝓbat̄ ſentētia.

vel penā exoluere ꝑ delicto. ¶ Sic loq̄tur ſentētiā reprobās. ſi vocaris. N. et ſi es. Adn̄o meo. ⁊ tuo ⁊ mihi. ⁊ tibi. in iure feudali iniuſtam ſentētiā inueniſti illā reprobo. ⁊ h defero ad locum ad quē debeo de iure deferre. ⁊ ſup h iuſtā peto ſentētiā. vbi ipam debeam de iure ꝓſequi. Tunc dabitur ſentētia q coram dn̄o alciore a q̄ feudum tenetur in iudicio deducāt. ⁊ ad hoc petat vterq̄ nuncios q̄s eis dominus p̄bere tenetur duos q̄s vult d̄ ſuis vaſallis. ad h q teſtētur

De nuncijs cū reprobata ſn̄ia mittēdis et de ipoꝝ ꝓuiſione

q̄s eoꝝ ſn̄iam obtineat aut q̄s āmittat. ¶ Dn̄s nuncios in expēſis cōpetētib⁹ ꝓcurabit: pāis ⁊ ceruiſia dabitur abunde ⁊ tria fercula ī q̄lib; prādio: ⁊ ciffus vini: ⁊ eoꝝ ſeruiētib⁹ duo fercula. Eq̄ eoꝝ dn̄t ī anteriorib⁹ pedib⁹ ſufferrari ⁊ nō retro. Cuilib; eq̄ q̄nq; manipulos auene. j. diē ⁊ noctē. aut trituratā ī rſpectu manipuloꝝ. Eq̄ erunt octo. ⁊ ſex ſeruiētes q̄ttuor eq̄tes ⁊ duo pedites. ⁊ lic; eis ducere pauciores ⁊ nō plures. ¶ Inter triduum debent iter accipere tam nuncij q; inuentor ſententie: ⁊ q̄ ipam taliter reprobauit. ⁊ dn̄t infra ſex hebdomadas ſentētiam reportare. ¶ Si dn̄s fuerit extra terrā ad quē ꝑ ſentētia ſunt trāmiſſi. cum primo redierit in theutonicam terrā imperio ſubditā: ⁊ ipis eius redit⁹ innoteſcat ab illa die infra ſex hebdomadas dn̄t ſentētiā expedire. ¶ Tunc re⁹ appareat ⁊ ad obiecta rn̄deat. ſicut p̄ma die. Si termin⁹ ei fuerit legittime intimat⁹. ipi aut in curia ſua. vt ſcriptum ē. aut ī feudo qd̄ tenet a dn̄o

De reprobata ſentētia vbi debeat termiari ⁊ qn̄

I ſentētia fuerit reprobata ſup feudo qd̄ ē dn̄o ꝓprium eius
ſ diſcuſſio defertur ad Regē. q2 ipe ē iudex. cōſtitut⁹ ſup vitā

A Rege omne ius ſumit exordium.

cuiuſlib;. ⁊ ꝓprium ⁊ feudu;. ymmo omne ius. tā ꝓuinciale q; feudale ab ipo ſummit exordium. qm̄ ipſe ſcutum bellicū p̄mum obtinet inter oēs. ¶ Idē etiā ſeruicium tenetur vaſall⁹ dn̄o. ſi proprium ab eo habeat in feudo quod exhibē tenetur de bonis imperij ¶ Si corā Rege no poſſet vaſall⁹ in ꝓprio feudum diſtinguere. tūc nō lic; eidē ſentētiā inuenire. qm̄ cum ꝓprijs ē infeudatus. nec ei a q̄ bonis imperij vtitur infeudati. nec ille ꝯ iſtū. ¶ Si fuerit ſentētia reprobata ſup cauſa hoīs ad iudicium feudale cittati: ⁊ feudum habuerit duplex vel triplex ad quēcunq; dn̄m alciorē. maior ps feudi ei⁹ noſcitur ptinere corā illo d; dicta ſentētia terminari. ¶ Si dies celebres: vl' tp̄s feriatum impediāt: q ſentētia nō valeat ī prefinito termino terminari. his expleti infra ſex hebdomadas terminetur. ¶ Qui ſentētiā reprobat poſt aſſenſum. ⁊ in executiōe defecerit. oportet emēdā ſoluē inuētori. ⁊ omnib⁹ q̄ in ſentētiā ꝯſenſe't. niſi interlocutoriā pecierit an̄ aſſenſum. ¶ Dn̄s. āt ſolā penā acq̄rit ī hac

causa qꝛ iustum nō ē. ꝙ q̄s ī vna cā̄ pena duplici vl' triplici puniatur ¶ Qui v̄o ī alio pacē infregerit in die festo: oportebit ipm̄ pene du plici ſbiacere ī cā̄ vna. vnā̄ ſoluet ſpiritualē̄ ⁊ aliā̄ iudici ſecularē̄: qꝛ oportebit ipm̄ añq̄ȝ emēdā̄ recipiat cauē̄ quod a mō̄ cā̄m nō̄ ī̄nouet ſic ſopitā̄. ¶ Si due ville ſup̱ ſuis terminis ſeu limitibꝰ inuicē̄ ꝯtē dant: ville circumiacē̄tes ꝯuocē̄tur: ⁊ ſuo teſtimōīo faciā̄t eq̄tatē̄: ⁊ q̄ villa teſtes plures babuerit ⁊ potiores terminos obtinebit. ¶ Si v̄o ꝓpter ꝯtrouerſiā̄ ⁊ diſcordiā̄ vicinoꝝ non valeat enodari dei iudicio comē̄detur. vt p̄ſcripum ē̄.

De q̄ s. fo. cc.x. c. Nullus p̄ cā̄.

De duaꝝ villaꝝ p̱ limitibus cō tentione

De triplici et ſpeciali infeudatione

Vicq̄d ſupius dictum ē̄. totum ad cō̄e ius ꝑtinet feudale

q ¶ Adhuc r̄ſtat diſtinguē̄ triplicē̄ infeudationē̄. ⁊ ī q̄ diſcre pent a cōī. ¶ Qui iudicium a Rege recepit in feudum Illud inde inferiꝰ deſcē̄dere nō̄ p̄t in manum q̄rtā̄. excepto officio ſculteti. qꝛ nullꝰ Comes gn̄ali iudicio poterit p̄ſidē̄ ſine ſculteto. ¶ Nemo p̄t alteri iudicium ꝯferre: quod ſibi ab alio ī feudum collatum ē̄. niſi ſit ſpeciale iudicium: qđ ad ſuā̄ ꝑtinet comiciā̄: q̄ ad marchiā̄ ꝑtinet vl' ad feudi vexillum. h̄ licȝ ſibi cō̄ferre: ⁊ nō̄ licȝ ſibi nō̄ collocatum in manu ſua tenē̄ p̱ ā̄num ⁊ diē̄: ſic̄ nec regi feudi vexillum. ¶ Duo nō̄ pn̄t ius feudale in vno iudicio poſſidē̄. p̄t ā̄t dn̄s vni ꝯferre de fu turo in iudicio ſicut in aliȷs bonis.

De Judicio a Rege.

De impotentia iudicandi illegaliū̄ ⁊ de ſequela.

Eiure nō̄ poterit iudicare quē̄ Rex fecerit illegalē̄. nec etī ille:

q cui iudicium p̱ ſn̄iam ē̄ ablatum. dum ip̄e iudicium ſibi abiudi catum p̱ iuſtitiā̄ n̄ extraxit. nec q̄ſq̄ȝ ſup̱ dc̄tm iudiciū̄ moritur dum illđ nō̄ recepit ī feuduȝ. ¶ Qui ꝓprium tenet in feudo ī illo nō̄ ē ſeq̄la. illa tn̄ infeudatio extē̄ditur ad manum ſeptimā̄: ſic̄ aliud feu dum: qđ ē̄ in bōis imperiȷ: ī q̄bꝰ nemo p̄t alteri ſeq̄lā̄ ꝯdicē̄. nec ius feudi denegare: excepto dn̄o alciore: cuiꝰ ē̄ feudum. licȝ eidē̄ dn̄o q̄ feudum ꝯtulit ipm̄ recip̱e: dummō̄ vaſallo reſtituā̄t eq̄pollē̄s: exce ptis bonis imperiȷ. ¶ Si bona imperiȷ ad ipm̄ redeā̄t p̱ deceſſum ā̄ collata fuerint dn̄e religioſe a ſeq̄la nō̄ poterit ā̄moueri. q̄ dicta bō̄a poſſidet ī feudatꝰ. ¶ In feudo caſtri ē̄ feudum de futuro. ⁊ pene ſo lutio. ſic̄ in aliȷs ¶ Feuduȝ caſtri nō̄ p̄t caſtrenſ alteri ꝯferre ſi ā̄t h̄ fecerit h̄ p̱cepto dn̄s p̄t ei p̱ ſn̄iam impare. ꝙ infra ſex hebdomadas caſtri feuduȝ reuocet ſic collatū̄. Qꝛ ſi nō̄ fecerit caſtri feudo priuari valebit. ¶ Si moritur caſtrenſis añ feudi reuocationē̄. talis feudi poſſeſſoꝛ feudum ſeq̄tur ad caſtri dn̄m infra ā̄num et diem. dummō̄ probare valeat ſuum ius in iure feudali. Jurare autem oportebit ipſum ꝙ neſciuit caſtri feudum in feudo ſibi collato contineri

De feudo caſtri

De morte Caſtrenſis.

De assignatiōe feudi

¶ Dñs etiā non pōt feudum suoꝝ vasalloꝝ altiori dño assignare. ita ꝙ illud denuo recipiat ab eo in castri feudum. Qz si ꝯ ius fecerit. ipsi a dño superiore suis feudis postulēt inuestiri. vel assignationē ad illum qui ipos valeat inuestire

De feudo et iudicio Castrensi ꝛ de vexilli feudo

ſ I moriatur vir. vxore pregnāte. ꝛ si feuduz de futuro alteri sit collatum ille cum feudo resideat. donec mulier pariat filiū q̄ nulli poterit infringere feudum de futuro. nisi fuerit vnic⁹

De collatione castri.

natus ꝛ viuat post mortē patris. ¶ Si castrum integrum dñs cōferat alteri. aut illud resignet suo imperio castrenses nō tenētur castri feudum sequi ad illum. ſ; ipm obtinebunt ꝓ recto feudo ab illo a quo primit⁹ habuerunt. aut sequi debēt illud ꝓ recto feudo ad illuz cui castrum dñs resignauit. ¶ Edificia vͦ eoꝝ ipsis dñt ꝑsolui. si i castro noluerint residere. ¶ Castri feudum pt ꝑ descensum ad dñm redire. ꝛ ipse in eo obtinet ius. pene sicut in alia solutione vel feudo.

De seruicio castrensium

¶ Si castrēsis sui castri feudum cōfert alteri ipe iure feudali ſ; non valet infringere. ille āt carebit sequela nisi taliter accidat. vt ē ꝑscriptum. Castrēsis seqtur castri feudum. ꝛ ipm heredat in filium. licet castrum ꝛ feudum fuit ꝓprium dño q̄ sibi feudum ꝯtulit iā ꝑdictum ¶ Licet castri feudum de bonis imperij cōferre. q̄uis ipm castrum

De iudicio Castreñ. feudali.

sit ꝓprium. ¶ Castrensis vͦ nō tenetur cū dño curiā supioris adire de castri feudo. nec etiā ipsi in expeditione seruire. ſ; in castro tm̄mō residere ꝛ ipm defendere. ne perdatur ꝛ in iure castrensi dño suo sententias inuenire. Judicio castrēsi nusq̄ dz dñs presidere. nisi tm̄ i castris. vbi nō pt testis fieri aliq̄s aut sentētiam inuenire. nisi sit castri feudo inuestitus. silr̄ etiā nō pt ꝯ castrēsem testari. nec sentētiā inuenire iusto feudo infeudatus. nec is ꝯ illum in alio quolibꝫ feudo. excepto castrēsi. pōt q̄sq̄ in scuto bellico ꝑfectus testari. ꝛ sententias inuenire preterq̄ ꝯ feudi vexillum. ¶ Princeps āt bene pōt testari ꝛ sentētias inuenire ꝯ quēlibet hominē imperij. ¶ Princeps tali nomine censetur eo ꝙ habet feudi vexillum. de q̄ ipse princeps dr̄ ꝛ habetur. ¶ Null⁹ ab eo dz recipere. cum illud ali⁹ ab eo receperit q̄ cōfert taliter inuestit⁹ nō ē prim⁹ in feudo. ꝛ ideo nō dz princeps appellari. ¶ Qui possidet feudi vexillum. ꝛ ē princeps. nullum laicum dz hr̄e dñm ꝑter Regē. ¶ In feudo cuiuslibꝫ ꝑncipis. excepto vexilli feudo. pt q̄libet a suo dño infeudatus. ꝛ i scuto bellico ꝑfect⁹ inuenire sentētias ꝛ testari. ¶ Nemo pt i feudali iudicio negare. sententias inuenire testē fieri ꝛ aduocatum dñs ꝯ vasalluz. nec vasall⁹ contra dñm. nec cognatus contra cognatum.

De iudicio in Castrensi feudo et iusto feudo

r Ex potest cittare principē suum. litteris sigillatis ad sex hebdomadas in locum certum ad ius feudale. Nullam curiam oportet ipm in litteris assignare. qꝛ vbi Rex iudicat in apto. ibi est curia sua. ¶ Potest etiā infra tempus feriatum in omni loco exceptis Ecclesia ꝛ cemiterio feudali iudicio presidere. ¶ Porte castri aperte debēt esse. vbi dominꝰ iudicat in iure castrēsi. ¶ Nemo cogitur infra parietes obseratos ꝛ sub tecto sententiam inuenire.

De cittatione castrensium

¶ Pro tribus causis tm̄ potest dominus cittare castrensem ad iudicium. Si erga ipsum extiterit infidelis. aut si castro in quo residet iure debito non assistit. aut si castrēsis aduersus illum conqueratur super castri feudo. ¶ Si pro predictis cittet dominus castrensem. ipse sibi loquatur vel eius nunciꝰ ore ad os vel in curia sua cittetur. coram duobus castrensibus: tunc ipsum prosequatur iudicio Castrensi absqꝫ curia determinata. sicut instruit ius feudale. ¶ Si abiudicet dominus castrensi suo castri feudum. hoc dꝫ extrahere infra sex hebdomadas. aut omnis actio repetendi sibi per iudicium denegatur.

De recessu Castrensium

¶ Si cum familia recedat castrensis a castro. ꝛ si dominus precipiat aut in curia sua coram duobus castrensibus. vt redeat ad presidium infra sex hebdomadas. ꝙ si non redeat infra dictum terminum. castri feudum abiudicatur eidē. nisi impedimēto legittimo excusetur ¶ Si rediens infra sex hebdomodas. sola nocte moretur in castro castri feudum sibi non potest abiudicari. ¶ Si reduxerit ipsum dominus per sentētiam ī castrum. ab ipo recedere nō poterit cum familia sine licētia domini ¶ Justum feudum. ꝛ castri feudum

De iusto et Castreñ. feudo.

potest quis simul recipere dummō super hoc vtroqꝫ testes habeat speciales. ¶ Si per violentiam destruatur castrum aut per sententiam propter pacis violentiam. in quo facto innocens sit castrensis ꝓpter h̄ castri feudo non carebit. donec reedificetur muro vl' plācis. aut etiam sepe ꝛ donec porta seretur. Tamē reedificare non licet castrum quod per sententiam destruitur. ¶ Si castrum vel castri feudum eidem non pectineant potestati. ꝛ postea domino vacauerint singillatim. ita ꝙ castri feudum sequeretur ab ipo. Castrēses castri feudum sequantur ad illum cui ꝑtinet. qꝛ in feudum iustum eis vertitur postqꝫ a residētia in castro. carcere liberantur. ¶ Si castrensi dn̄s contradicat castri feudum. sit ei iustum feudum. excepta cura ī castro ꝛ illud sequatur ad dominuꝫ alciorē. sicut predictum ē ꝛ sibi sua edificia persoluētur. ¶ Nemo pōt iustum feudum obtinere. in quo dn̄s ianitorē ꝛ vigiles ꝓprijs procurat expensis.

De bonis per dominum hospiti locatis in feudum

Si conferat domin⁹ feudum cui sint innati homines cēsuales aut suis expensis bona intrauit censualia. ita ꝙ annualē sibi debent pensionem illa poterit sibi domin⁹ retinere. si ipsa excipiat feudum conferendo. ¶ Si bona fuerint libera. ad que null⁹ est innatus. ⁊ hec dominus locauerit hospiti. Si quis ab illo seruicium exigat. aut petitionem. aut exactionē. aut expeditionem. aut hospitium iniuriatur eidem. q꞉ nihil alijs de bonis illis tenetur impendere. ꝗ̄ꝫ quod domino suo promisit in pacto. Judicio autem. ⁊ sinodo tenebitur interesse. ¶ Qui bona tenet in possessione absqꝫ infeudatione noīe tutele vxoris. aut pueri. aut si dimittat frater fratri bona taliter possidere absqꝫ scitu domini ⁊ consensu ⁊ infeudatus. interim moriatur. ⁊ talis possessor suum dicit esse feudum. hoc non poterit ipse iuramento obtinere. sed oportebit testib⁹ hoc probare. ¶ Si is q̄ hoc feudum habuit de futuro. aut ille cui vacat dictum feudum probare offerat. ꝙ is qui decessit illud vsqꝫ ad mortē possidebat. ¶ Possessionem feudi debet actor probare cum domini sex vasallis. Nudam vero possessionē probet actor adiunctis sibi sex testibus irreprehensibilibus quicunqꝫ sint. ¶ Bonum est ꝙ aliquis amicus mulieris feudum recipiat cum ipsa ad hoc. si dominus moriatur ⁊ mulier sequi feudum non valeat ad alium. eo ꝙ scuto caret bellico. Sic infeudatus feudum sequatur. cum sit in dicto scuto perfectus ¶ Inter hos duos. q̄ alium supuixerit. ius feudale retinet in illis bonis erga dominum qui sibi cōtulit hoc feudum. Si ad manum mulieris. id est nomine eius. hoc feudum receperit amicus ipse post mortem illius nullum ius poterit obtinere in feudo sic recepto ¶ Si hoc feudum ad alium dominum deuolatur. ⁊ ipsum his ambobus conferat. sicut de iure tenetur ⁊ ambo in eodē ius obtinent feudale. dum illud ita tenebunt a scđo. sicut tenuerunt a primo. ¶ Si contradicat dominus sequelam mulieri. ⁊ hoc conferat soli viro ipse plenum ius obtinebit in illo ad conferendum vel resignādum ex mulieris consensu quia ipsa cum eo residet in possessione. et hoc feudum potest idem amicus in filium heredare. Si bona q̄ mulier possidet aut ali⁹ scuto carēs bellico. domin⁹ sibi indicat vacare post mortem vasalli. ⁊ mulier se asserat hoc ab alio tenere adhuc viuente. Si viuens edicta bona tuetur. ꝭm ius feudale. mulier eadē bona obtinebit

De bonis liberis

De possessione bonorum sine infeudatione.

De feudo mulieris.

De vasalli debito ꝛ de spolio vasalli ꝑ dñm facto.

Licet dominum vasallo inuadere pro debito. ꝛ de ipso coram iudicio conqueri super causa in qua sibi coram vasallis iusticiam denegauit. si hoc valeat per testes probare. ¶ Si spoliet dominus vasallum super hoc potest. ꝛ pro qualibꝫ violētia vasallus de domino conqueri in iudicio prouinciali. Licet etiā ei a dño se defendere. ꝛ ad hoc non oportet ipm feudum resignare. si coram vasallis de domino tm̄ fuerit conquestus. ꝙ ei dominus iusticiā denegauerit. ¶ Si vasallus domino contradicat feudum. qd̄ ab ipo tenuit. hoc vacat domino. Si etiam vasallum domin⁹ diffidat inimicitias ei denunciando domin⁹ feudum perdidit. quod ille tenebat ab ipso. nisi sit proprium domino ꝛ ille sequatur ad dñm altiorem feudum sicut liber dicit. ¶ Si sic domino ꝓprium. vt Ecclesie ptineat. vbi nō valeat peruenire. vasall⁹ teneat feudum absqꝫ seruicio vsqꝫ ad finem vite sue ꝛ heredat ī filium ꝛ alium potest infeudare. Si dominus eum diffidat ꝛ non ipse eum. Qui resignat domino feudum. aut contradicit eidem aut sibi feudum abiudicetur quod a domino tenet carebit quolibet de feudo futuro quo fuerat inuestit⁹ sil' cum feudo quod a domino recepit seu tenebat. ¶ Dominus non dꝫ vasallo cōtradicere. nec vasall⁹ domino. nisi ore ad os. ꝛ postea neuter debet alteri nocere infra diem ꝛ noctem. ¶ Si petit vasallus a domino conductum veniēdi ꝛ recedendi. vt sibi contradicat dominus tenetur sibi conductum procurare securum. Si dñs iniuste sibi denegat conductum. tunc licet vasallo sibi cōtradicere in domo dñi ꝓxima vel curia. ita ꝙ hoc audiant curiā inhabitantes aut sibi cōtradicat. vbi prelati seu magnates terre ꝯueniunt ad iudicium. ꝛ ī eodē loco sibi feudum suum resignet. Super hoc facto habeat duos vasallos in testes. si fuerit necesse ꝛ non debet domino nocere infra sex hebdomadas nec dominus vasallo. Si sibi taliter cōtradicit. Si negare velit vasallus. qꝛ domino contradixerit in hoc se potius expurgabit. ꝙ dñs ipsum conuincere possit: nisi sibi hoc fecerit ī facie ꝛ nisi dominus feudum quod ab ipso tenuit concessit alteri in pñtia ipsius ¶ Si feudum abiudicatum extrahat vasall⁹ erga dominum ipse ꝑ ꝯsequēs extraxit omne feudum de futuro. quod sibi fuerat a domino collatum. ¶ Si denuo inuestiet domin⁹ vasallum feudo q̄ iure fuerat abiudicat⁹. ipē nihil hꝫ ī feudo de futuro. qd̄ pri⁹ a dño tenuit nisi illud iterꝫ recipiat ꝑm ius tal' feudi. ¶ Feudum ī villa ad sculteriā collatum heredat Scultet⁹. in suū filiū. ꝙuis careat scuto bellico. ꝛ seqtur ipm ad aliū dñm ꝛ nō pt illō alteri ꝯferre ꝛ pt cum

De cōtradictōe vasalli

De saluo conductu vasalli

eodem feudo assignari domino inferiori. et nō potest sibi recusare aliquē dominum assignatum. vtrum fuerit vir vel mulier. de h feudo non potest idem testis esse. aut sententiā inuenire contra hominem. in scuto bellico perfectum

De termino et cessatione feudi

o Mne ius feudale iam ad finē deduxi. Quidam tamē dicunt qp plures sint infeudationes. que in certo termino finiuntur sicut feudum scuti. quod cum scuto cessabit: et feudum edificij quod cessat. cum possessor amplius non habitat in eodē. Istud totum est iustum. Qui feudum a domino collatum debet stabiliter manere vsqz ad obitum inuestiti. nisi hoc sponte resignet. aut p sententiam priuetur eodē. ¶ Iustitia de facili posset omnib9 exhiberi. si tot non essent et tanti qui eam iniurijs opprimunt et puertunt pro sua priuata vtilitate. et quod tunc pro iure offerunt. Sed si ab alio: illis hoc fieret pro summa iniuria reputarent. Quia nullus est ita iniustus. nisi sibi incongruum videatur si p iniuriam condemnatur. et ideo pluribus oportet vti rationibus anteqz iniuria per iustitiā deprimatur. ¶ Qui ad omnes causas quod iustum ē et verū loquitur multos sibi cumulat inimicos. hoc probus quilibet paruipēdat. propter deum et proprium honorem. liber iste nō paucos habebit emulos qr omnes qui contra deum et iustitiā eriguntur sup manifestationē iniurie erubescunt confundi. et in iustitiam palā venire qūtum in eis est minime paciuntur

De oppressoribus iustitie

De eo qd dominus vasallū ad alios terminos euocare non poterit.

i Nfra terminum quem constituit dn̄s vasallo sibi ad respondendum in iudicio feudali non potest eidem alium assignare super alia causa. Nec pt alius dominus ipsos vasallos infra terminum memoratū ad suum iudicium euocare: qr ipsi ī obsequio sunt Regis: dum domino suo ex parte imperij assistunt ad iudicium feudale celebrādum. sicut ad eorum feuda ptinet. hoc āt oportebit ipsos aut eorum nuncios iureiurando probare. Si autē Regis expeditio vel curia: ad iudicium feudale cittato per sentētiā fuerit tpe debito nunciata. liber erit a iudicio domini sui. qr opportunitas Imperij ipsum cōpellit si illud impedimentum fuerit in iudicio feudali ſm ius probatum. ¶ Iudicium prouinciale non potest qs euadere per obsequium Imperij: quia oportebit ipsum eius sententias aduersum se sustinere. et in Regis obsequio cōstitutum

Liber Juris

De eo qui a supiori dño postulat infeudationē.

q Ui a dño superiore infeudationem postulat aut oñsionem.
si eum ostenderit ad parē vicinum primi dñi sui. ex quo vasal
lus hec primo perceperit infra ānum et diē. tali assignationi
coram dño contradicat ⁊ si dñs velit. oportꝫ eum statim causam cō
tradictionis oñdere ⁊ si velit dominꝰ poterit ei terminum assignare
corā suis vasallis semel ⁊ nō sepius nisi sentētia ibi fuerit ꝛ̄probata
aut dilatio per sentētiam acquisita. Tunc eñ oportebit vasalluꝫ fa
teri. vtrum pro humili ortu aut pro homine inferiore qđ ipē fecerit
aut pater ipsius aut auus. tunc querat dominus in sentētia. vtrum
exceptionē fecerit que sibi valeat in iure prodesse. Si inuentum fue
rit ꝙ non oportebit ipm̄ ad alium dominum sequi feudum vel sen-
tentiam reprobare. ¶ Si dicatur ꝙ prodesse potest. exceptio dum
modo testibus approbetur ⁊ ortus humilis sit in causa hoc oporte
bit ipm̄ probare adiunctis sibi sex testibus in iure suo perfectis. qui
cunqꝫ sint si homagium factum sit inferiori ab eo vl'a patre eiꝰ. aut
auo. oportebit probare adiunctis sibi duobus testibus in scuto bel
lico perfectis. si sint vasalli eiusdē domini vel non. Si testes sint va-
salli dñi. tunc eos dominus adiurabit per fidem quam sibi tenentur
Qꝛ si vasalli eius nō sint. tunc tactis sacrosanctis iurabunt quomō
ipm̄ dominus alteri assignauit qui est inferior primo domino ī scuto
bellico. Si accedens ille contra quē iuratur per sentētiam velit in-
nocētiam declarare sui exceptione testimonium prefatum dirimere
non valebit si etiam offerat testibꝰ hoc probare. ꝙ sit par primo do
mino. tam in ortu. q̄ꝫ in scuto bellico hoc non preiudicat eiꝰ dñm de
clinandi. qꝛ potiꝰ licet vasallo se et sua bona ꝑ testimonium eximere
q̄ꝫ domino liceat testibus ipm̄ suo seruicio mancipare. Qui sine testi
bus sentētiam suam casset ostensione. licet domino illum scđo ostē-
dere. Qui āt per testes cassauerit eandem hunc non licꝫ domino as-
signare. sed oportet ipsum manu ꝓpria inuestire. qꝛ vasallus non te-
netur nisi semel tm̄ suum feudum erga dñm testibus obtinere.

Finis libri Juris Feudalis cū primis precedentibus duobus Juris theutonici Maijdemburgeñ. libris

Tabula in Raymundi parthenopei iuris vtriusq; doctoris eminentissimi Summā: legum continentem in se quattuor libros. Quorumquidē primus de Jure personarum tractat. Secūdus de Jure rerum. Tertius de Jure Actionum. Quartus de vita et honestate clericorum determinat: ordine Abecedarij: per Johannē de Lasko Regni Polonie Cancellarium incipit viam facillime inuentionis in hac ipsa summa contētorum demonstrans:

De A

De B

D C

Registrum.

De Q

De R

De S

Registrum.

Summa vtriusqꝫ Juris doctoris Raymundi.

p Ropter paternam pietatē quā erga filios meos habui aggressus sum. ex puritate mei ingenij. multi vigilijs ⁊ laboribus nō paruis vnā summam legum breuēqꝫ. ⁊ vtilē stilo plano cōponere. vt in ea se exerceant donec perueniāt ad maiora inuocās Spiritussancti gratiam. vt me adiuuet ⁊ complere faciat. sine quo nullum fundatur exordium. ⁊ omnis finis honore caret ⁊ vtilitate.

De rectore et gubernatore ciuitatis. Caplm.I.

n Ecesse ē omnē rectorē et gubernatorē ciuitatis. duo in se ad minus habere. videlicet legum sciētiā ⁊ armoꝝ ꝓuidentiā; vt p legē tpe pacis hominum malitias expellat. ⁊ p arma tēpore belli oppugnationibus hostium resistat. Primo igitur dicendum est de legibus: post de armis.

De iustitia et iure. Capitulum.II.

i Ustitia est cōstans. ⁊ ꝑpetua voluntas ius suum vnicuiqꝫ tribuens. Jus scōm Tullium est ars siue scientia equi ⁊ boni scōm quā nos appellamur: sacerdotes id est sacras leges docentes Jurisprudentia est. diuinaꝝ humanaꝝqꝫ notitia rerum. iusti ac iniusti sciētia. Et q̄uis hec tria. ꝓ vno sumātur: dñt tñ tripliciter. Justitia est virtus scꝫ moralis. ius est executiuum eius virtutis. Jurisprudētia est scientia illi⁹ iuris. Justitia est inter virtutes supremum bonum. Jus medium. iurisprudentia infimum. Justitia tribuit vnicuiqꝫ qđ suum est. Jus coadiuuat. Jurisprudentia docet qualiter illud fiat. Est autē duplex iustitia: scilicet naturalis ⁊ legalis. Naturalis est constans ⁊ perpetua voluntas ius suum vnicuiqꝫ tribuens: ⁊ sine illa nullus pōt regnum dei possidere. legalis vō iustitia est lex que sepe mutatur: sine qua nec gentes nec regna diu poterint permanere.

Justitia quid. Jus quid. Jurisprudētia quid. Predictorium Differentie. Justitie distinctio. Naturalis. Legalis.

Diuisio Juris. Capitulum.III.

e St etiam duplex ius: quoddā eñ est ius publicum. quoddā priuatum. publicum ē qđ principaliter ad imperiū spectat. priuatum est ius speciale: qđ ad singuloꝝ hominum vtilitatem ꝑtinet. Et illud priuatum est triplex. vꝫputa ius naturale: Jus gentium. Jus ciuile. Jus naturale qđ natura omnia animalia docꝫ ⁊ docuit. Nā ius hoc nō solum est humani generis ꝓprium: sed etiam omnium animalium: que in terra in aquis ⁊ in aere viuunt ⁊ pascuntur: Jnde descēdit maris ⁊ femine ꝯiugatio quā nos matrimo-

Jurisdistinctio. Publicum. Priuatum. Juris priuati distinctio. Naturale Jus.

Matrimoniū nium appellam⁹. hinc venit liberoꝝ ꝓcreatio ⁊ educatio. Uidemus etenim cuncta animalia huius iuris peritia censeri. Hinc etiā descē dit pecunie cōmodate vel deposite restitutio. violētie ꝓximi et sue

Jus gentium. repulsio ⁊ hijs similia. Jus vo gentium est quo oēs homines equa liter vtuntur. Est eñ idē ius omni generi humano ꝯueniens. De h

Bella vñ orta. autē iure necessitate hominum exigente: suborta sunt bella: ⁊ secu te sunt captiuitates ⁊ seruitutes que sunt iuri naturali cōtraria. Iu re eñ naturali ab initio oēs homines liberi nascebantur: ⁊ erant ip sis omnia cōmunia: vnāqꝫ habebāt libertatē: neqꝫ lites inter se ha

Cōtractus vñ inducti. buerunt. Ex hoc etiā iure gētium. oēs pene cōtractus inducti sunt Ut emptio. venditio. locatio. conductio. cōmutatio depositum mu tuum societas: ⁊ alij multi Itē ex hoc iure gentium inuenta sunt oc cupatio. edificatio. munitio. federa pacis ⁊ induciarum. et hijs simi

Jus ciuile qd. lia Jus autē ciuile est qd vnaqueqꝫ ciuitas sibi ꝑpter diuinā huma nāqꝫ causam instituit Uocaturqꝫ ius ciuile quasi ꝓprium ius ciuita tis. Et nota ꝙ oēs populi qui legib⁹ ⁊ ꝯsuetudinibus vtuntur par

Predictoꝝ triū iuriū dñe. tim suo ꝓprio. ꝑtim comuni omniū hominum iure vtuntur. Diffe runt autē hec tria iura: quia ius naturale apud omēs gentes equa liter seruatur. a solo deo institutum firmum ⁊ impmutabile manet Alia vo iura sepe mutantur vl contraria consuetudine: vel alia me lioꝛi lege. lata vel introducta.

De origine Juris. Capitulum. IIII.

a Ab initio mundi pauci fuerunt homines per glebas hincin de sparsi egentes. ⁊ in cauernis terre habitantes. Hij legi bus nō indiguerunt: quia nō simul habitabant: nec vn⁹ ali um offendebat. Tandē ipsis multiplicati fecerunt sibi casas et do munculas. Deinde vicos ⁊ viculos. in quibus permanebant. Et

Vñ cōtentiōes exorte. tunc orte sunt inter eos cōtentiones lites ⁊ iurgia. Extunc eñ ma ior et sapientior natu conuocabat plebem asserens eis. Uos videtis ꝙ in hunc modum molestamur. quid vobis placet. faciamus statu tum. per qd talia cohercea͂tur? Respondit vniuersus populus. be

Statutū ꝓmus cōditū: postea ꝓ lege seruatū. ne nobis placet. ⁊ factum fuit statutum: quod postea ꝓ lege serua uerunt. Tandē viculis ⁊ mansiunculis multiplicatis. ⁊ amplifica tis fecerunt ciuitatē multi. in qua populo plus aucto ⁊ coadunato plures fecerunt ciuitates. Totus vo populus ad cōdēdas leges si mul cōuocari nō poterat. Elegerunt ex ipsis sapientiores ⁊ melio res ⁊ dederunt eis potestatem plenam legē cōdendi: quā obserua re ꝓmiserunt. Illis vo electis. post aliquod tēpus discordantibus populis: et in vnum cōcordare non valentibus elegerunt vnū ex

ipsis. et dederunt illi plenā potestatē ad omnes leges condendas Ille vero electus diues fuit vir prudens et bene parētatus et robustus: qui suasionibus dulcibus attraxit sibi omnē pplm et acquisiuit potentiam. et factus est dominus omnium et regnauit vt volebat. et sic clare patet. quō populus. primo sibi statuta et leges edidit. secundo cōsules. tertio principem populi. Sed heu nunc directe fit in contrarium. Primo em̄ principes leges edunt. Secundo consules. Tertio populares. Nec etiam iā et principes eliguntur nec consulares. sed omnia ad placitum non iure sed vel amore odio vel fauore. Querela bonorū temporum

De diuisione iuris. Capitulum quintum.

c Onstat autē ius nostrum quo vtimur aut ex scripto. aut ex nō scripto. Scriptum ius est lex id est ius legale. Jus canonicum Jus legum est. lex ex plebiscitis senatusconsultis. et principum placitis. lex est sanctio facta. iubens honesta. et prohibens inhonesta et contraria. Item lex est recta ratio ab eq̄tate tracta iubēs honesta et vetans inhonesta. Omnes autē leges aut sunt diuine aut humane. diuine ex deo natura constant. humane vero moribus et cōsuetudinibus extant. Dicitur autē lex a lego legis. vel a ligo ligas quia ligat et artat omnem hominē vno mense. post suam promulgatiōem. ad ipsius obseruationem. Ex quibus constat. Jus scriptū quid. Jus legū quid Lex quid. Legum diuisio. Leges diuine. Leges humāe Lex vnde

Quare leges facte sunt. Capitulum Sextum:

f Acte vero sunt leges: vt earum metu humana et improba coherceatur audatia et tuta sit inter improbos bonorum innocentia Facte q̄sunt leges: vt improborum formidato supplitio nocēdi refrenetur facultas. Facte sunt leges vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur per quā genus humanum. vt honeste viuat et alterum non ledat. ius suum cuiqꝫ tribuat informetur. Lex autē quattuor facit. Unde versus. Permittit punit lex precipit atqꝫ vetat.

Qualis sit Lex. Capitulum Septimum.

e Rit autē lex honesta: simplex. Justa: possibilis: necessaria vtilis et manifesta scđm naturā et cōsuetudinem patrie loco tēporiqꝫ conueniens. pro cōmuni vtilitate ciuium conscripta Lex honestaqꝫ

Quando fiunt Leges. Capitulum Octauum.

l Eges vero fiunt et instituuntur. cum promulgantur. firmātur autē cum moribus vtentium approbantur: sic econuerso leges multe abrogate sunt. quia moribus vtētium nō valuerunt Quando leges firmantur.

Quādo scđm leges iudicare debeat. Cap. Nonū

q Uando leges institute sunt. non licet eas iudicare. sed oportebit scd̄m eas iudicare.

Qui primo leges condidit. Capitulum. X.

Primi legū cōditores qui

m Oyses primus fuit. qui hebreis. diuinas leges explicauit. Foroneus Rex grecorum Grecis primo leges. iuditiaq; instituit. Mercuri⁹ Egyptijs. Ligur⁹ Lacedomonibus. Numma pompilius Romanis leges condidit. Karolus Sueuis. Julius vo omnibus imperio subiectis.

Qui possunt leges cōdere tpe nostro. Capi. XI.

p Rincipes nostri temporis primo possunt leges condere. Secundo consules. Tercio populares.

Quando sunt inuēte Ciuiles leges. Capi. XII.

Lex naturalis. quādo cē cepit Item Scripta ⁊ non Scripta

l Eges ciuiles inuente sunt. primo quando ciuitates cōstitui ⁊ magistratus creari ceperunt. Lex autē natural' tunc cepit esse qn̄ deus rerum: naturā et gen⁹ humanum primo cōdidit Leges vo scripte p̄mo inceperūt athenis. nō scp̄te in Lacedomonio.

Quid sit Jus non scriptum. Capitulum. XIII.

Cōsuetudo qd

Consuetudo q̄ modo dicitur.

Cōsuetudo distinguit̄ bona Mala.

e St autē Jus nō scriptum. mos ⁊ consuetudo patrie. a moribus hoīm tracta. Cōsuetudo est ius moribus instituta que pro lege recipitur cum lex deficit. Dicitur autē consuetudo quasi comunis suetudo ⁊ vsus hominuz. Est tn̄ duplex consuetudo scilicet bona ⁊ mala. Bona est que omniuz vtentium more approbatur. ⁊ que vtilis est ⁊ vocatur laudabilis cōsuetudo. Sed mala consuetudo est que moribus vtentium nocet et que inutilis est Prima pro lege tenetur. Secunda non. Quia ista secunda qn̄tocunq; tēpore durauerit semp debet aboleri: abrogari: ⁊ p nihilo haberi.

De virtutibus bone cōsuetudinis. Cap. XIIII

b Ona consuetudo tres habet virtutes. primo quia imitatur legē. ⁊ ponitur p lege cum lex deficit. Secundo quia interp̄tatur legē cum dubia fuerit. Tercio quia corrigit legē. Cuz enī est cōmunis in toto mundo. tunc vincit legē. Cum autē est specialis: tunc solum seruatur in isto loco. vbi est cōsuetudo. in alijs nō ymmo alia lege superueniente vincitur et aboletur.

De priuilegijs scriptis. Capitulum. XV.

c Um priuilegia pro legibus habeantur vt scribitur in decretis. Uidendum est de priuilegijs. Et primo quid sit priuilegiuz. Secundo vnde dicatur priuilegiuz. Tertio quot sunt

spetíes priuilegioꝝ. Quarto quis possit cōcedere priuilegia. Quin
to. quanto tempore durat ꝑuilegium. Sexto quot modis tollatur
priuilegium. De primo. ꝑuilegium est. beneficium contra Jus cō- Priuilegiū qd
mune indultum. non enim est aliqđ priuilegium nisi aliquid indul-
geat speciale. Dicitur autē priuilegium. quasi priuans legem com Priuilegiū vñ
munem. Priuilegia etiam dicuntur leges priuatorum ꝛ a cōmuni.
Jure exceptorum. Species priuilegioꝝ sunt due. Unum generale Spēs ꝑuilegiorum.
Aliud speciale. Generale est quod conceditur cōmunitati. ꝛ illud ē Generale
ꝑpetuum Speciale est quod cōceditur persone. ꝛ illud extinguitur Speciale
cum ꝑsona. nisi caueatur in ipso ꝙ debeat transire ad heredes. Po-
test autem concedere dominus Papa ꝛ dominus Jmperator priui- Quis possit ꝑuilegia ꝯcedere
legia. quia hij sunt super Jus et Juribus non ligantur. Durat vo
priuilegium. tanto tempore quāto concessuz est. Tollitur etiā pui- Quantū durat
legium nō debito tempore demōstratum. Tollitur etiam primum Quādo ꝛ quot modis tollit̄.
per posterius. si in posteriori fiat mentio de priori. Jtem tollitur per
abusum. Tollitur denique per voluntariam et expressam resignatio
nem. Jtem tollitur etiaz per superiorum reuocationem ꝛ ꝑ pactuz.

De instrumentis publicis. Capitulum. XVI.

Jcet de publicis notarijs ꝛ de eoꝝ instrumentis in nostris
l iudicijs ciuilibus non sit cōsuetudo neqꝫ cura. tamen ꝑter
alia iuditia pauca intēdo de ipsis annotare. Primo quid sit
instrumentum. Secundo quot eius species Tertio cui fides debeat
adhiberi. De primo Jnstrumentum publicum est scriptura a publi Jnstrumentū. publicū quid.
co Notario conscripta in testimonio causarum coram eo pactarum
Sunt autem due species instrumentoruz. scilicet publicuz ꝛ priua
tum. Publicum est quod per manum publici Notarij est conscri-
ptum et suo signo signatum cōsueto. Priuatum est duplex. scilicet Priuatū duplx
Autenticum et non Autenticuz. Autenticum est. cui appensum est Autenticum
signum autenticum sicut sigilluz principis. vel ciuitatis aut Judi-
cis in causis coraz ipso vel iuditio ꝑtractatis. Est etiaz Autenticum
Jnstrumentuz litera priuata manu ꝯscripta. habens subscriptionē
trium ydoneoruz testiuz viuentiuz. quoruz si duo decesserint nullā
fidem faciet. Non Autenticum Jnstrunentum est. quod caret Si- Nō autēticus
gillo et subscriptionib⁹. Et illi nulla fides adhibetur. Jnstrumēto
vero publico similiter instrumēto autētico sigillato omnino debet
fides adhiberi nisi ꝓbetur tale instrumentum esse falsum.

Quomodo derogatur instrumento. Ca. XVII.

d Erogatur autem instrumēto multis modis. Primo rasura
hoc est quando propria nomina personarum rerum vł loco-

rum delentur. ⁊ alia scribuntur Rasura autẽ simplicium litteraruꝫ sillabarum ⁊ nominum appellatiuorum nõ nocet etiam si alia scribantur vel obmittantur. nec etiam vitium grãmatice vitiat instrumẽtum. Secundo incisione vel ruptura. Tertio varietate manꝰ Quarto si contraria instrumenta super eadem instrumenta producantur Quinto si instrumentum est transsumptum ⁊ nõ originale. Sexto si non continet omnes partes, que in instrumento debent contineri. scilicet In nomine domini Amen. Deinde Anno domini. Inditiõe. Pontificatus et anni Regni Imperatoris ⁊ cetera.

De vigore Sigillorum. Capitulum. XVIII.

q Uia dictum est de priuilegijs ⁊ instrumentis: sed quia sigilla corroborant ipsa priuilegia ⁊ omẽs litteras. Igitur de ipsis est videndum. Primo quid sit Sigilluꝫ. Secundo quot eius species. Tertio quomodo ipsis possit derogari. De primo Sigillum est. Notorium signum auro vel plumbo vel cere impressuꝫ corroborans om̃e factum. Sunt autẽ duplicia Sigilla: scꝫ autentica et nõ autentica. Autentica Sigilla sunt. principum ciuitatum ⁊ iudicum. in causis coram ipsis vel in iuditio agitatis. Et hec autentica per se sola litteris apposita confirmant omne factuꝫ. Nõ autentica sigilla sunt sigilla. priuatarum personarum. et ista per se sola nihil perpetuum poterunt cõfirmare. Uerbi gratia. Siquis dat alicui litteras super debitis vel alijs rebus mobilibus cum suo tm̃ sigillo: et alijs duobus vel tribus viris probis in litteris conscriptis sigilla nõ habentibus in testimonium receptis. erit firmum. hijs testimonijs viuentibus ⁊ cõfitentibus etiã eodẽ debitore mortuo trãsit ad heredes. Si autẽ aliquis dat alicui litteras super res mobiles Sigillis duorum honestoruꝫ viroruꝫ sigillatas: quia ipse Sigillum non hꝫ principaliter võ obligat se ratuꝫ habere: qd in lr̃is ꝯtinetur firmum pmanet et transit ad heredes aut successores. Si autem aliquis dat alicui litteras super res immobiles. tunc requiritur suum sigilluꝫ proprium si habet ⁊ sigillum domini fundi. et vnius alterius probi viri ad minus. Si autem non habet Sigillum proprium tunc requiritur sigillum domini fundi. et duorum honestorum virorum ad minus. Sub quorum sigillo debet se obligare per suam fidem se ratum habere omne quod superiꝰ in litteris est expressum et tunc iste littere habebunt firmitatem. Si quis auteꝫ obligat alicui rem immobilem tantum in manu domini fundi. et si in libro domini fundi fuerit annotatum idem iuris est ac si litteris appensis fuisset roboratum ⁊c̃.

Sigillũ quid.
Sigillũ dupl'r.
Autenticum.
Nõ autenticũ

Quomodo derogatur sigillis. Capitulū.XIX.

Oterit autem sigillo derogari tripliciter. Primo si supscriptio ipsius ē omnino abolita Secundo si sigilluz est incisuz vl' notabiliter fractuz Tertio si signuz sigilli est incognituz

Ius p̄sonarum rerum ⁊ actionum. Capitu.XX

Mne Ius quo nos vtimur pertinet vel ad personas. vl' ad res vel ad actiões. Sed quia parum est Ius p̄sonaruz nosse si ipse persone ignorentur quarum causa statuitur Idcirco p̄us de p̄sonis dicendum est. Sunt autem duplices persone: scilicet impuberes et puberes. Impuberes masculi a die natiuitatis eoꝝ vsq3 ad quartumdecimum annum cōpletum et infra. Puberes vo sunt duplices. scilicet Semipuberes et perfecte puberes. Femine vo vsq3 ad duodecimum annum completuz et infra impuberes dicuntur. Impubes puer est infra annos discretionis. qui non potest tantuz delinquere q͞p in corpore suo vel in parte corporis sui puniatur. Tutor autez ipsius si in culpa fuerit de suis bonis satisfaciat iudici atq3 leso. sin autem de bonis pueri si ꝯ crimine conuictus fuerit satisfaciat ⁊ emendet. Impubes nullum contractum potest facere per se nec per tutorem suum qui sibi noceat Si autem legittima necessitas fuerit: tunc potest aliquid alienare cum Tutore suo ꝯ scitu ⁊ voluntate consulum gratia ad hoc impetrata.

Persone duplices.
Impuberes.
Puberes duplices.
Impuberes femine.
Impubes
Impubes q mō pctū possit facere

Conditio hominum generalis. Capitu.XXI.

Mnes homines aut sunt Masculi aut Femine. aut Hermofrodite. Masculi agunt ⁊ gignunt. Femelle patiuntur concipiunt et pariunt. Hermofrodita in vtroq3 sexu in quo preualet scd'm hunc censetur Item personarum alij nati Alij nascituri Nati, pfecto alij abortiui alij posthumi. nati post obitum genitoris Itaq3 omnis homo. aut liber aut seruus. Liber ex liberis parentibus natus. Qui liberi sequuntur matres quo ad onus. patres quo ad honores. vt si Rex duceret Rusticam. Filij eius dicetur Reges Sed si Regina duceret Rusticum: Filij eius dicerentur Rustici: Seruus est qui ex Ancilla nascitur aut emptus aut venditus. Liberorum alij ingenui. alij Libertini Ingenui sunt nati liberi. Libertini sunt facti liberi. aut manumissi Item liberorum et personarum alij sunt sui iuris. Alij alieni. Sui iuris sunt emancipati. Alieni Iuris sunt filijfamilias serui et ancille. Filiorum alij legittimi ⁊ naturales. Alij legittimi tm̄: et alij naturales tantum. Alij illegittimi: vt spurij ⁊ bastardi. Item liberorum: alij legittime etatis. alij non.

Hominis cōditio.
Liber.
Seruus

Legittia etas q̄ Maiores qui.
Nō ltima etas. Minores qui.

Legittima etas ē a vigesimoqn̄to anno. ꝛ supra. et isti dicuntur maiores. Nō legittima etas ē infra vigesimumquītuꝫ annum. et dicuntur minores. Horum minorum. Alij puberes alij impuberes. Impuberum. alij infantes. alij vo proximi pubertati. Alij puberi. Itē alij semipuberes. alij perfecte puberes. Alij perfectissime puberes

Semipubēs q̄
Perfctē pubēs
Perfectissime, puberes

Semipuberes sunt femelle duodecim annorum. Masculi quatuordecim annorum perfecte puberes sunt femine ꝛ masculi decemocto annorum. Perfectissime puberes sunt viri et mulieres vltra vigintiquinq̄ annos. In decemocto annis semipuberes sunt adhuc sub tutela tutorum: et cum rebus suis nihil possunt disponere. post vigintiquinq̄ annos sunt perfecte puberes. et tunc faciunt quicquid volunt cum rebus suis et personis. Tutela em̄ tunc est finita

Stulti ꝛ furiosi.
Pueri neqtia punienda.

Stulti vo et furiosi semper sunt infra annos discretionis In puero vo si nequitia supplet etatem. virgis ceditur non aliter punitur. Est em̄ pueritia mendatijs plena ꝛ iniurijs. ꝛ ergo aliquando punitur Impuberes vo parentibus mortuis sine testamento sunt statim sb̄ tutela Consulum qui possunt disponere tutelam puerorū ꝛ firmare sigillo ciuitatis ꝛc̄.

De potestate paterna. Capitulum. XXII.

i

N paterna potestate sunt omnes pueri nostri puberes ꝛ impuberes non emancipati quos de iustis nuptijs ꝑcream⁹.

De potestate patris in filios. Capitulum. xxiij.

Patrum potestates septē in liberos

p

Atres habent septem potestates in filios suos. Primo q̄ possunt eos obligare. Secundo q̄ possunt bona eorum ꝓuectitia et emptitia ad suum placitum alienare filijs inuit(Tertio q̄ filij non emancipati quicquid acquirunt hoc patrum est. Quarto q̄ nullus debet eos seruare preter patris voluntatē. Quinto q̄ filij nec ciuiliter nec criminaliter debent agere contra patrem. Sexto q̄ patres possunt filios suos in adoptionem dare Septimo q̄ possunt filios suos ad diuisionem hereditatis compellere quando volunt. et non econuerso nisi in sex casibus.

Casus sex in q̄bus pentes nō pnt liberos ad diuidendā her̄ditatē cōpellē

Primo quādo pater bona puerorum suorum ob fraudem nō ex necessitate vult alienare Secundo quando pater est dilapidator opum. Tertio quando hereditates non debite colit. sed eas destrui permittit. Quarto quando pater filios suos crudeliter cedit. sine causa: ꝛ sine culpa. Quinto quando filios et filias post perfectum tempus pubertatis. non desponsat. Sexto quando ipis necessaria non administrat scd̄m suā facultatem et eorum necessitatem.

Quomodo tollitur paterna potestas. Ca. xxiiij

t Ollitur autem paterna potestas quinqꝫ modis. Primo p mortem patris sine testamento decedentis. Secundo per emancipationem. Tertio quando pater naturalis dat filium suum in adoptionem. Quarto quando filius sui iuris dat se in adoptionem seu in arrogationem. Quinto quando patri vel filio ciuitas interdicitur perpetuo propter magnum crimen Quot mōis potestas paterna tollitur.

Quot modis ciuitas interdicitur. Capitu. xxv.

c Iuitas multis modis interdicitur. Aliquando ad tempus. propter insolentiam et indisciplinaꝫ. et ille nec perdit res nec honorem. sed tātum vsum reꝝ suarum tempore relegationis. Aliquando propter infamiam: quia forte periurus. vel detractor honoris ciuitatis. vel quia redimit se a patibulo. vel quia est insectator honestarum mulierum. Et ille non perdit res nec ciuitateꝫ sed tantum honorē. Ita ꝙ fit expers. Iuris id est rechtloß ꝛ erloß. Hoc est ꝙ nunqꝫ amplius perueniat ad aliquā dignitatem. Aliquando etiam interdicitur ciuitas propter malefitium. vtputa homicidium. ꝛ ille perdit res ꝛ non honorem. Aliquando vō interdicitur ciuitas alicui perpetue. ꝓpter magnum crimen. Ut quia excessit contra principem. vel contra rempublicam proditione vel traditiōe vl' fideifractione. et ille perdit res corpus ꝛ honorem ac libertatē. Ubicunqꝫ enim apprehensus fuerit nullum habet refugium nec obseruationem nec securitatem. Et qui eum retinet scienter aut defendit pari pena punietur. Si autem paruum crimen fuerit sicut modicuꝫ furtum ille perdit res. Et nota ꝙ omnes qui ꝓpter crimē famosum dānati fuerint ad mortē si etiā relaxationē pene p gratiam obtinuerint. tñ honorē nunqꝫ rehabebunt: ꝸ sic sp honori exptes dicētur. Qui ob famosum crimen dānati sunt. sunt sēper infames.

De sponsalibus et nuptijs. Capitulum. xxvj.

q Uia superius mentio facta est de iustis nuptijs. Ideo nunc de sponsalib⁹ ꝛ mr̄imonio ē dicēdum. Et primo d̄ spōsalib⁹ qꝛ hec solent matrimoniuꝫ p̄uenire. Quid sint sponsalia. vnde dicātur. Quomodo contrahuntur. In qua etate. Quis sponsaliorum effectus. An sponsi cōpellantur ad ꝯtrahendum mr̄imonium In quibus casib⁹ sponsalia dissoluantur. De p̄mo. Spōsalia sunt futuraꝝ nuptiaꝝ ꝓmissiones. Et dicuntur a spōdendo id est ꝓmittendo. Est autē mos spōdere vxorē stipulatione. Stipulatio vō est ꝓmissio interrogatōe p̄cedente ꝛ responsiōe sequente: vt dicendo. Spōsalia quid Sponsalia vn̄ Stipulatio q̄d

Spōsalia q̄nq₃ modis ɔtrahi

promittis mihi hoc: et alter dicit promitto. Contrahuntur autem sponsalia de futuro quinq₃ modis. Primo per verba ad hec apta vt accipiam te in vxorem. Secundo cum minores exprimunt consensum de presenti. Tertio per dationem arrarum aut annuli aut pecunie vel aliarum rerum. Quarto per solam sub arrationem: vt p immissionem annuli. Quinto per Juramentum. Contrahuntur etia₃ Sponsalia inter septennes. sed inter minores non sunt sponsalia. et ideo ex eis non oritur publica honestas. Et requiritur ibi q̄ vterq₃ sit minor: nisi esset proximus etate et malitia suppleret etate₃. ⁊ maxime cum tentasset ɔmisceri: Effect⁹ sponsaliorū est: q̄ inducit publice honestatis iustitiam impedientem matrimonium: Cōpelluntur autem sponsi ad matrimonium contrahendum si sint maiores ⁊ iurauerunt nisi deterius timeretur: quia tunc precise nō compelluntur. Jntellige hoc eodem statu manente. Nam si contraheret p verba de presenti cum alia non compellitur. Si autem quis iurauit cōtrahere et vult religionem ingredi. Datur sibi ɔsiliu₃ q̄ contrahat Sed ante copulam carnalem religionem intret Si autē ambo sunt minores pubertate. maiores tamen septennio. ante pubertate₃ neuter contrahere potest. Si autem alter esset minor: et alter maior: tūc maior qui primo venerit ad adultam etatem tenetur expectare minorem. Et cum ipse maior ad adulta₃ etatem peruenerit poterit matrimonium approbare vel reprobare nisi carnalis commixtio aduenisset. Si autem maior minore non expectato per verba de presenti cum alio contraxerit tenet matrimonium. quod semper habet rumpere illa sponsalia que fuerunt de futuro.

Spōsalia non minus q̄₃ inter septēnes ɔbi

Spōsaliorū effectus qui.

Qn̄ spōsi ad cōtrahendū m̄rimonium compellunt.

Sponsalia de futuro soluūtur. Capi. XXVII.

Tredecim de causis sponsalia solui.

DJssoluuntur enim sponsalia de futuro Tredecim de causis. Primo per ingressum religionis quod tenet etiam in sponsalibus de presenti. Secundo per susceptione₃ sacri ordinis quod locum non habet in sponsalibus de presenti. Tertio cum mutuo se absoluunt. Quarto cum alter recedit ad longinquam regionem ante carnalem copulam. Quinto cum alter incurrit lepram vl aliam magnam infirmitatem aut deformitatem corporis. Deformitas tamen in lepra non dissoluit matrimonium vel sponsalia de presenti: ymmo sanus tenetur. etiam infirmo debitum reddere. Sexto Si superuenerit affinitas. Septimo si fama habet impedimentum puta Affinitati superuenisse. Octauo cum alter eorum fornicatur carnaliter. Nono cum fornicatur spiritualiter. Decimo cum con-

cuz contrahuntur. secundo sponsalia de presenti. per secunda autez sponsalia de futuro non rumpuntur prima de futuro. Quod intellige si secundam non cognouit. quia tunc est matrimonium. Undecimo cum perueniens minor ad etatem adultam non vult ratum tenere quod fecit. Duodecimo cum quis promisit contrahere infra certum tempus nec stetit per eum quod non contraxit infra illud tempus. Tertiodecimo cum superuenerit cognatio spiritualis puta compaternitas vel cognatio legalis sicut est adoptio.

De matrimonio. Capitulum. XXVIII.

Circa matrimonium sunt duodecim notāda. Primo quid sit matrimonium. Secundo vnde dicatur. Tertio a quo sit institutum. Quarto quando sit institutum. Quinto vbi sit institutum. Sexto quibus verbis sit institutum. Septimo que fuit causa institutionis eius. Octauo qua etate et quomodo contrahatur. Nono que et quot sunt impedimenta eius. Decimo qui admittantur ad matrimonium impetendum. Undecimo quot et que sunt bona matrimonij. Duodecimo qui possunt matrimonium accusare. De primo matrimonium est viri et mulieris legittima coniunctio indiuiduam vite consuetudinem retinens. Dicitur autem matrimonium quasi matris munium idest officium. Institutum autem fuit a deo ante peccatuz in paradiso hijs verbis. Hoc nunc os ex ossibus meis. et caro de carne mea. propter hoc homo dimittet patrez et matrem et adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna. Causa vero institutionis matrimonij. ante peccatum fuit susceptio prolis sz post peccatum fuit vitatio fornicationis. Contrahitur matrimonium per consensum puberum coniungendorum non per consensum parentum. nec per consensum dominorum. nec solemnitates sunt de substantia matrimonij. Uerba tamen sunt necessaria quo ad ecclesiam in hijs qui possunt per se loqui. Et si verba a contrahentibus prolata. sunt obscura. recurratur ad communem eorum intelligentiam. Contrahi debent matrimonia publice non clandestine. Contrahitur vero matrimonium per verba ad hec apta. vt ego accipio te in meam vel in meum.

Matrimonium quid.
Matrimonium matri
Matrimonium a deo.
Causa matrimonij.
Matrimonium per consensuz fit
Matrimonia palpe contrahenda

Impedimenta matrimonij. Capitulū. XXIX.

Impedimenta que habent dirimere et impedire sunt duodecim que notantur in his versibus.

Error conditio votum cognatio crimen
Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas

Si sis affinis si forte coire nequibis
Hec socianda vetant connubia iuncta retractant.
De singulis hic videamus. Et primo de errore. Iuxta qd' sciendum
quadruplex est error: scilicet. consensus. persone. conditionis et for
Error quadruplex tune. Error consensus est. vt cum deficit consensus vnius cōtrahē
Error consensus tium. Error persone. vt cum credo me cōtrahere cū A. et datur mi
Error persone hi B. Error conditionis. vt cū mihi pmittitur libera. et datur mi
Error conditionis hi ancilla. Ille tres cause impediunt et dirimunt matrimoniū: nisi
ex post facto consentiatur. Dico vel facto vel copula carnali. Quar
to vo causa. scilicet fortune seu qualitatis est. vt cū credo me con-
Error fortune. trahere cum virgine. vel cum diuite: et contraho cum corrupta vel
paupere. et ista quarta causa non dirimit contractum. Conditio lici
Conditio licita. ta. si apposita fuerit matrimoniali contractu: nisi teneatur non est
matrimonium. nisi ab ea fuerit recessum per purum consensum de
presenti subsecutum. vel per carnalem copulam. Conditio autē im
possibilis vel illicita. vel contra naturam apposita. pro non apposi
Conditō impossibilis. ta teneatur. Uotum solenne dirimit matrimoniū. Simplex vo vo
Solenne votū tum impedit: sed non dirimit. Dicitur autem solenne votum per su
sceptionē sacri ordinis. vel per professionem expresse factā alicui de
religionibus approbatis. Cognatio triplex. Cognatio spiritualis
Cognatio triplex. carnalis et legalis. Cognatio spiritualis est attinentia proueniens
ex sacramenti datione vel ad id detētione. Cognatio carnalis est at
Cognatio spirituali. tinentia proueniens ex consanguineitate vel affinitate Et hec diri-
Cogñtio carnal' munt matrimonium vsqz ad quartum gradum. In quinto autē vel
vlteriori gradu licite contrahitur. sufficit tm qp vnus contrahenti-
um excedat quartum gradum: licet alter sit in quarto vel citeriori:
Cognatio legalis est proximitas per adoptionem proueniens. Et
Cogñtio legalis habz tres prohibitiones. hec habet tres prohibitiones. vnam temporalem et duas perpetu-
as. Temporalem qua frater carnalis non contrahit cum sorore ad-
Temporalem optiua. stante adoptione. ea vero finita puta per emancipationem:
Perpetuam. bene contrahit. Alia est perpetua inter adoptantem et adoptatum
et inter vxorem adoptantis et adoptatū: etiam soluta adoptione.
Perpetuā alteram Tertia perpetua inter adoptantem et vxorem adoptati. Crimen sci
Incestus licet incestus impedit matrimonium sed nō dirimit. Item machina
tio in mortem coniugis non secuto effectu. Idem in alijs crimini-
bus. Homicidium autem carnale non impedit matrimonium. Cri-
Crimen tribus casib' dirimit matrimoniū. men nunqz habet dirimere matrimoniū nisi in tribus casibus Pri
mo qn qs adulter dat fidē adultere: viuente pma legitima ei' vxo
re. Scdo qn d facto ptrit cū altera pma viuente Tertio cū alter co

illi⁹ rei dn̄s nisi quādo ꝑtium ei⁹ totaliter ꝑsoluit. vl' alio mō satisfaciat vēditori. vt cautione compromissiōe vel pignore. Sed si is q̇ vēdidit rem tradidit eā fidei emptoris Dico eā statim emptoris fieri. Et si alius creditor illas res occupauerit me p̄nte sue erīt eadeȝ rōne. Si q̇s habȝ liberā negotioꝝ administratiōem a dn̄o suo sibi cōmissaz. si idem vēdit vl' tradit rem facit eam statim accipiētis pleō Jure. Aliquādo etiam trāsfertur dominium rei sola voluntate sine traditione ei⁹. vt si ego tibi accōmodaui aut locaui vel apud te aliq̄ȝ rem deposui ꝛ postea tibi vēdo vl' dono eādem rē. Tunc statim ꝓprietas ei⁹ rei tibi acq̇ritur ac si eam tibi tradidissem. Ideȝ Juris est. si vēdo tibi vinuȝ in cellario. vl' blada in horreo ꝛ assigno tibi claues ad ea. statim tu dn̄s efficieris eoꝝ ad omēm tuā voluntatē ꝛ vtilitatem cuȝ illis faciēdi. Et Nota quādo res vēdite traduntur. tunc amplius om̄e ꝑiculum earꝝ est emptoris. Hec de acq̇sitione rerum corporalium Jure naturali dicta sufficiant ꝛc̄.

Res incorporales Capitulum. XXVII

Ereb⁹ incorporalib⁹. Nota q̄dam sunt res corporales. q̄dā
d incorporales. Corporales sunt q̄ sui natura tangi poterunt
vt homo. Incorporales sunt res q̄ tāgi nō poterunt. veluti hēditas: vsufruct⁹: vsufund⁹. habitatō: tutela: ꝑcaria: experitōes et similia. Nec obstat q̄ꝛ in hereditate res corꝑales ꝯtinētur. Naȝ ꝛ fruct⁹ q̇ ex fundo ꝑcipiuntur corꝑales sunt Silr ꝛ illō q̄ ex aliq̄ ob

Res. Corporales. Incorporales

ligatione nob debetur plerumq corporale est. veluti hō fundus pecunia. Ipsm autē ius percipiendi fructus. ius hereditatis. ius fruēdi. ius vtendi. ius obligationis incorporale est. Eodē numero sunt iura rusticorum et vrbanorum prediorum q̄ et seruitutes vocātur. Siliter ius redditnum et ius censuum. Sunt tn̄ duplices seruitutes vt psonales et prediales Predia rusticorum dicuntur agri in quib' nō sunt dom' aut edifitia. Seruitutes.

Seruitus prediorum. Capitulum. XXVIII.

Rusticorum prediorum iura sunt. Limes iter via et aqueduct'. Limes est ius possessionum. possessionē a possessione diuidēs. Iter est ius eundi equitandi pellendi. Via est ius pergēdi ducendi peragrandi. Aqueductus est ius aque p fundum alienum ducendi. Nota q via in pte strictiori dz hre octo pedes. in latiori sedecim. Iter debz hre quattuor pedes. Limes dz hre duos pedes. Ista tn̄ mensura relinq̄tur arbitrio mensurātium et terre q̄ntitati. Hic nota q vadēs pedes. dz cedere de via equitanti. eq̄tans currui pergenti. currus vacuus pgens onerato. currus onerat'. de alto pgēs debet cedere currui onerato ascendēti. Sunt āt alia rusticorum prediorum iura scilicet Jus aquā de fonte hauriendi et pecora ad aquam pellendi Jus pascendi. Jus calcē cōquirendi. et ius arene argille aut lymi scindendi aut fodiendi. ius lapides minerales rumpēdi. et mlta alia silia

Limes. Iter Via Aqueductus Via stricta Via lata. Limes

Seruitus vrbanorum prediorum. Capi. XXIX

Urbanorum prediorum iura sunt hec. vt vicin' onera vicini nō sustineat trabē tignum vl lignum in parietē ipsi' non immittat. stillicidium in edes vl areā seu cloacā ipsi'. nō inducat. fenestras in curiā ipsi' nō faciat. luminib' vicini sui nō offitiat. Fimum añ sui vicini domum nō piiciat. p fundum ipsi' nō vadat. nō pellat: nō pgat Si quis āt aliq̄d horum hre voluerit. pce a pcio aut pacto efficere dz. et lras sup h recipe. al's nulli' sunt firmitatis q̄tocunq̄ ēt (tpe durauerint.

De vsufructu. Capitulum. XXX.

De vsufructu sunt q̄ttuor notāda. Primo q̄d sit vsufructus: Scdo in quo psistit. Tertio quō pstituitur. Quarto qn̄ finitur. Usufructus est ius alienis reb' vtēdi vel fruēdi salua rerum sba. Est g' vsufruct' in corpe q̄ ablato necesse ē et ius tolli. Differt āt a pprietate. s. a re in q̄ est. q2 si aliq̄s legauerit vni vsufructuz tc̄ heres solummō hz nudā pprietatē et eā. Pōt tn̄ aliq̄s legare i testamento vni fundum et alteri vsufructum. sz sine testamto id facere et pstituere nō pōt nisi pactionib' et stipulatiōib'. Ne tn̄ in toto pprietates inutiles sint. sp eīn deducto vsufructu placuit certi mōis vsu

Usufructus. Vsufructus a pprietate differt.

Usufruct⁹ ubi constituitur.

fructum extingui ꝛ finiri ꝛ ad ꝓprietatē reuerti. ꝯstituitur autē vsufruct⁹ nō tātū in fundo ꝛ in edib⁹ verūetiā in ∫uis ancillis ꝛ iumētis cunctisqꝫ reb⁹ exceptis areis. ꝛ excepti his q̄ ip̄o vsu ꝯsumuntur. nā hee res neqꝫ iure naturali neqꝫ ciuili recipiunt vsufructum in q̄ꝝ numero sunt vinū oleū frumentū vestimentū ꝛ pecunia. Sed ne ad heredes hee res nunq̄ꝫ reuerterentur senatores cōstituerunt. vt cui vsus pecunie legatus est satis det heredi cautionādo De tāta pecunia restituēda si moreretur vel si ciuitas ipi ꝑpetuo interdiceretur Cetere āt res vt vinum ꝛ oleū frum̄tū. ita traduntur vt ei⁹ fiāt cui dātur Sūt tm̄ resp̄dicte estimari vt si moriatur recipiēs ā a ciuitate ꝑpetuo relegetur satisfaciens cautio heredi p̄stetur. De tanta pecunia restituenda quāti fuerit res estimata. Cōstituitur vsufruct⁹ per preces ꝑ preciū ꝑ ∫uitutē ꝑ testamentū ꝑ emptionē vel ad dies vite sue. vel ad certum tp̄s. Finitur ꝛ terminatur vsufructus ꝑ mortē fructuarij. non ꝑ mortē dn̄i ꝓpetati. nec per mortē heredū ipsi⁹. Et perpetuam interdictionē ciuitatis ꝑ malū vsum. ꝑ alienatiōeꝫ. per resignatiōeꝫ. ꝑ reemptiōeꝫ. ꝑ peioratiōeꝫ. per incendiū. ꝑ terremotū. ꝛ per antiq̄tatē. Cum v̄o finitus fuerit vsufruct⁹ totaliter. tunc omnino reuertitur ad dominum ꝓpetati ꝛ q̄ p̄us ꝓ medio. i. al's vn̄ habebat id tunc pleno iure habet possidendo totum ꝛc̄.

Usufruct⁹ q̄n terminatur.

De vsunudo. Capitulum. XXXI.

Quiv summu∣dum habet.

O Mnibus istis modis q̄b⁹ vsufructus ꝯstituitur ꝛ finitur eisdem modis vsusnudus ꝯstituitur ꝛ finitur minus tm̄ iuris habet vsusnud⁹ quā vsuffruct⁹. Primo q̄ꝛ is q̄ fundi vsumnudum hꝫ nihil vlteri⁹ hr̄e intelligitur nisi vt olerib⁹ herbis feno stramēti ꝛ lignis ad quotidianū vsū vtatur. Secundo q̄ꝛ i eo fundo hactenus ei morari licꝫ sic vt neqꝫ domino fundi nociuus sit neqꝫ his ꝑ q̄s opa rustica fiunt sit impedim̄to. Tertio q̄ꝛ Jus illud quod habet nulli potest vendere donare obligare locare neqꝫ concedē hec tamen omnia vsufructuarius facere potest ꝛc̄.

De vsuedium Capitulum. XXX. II.

Qui vsum edi∣um habet.

Q Ui vsumedium habet nichil hacten⁹ Juris hr̄e intelligitur nisi vt ipe sol⁹ inhabitet. ꝛ nulli locet. sꝫ nec ad aliū hoc ius trāsferre potest. ymo vix ꝯcessū ē. vt eo abn̄te hospitē in domū recipiat. qui cū vxore sua ꝛ liberi suis ꝛ ∫uis ibi habitet. vsqꝫ ad ei⁹ aduētū. Js v̄o ad quē ∫ui vs⁹ ꝑtinet idē tātummō ꝓ se ope ꝛ ministerio ∫ui vti pōt. ad aliū v̄o nullomō ius suū valꝫ trāferre. Idem Juris etiā est in iumento. Si autem alicui pecudū vl' ouiū vsus legat⁹ fuerit. Ideꝫ neqꝫ lacte neqꝫ lana nec agnis vtetur quia

in fructu sunt. Pecoribus autē uti pōt solum ad stercorādum agr. Et si alicui sola habitatio legata fuerit neq̄ usus videtur neq̄ usufructus. s̄ q̄si aliqd̄ ꝓprium ius. pōt tñ idē alteri ꝓbo viro habitatōnem locare sine deterioratōe eiusmodi. Et hec de seruitutibus ꝛ usufructu ꝛ usu nudo ꝛ habitatiō dicta sufficiāt. De hereditate āt ꝛ obligatiōe habebitur loco suo ꝛc.

De usucapiōe. Ca. xxxiij.

1 Ure ƀo ciuili nob̄ res corꝑales mult̄ mōis acq̄runtur ꝑ usucapionē ꝛ ꝑ p̄scriptionē. iuxta qd̄ nōnduz. Quid sit usucapio. q̄d p̄scriptio: q̄ spēs eoꝝ: q̄ vtilitas eoꝝ: q̄t ꝛ q̄ req̄runtur ad ea. Prescriptio est ius quoddā ex tpe capiens firmitatē. ꝛ habet fieri in rebus immobilib⁹. Usucapio ē acq̄sitio dominij ꝑ ꝯtinuationē possessionis tpe a lege diffinito ꝛ hꝫ fieri in rebus mobilib⁹. Spēs usucapiōis ē tm̄ vnica. s. triennium. Spēs ƀo p̄scriptōis sunt tres. vna. s. longi tpis. altera lōgioris. tertia longissimi tpis. De q̄b⁹ p⁹ dicetur Utilitas usucapiōis ꝛ p̄scriptiōis. est triplex. ꝓma q: ista tpa sunt a lege data ne reꝝ dominia maneāt in incerto. Scd̄a q: si ista tpa nō essent data null⁹ vnq̄ res suas posset q̄ete possidere. Tertia q: q̄ res bona fide emptas ꝑ ista tempa a lege data in pace et quiete possidet. ꝛ si postea ab aliquo impeditur r̄ndere nō tenetur ꝑ eisdem.

Prescriptio. Usucapio. Species usucapionis vnica. Species p̄scriptionis tres. Utilitas usucapiōis ꝛ prescriptiōis trip. ex

De prescriptione. Capitulum. XXXIIII.

a D ƀam āt p̄sc̄ptionē ꝛ usucapionē ista req̄runtur. Usus. Recta fides iustus titul⁹ possessio tp̄s. Res p̄scriptibil' p̄scriptio vera requirit.

Uersus ad usucapionem.

Publice rē mobilē vicioq̄ carentē. Glosa hoꝝ ƀsuum Recta fides id ē bona fide: vt si q̄s emit q̄d. i. aliquā rē mobilē vel immobilē. iusto titulo. i. ꝑ certo ꝑtio ꝛ iusto. ꝛ ab eo quē credit eē dn̄m eiusdem rei. Publice. i. manifeste. q: si in occulto emit. tē res videtur suspecta. vicioq̄ carētē. i. q̄ nō sit furtiua neq̄ vi rapta. nec mala fide possessa: q: ista nunq̄ usucapi poterit. eo q̄ a lege diuina ꝛ humana ꝓhibita sunt Qui em̄ alienā rē vēdiderit vl' obligauerit ā donauerit alteri sciēter furtum ei⁹ ꝯmittit. Sed illud aliq̄n aliter se hꝫ vt patebit Qui ḡ rē talē talib⁹ ꝯditōib⁹ appositis ꝯtinue habuerit sine oī impetitiōe. tpe a lege diffinito ampli⁹ eā q̄ete hēbit ꝛ nulli r̄ndebit q̄rulāti Nota q̄ mult̄ mōis pōt q̄s alienā rē in aliuz trāsferre sine vitō Primo si heres rē defuncto ꝯmodatā: vl' locatā: vl' apud eum depositā: estimās hereditariā rē suā eē: bona fide emptori vēdiderit: aut alteri donauerit seu dotis nōie dederit: nō est dubium: q̄n is q̄ accepit: iuste sibi usucape possit: q: illa res in furti vitium nō cadit. neq̄

Multis modis quis pōt rē alienā alium trāsferre.

heres ille furtum ꝯmittit qui eam bona fide tanq̄ rem suam alienauit. Furtum enim nō ꝯmittitur nisi affectu furandi. Errat tamen heres q̄ sic alienauit. Igitur tenetur rem ipsam vel valorem eius vero dn̄o restituere ꝛ emens circa emptionē suam remanere. Idem Iuris est. Ego credo me heredem cum in rei veritate nō sum heres. vel cū credo mihi rem aliq̄ legatam fore. ꝛ tn̄ nō est. nec ꝓbari poterit. Etiam si aliq̄s rei immobil' vacātis possessiōē ꝓpter absentiā aut negligētiā veri domini. aut quia sine successore decesserit sine vi inuadicatur. Qui q̄uis mala fide possidet quia scit se alienum fundum occupasse tamen si ipse alteri bona fide accipiēti tradiderit poterit illi lōga possessione res acq̄ri. quia nec furtiuum. nec vi possessum accipit. Abolita est enim q̄rundā sententia estimātium rei immobil' furtum fieri. Aliquādo etiā res furtiua. vel vi possessa vsucapi potest. veluti in dn̄i potestatē reuertitur. q2 verus dn̄s eam emit. vel si debitor alienā rem obligauit. Tunc enim vitio eius purgatō ꝓcedit illius vsucapiōe. Sed q̄d ego emo a sartore tunica ad ꝑparandum sibi datam aut pānum a rasore ad radēdū sibi datū aut a famulo alicuius dn̄i merces sibi ꝯmissas vel calceos a famulo calcifici. nunq̄d vsucapio eas. Dico q̄ sic. Si bona fide emi ea credēs illorum esse q̄ mihi ea vendiderit etiā si nō habuero a tpe a lege diffinito. Quia nō nocet bona fide ementi mala fides vendentis vt. ff. de. diuers. ti. prescrip. l. in vicium. Sed imputēt sibi ipsis q̄ infidelib' hoīb' bona sua ꝯmittunt. poterunt tamē veri dn̄i ab illis infidelib' bona eorum postulare. Item dixi. iusto titulo scilicet emptione. vel donatōe. aut successiōe. aut ꝑmutatōe. vel alia q̄libet iusta causa. Dixi ꝛ. ꝓ iusto ꝑtio q2 si ꝓ minori q̄ ꝓ iusto ꝑtio emisset vt pura ꝓ decem quod valz viginti illa nō tenet q2 ibi interuenit fraus ꝛ dol' q̄ nemini debent patrocinari. Et q2 emat ab eo quē credit esse dn̄m eius illius rei. Si enim sciuisset rem illius nō esse aut furtiuā tunc ꝯtractus nō valēt. Dixi q̄ habuerit eā ꝯtinue sine interruptiōe q̄libet. Fit enim multiplex interruptio vt naturaliter ciuiliter ꝑ Sinodalē. ꝓclamatiōnē. ꝑ ꝯuētiōez. ꝑ citatiōnē. ꝑ insinuatōnē. ꝑ ꝑtij oblationē. ꝑ ꝓtestatiōez. ꝑ debitī recognitionē. ꝑ fenoris solutionē. ꝑ rei possessionē. ꝛ ꝑ solā libelli oblationē. Interrumpitur etiā infamia. pena. dignitate. potētia. furore aduersarij impediēte agere. Dixi etiā possessio tp̄is: hoc est q̄ emēs possedit istā rē tāto tp̄e q̄to a lege est diffinitum. Diffinit autē lex isto tp̄e. vt si q̄s rē mobilē possideret ꝑ tres ānos sine arrestatiōe. amplius eā q̄ete possideret. Si q̄s possideret rē feudalē militarē decē annis. amplius eā q̄ete possideret. Est autē duplex feudum scilicet rusticum et militare. Item si q̄s possidet

Interruptio fit multiplex.

Feudum duplex:

ꝓꝑetates triginta annis ampli⁹ eam ꝑscribit. Dixi res ꝑscriptibilis Hic nota ꝙ oēs res corꝑales ⁊ incorꝑales iura ⁊ actiões prescribi poterunt. Res autē communitatis vt limites ⁊ fines terraꝝ et res pupillorum. res dotales. res filijfamilias. res sacra. res religiosa. liber homo ⁊ seruus fugitiuus nunꝙ̃ poterunt prescribi. Est autem limes spatium terre inculte. quod diuidit possessiones terre ab inuicem Fines sunt loca vel termini quibus. districtus ⁊ regiones distinguuntur. Res pupilli id est impuberis. Res filijfamilias. id est nō emancipati. Res dotalis id est fundus datus vxori ꝓ dote. Res sacra id est religiosa a nullo debent possideri. ergo nec prescribi. Liber homo non prescribitur. nec appropriari potest quouis iure vel modo quia libertas libera res est. Seruus fugitiuus a suo vero domino quantocunꝙ̃ tempore altero commanserit. adhuc eum suus verus dominus rehabebit.

Limes quid

Fines quid.

Libertas.

De acquisitione donationis. Capitulū. XXXV

e

Est ⁊ aliud genus acquisitiōis reꝝ iure ciuili qd̄ vocatur donatio. de quo vidēdum Quid sit donatio. Quot eius species ꝓpter qd̄ vocetur. an piuges possint sibi mutuo donare. De primo donatio est quedā collatio facta alicui simplr̄ ex mera libertate. vel ꝓpter nuptias. vel ꝓpter metum mortis. Tres ergo sunt eius species: scilꝫ simplex: ⁊ ꝓpter nuptias ⁊ causa mortis. Simplex donatio est: que ob nullā causam fit. sed mere gratis. Scd̄a est q̄ fit ꝓpter nuptias contrahendas inter virum et vxorem. Tertia est que fit propter metum mortis instantis vel futuri ⁊c̄.

Donatio qd

Donatōis species tres

Donatio simplex.

Donatio propter nuptias

Donatio mortis causa

Qō donatio cā mortis pōt reuocari. C. XXXVI

s

Simplex id est libera. donatio tradita temere reuocari nō pōt Donatio causa mortis sex d̄ causꝭ reuocari potest. Primo si donator fuit infirm⁹ ⁊ pualuit. Scd̄o si eum penituit. Tertio si donatari⁹ dāna vl̄ ꝑicula donatori intulit. Quarto si donatari⁹ ingratus fuit. Quinto si donatari⁹ donum nō acceptauit. Sexto si donator donum nō tradidit donatorio nec eum dn̄m doni illi⁹ fecit Donatio q̄ est inter viꝝ ⁊ vxorē stante mr̄imonio reuocari nō pōt nisi ī tribus casibus. s. tacite. expsse. ⁊ ꝑ mortē. tacite reuocatur ꝑ adulterium cum repudio. Expsse reuocatur ꝑ peiorationē vl̄ ꝑ alienationē rei donate: ꝑ mortē qn̄ donatari⁹ an̄ donatorē moritur. Donatio inter viꝝ ⁊ vxorē stāte mr̄imonio. ex q̄ alter fit ditior. alter paupior. de iure nō tenet nisi morte ꝯsumetur etiā si iuramentuꝫ interueniat. hoc est si mulier donat viro suo bona sua pr̄na vel materna. ex q̄ donatōe

Donatio causa mortis sex d̄ causis reuocari potest

Donatio inter virū et vxorem tribus casibus reuocari pōt.

Donatio q̄ alter fit ditior. alter paupior de iure nō tenet

ipa depauperatur vel ecōuerso. Ita donatio de iure non tenet ante morte mulieris etiam si interuenerit iuramentum. Idē iuris est si vxor remittit viro dotem. quia ista ambo a lege probibita sunt.

De dote et eius speciebus. Capitulum. xxxvij.

Circa tertiā donationē que vocatur dos. plura sunt notanda Quid sit dos. quot eius spēs. Qñ debeat dari. Quātum d iure. quō debeat dari. Quando dos repeti poterit. Ex quib⁹ causis dos lucretur. Quando dos sit restituenda. vtrum vir totā dotem teneatur restituere. Quis possit petere dotem. vtrum vxor possit resignare dotem. vel doti renuntiare. Utrum vxor quouis modo poterit dotem alienare: vtrum dotē esse saluā. debeat credi marito Uel vtrū debeat cautio de ipso pstari. Si vir fecit impēsas in res dotales vtrū sibi debeant resartiri: vtrū dos antecedat oēs creditores.

Quid sit dos Capitulum. xxxviij.

Dos quid. Dos est datio vel donatio quedā facta viro a pte mulieris ꝓpter onera matrimonij sustentanda Spēs eius sunt tres. s. Spēs dot. tres ꝓuectitia. aduentitia. ⁊ estimata. Prouectitia dos est datio Dos ꝓuectitia quā dat pater filie vel au⁹ nepti ꝓpter nuptias. Et illud est ꝓprium matrimonium ipsius cum quo facere pōt: quicquid vult liberis nō extantibus nisi aliud pactum fuerit statutum. videlicet si extant liberi. tunc filia habet vsumfructum dotis ⁊ ꝓprietas manet apud illos. Si autē ipsa filia intestata decesserit. tunc liberoꝝ est successio. ⁊ nō patris neqꝫ matris: neqꝫ alicui⁹ ꝯiuncti a quo res primo aduenīat. Et hij liberi possidebunt dotē illā plēo iure. Taceat igitur omnis hō qui dicit ꝙ pter liberos ꝓprium matrimonium detinere. Aduentitia dos est que ꝓuenit a matre: vel ab alijs ꝯiunctis. ⁊ cum illa similr pōt facere q̄cquid vult: si rōne m̄rimonij nō pacto fuerit data. Estimata dos ē fund⁹ aut cum nominatā pecuniā resignamus. Aduētitia dos. Estīmata dos

Dos quomodo debeat expediri. Capitulū. xxxix.

Vir dꝫ sue vxori dotē expedire qñ ipsa aut parētes eius expetunt siue añ nuptias siue post. ⁊ quocunqꝫ tp̄e hoc fiat in nullo debet ei preiudicare. ipsa v̄o expedita tenetur idē facere viro suo. Sꝫ q̄ttuꝫ vxor donat viro suo tm̄ vir d iure cōi dꝫ dare vxori: ⁊ tertiā ptē plus nisi pactis ⁊ ꝯuentiōibus: aliud statuatur ⁊c.

Dos potest repeti. Capitulum quadragesimū.

Dos vxoris poterit r̄peti qñ vir sua substātia ꝓpria abutitur vel qñ ē dilapidator opum. Si autē vir vergit ad inopiā ex infortunio vel graui infirmitate. vel ex causa alia legittima.

tunc nulla cōpetit repetitio. q2 ꝯiuges in sil' omne bonum ꝛ malum pati debent: nihil em̄ eos sepat nisi mors. Dos autē vel donatio tri pliciter lucratur viro aut vxori. Primo ex delicto adulterij. Secun do ex ꝯsuetudine. Tertio ex pacto ꝯuento. Donatio vō ꝓuectitia re stituenda est patri filia mortua intestata liberos nō habente: et h̄ p⁹ obitum mariti ipius. Donatio autē aduentitia restituenda ē matri. vel alijs ꝓximis ipsi⁹ a quibus aduenit etiā post mortem mariti

Dos aut dona tio triplicē que stum affert viro vel vxori.

De dotis restitutione. Capitulum. xlj.

m Aritus in restitutiōe dotis tenetur facere quicq̄d pōt: ita tñ q̄ nō egeat. Nā ſm leges nō totum qđ habet est extorquen dum: sed ipsorum moderatio habenda est ne egeat. Dotem autem repetere pōt omnis qui dat dotem: q2 dr̄ in autentica. Qui ni hil dat nihil recipit. nisi pactis aut ꝯuētionibus aliud statuatur.

Cautela. Capitulum. xlij.

m Ulier nulla de causa dotē suā resignare debet: aut doti renun tiare: nisi ex causa legittima. ꝛ cum ꝯsilio corā dn̄o heredita rio. ꝛ h̄ idō ꝯstitutum ē. ne huius modi sexus ꝛ muliebris fra gilitas in ꝑniciem eaꝝ ꝯuertatur. Qđ si sup h̄ aliter factum fuerit nl' lius est firmitatis. Ipsa mulier etiā nullo casu dotē suā alienare de bet. Quia eā iure p̄cario possidet: qđ si faceret ꝑderet eam. Licet do tem esse saluā absq3 omni alienatione. Que ꝛ si posset credi marito cui confiditur ꝛ cōmittitur corpus vxoris. tñ hoc nō obstante mari ti debent ponere fideiussores ꝓpter metum mortis. ne fragilis sex⁹ mulieꝝ bonis suis dotalibus defraudetur. Dos pōt repeti ſcđm cō suetudinē ꝛ ſcđm pacta: q2 in aliquib⁹ locis est ꝯsuetudo q̄ statim mortua vxore liberis nō extantibus repetitur dos ꝛ paraferna. In alijs vō locis repetitur dos solum post mortē vxoris. solum vō ī re bus immobilibus. Parauerna vō ꝛ omnia mobilia que mulier nō adduxit non repetuntur sed viro remanebunt. In alijs tñ loc' fiunt pacta. Qđ quicunq3 ꝯiugum p̄moritur tunc reliquus seruat dotē ꝛ donationē ꝛ paraferna: pleno iure etiā liberi existētibus siue nō. Et illa dr̄ libera dos. Alia etiā ꝯsuetudo est. q̄ vno ꝯiugum mortuo re liqu⁹ ſuat dotē ꝛ donatōnē ad dies suos. ꝛ cuꝫ ꝑafernis facit q̄cq̄d vult. ꝛ p⁹ mortē amboꝝ si existāt liberi seu h̄ēdes. istoꝝ tc̄ sunt dos ꝛ donatio pleno iure. Si vō nō extāt liberi. tc̄ dos redit ad ꝓximos ꝓpinq̄ores vxoris. Si āt ista bona vir ꝛ vxor sil' elaborauerīt vel ad inuicē cōportauerīt: tc̄ media ps illaꝝ reꝝ reuertitur ad ꝓximiores vxoris. ꝛ ad alterā medietatē succedunt ꝓximiores mariti ꝛc̄.

Libera dos

De Paraferna. Capitulum.xliij.

Paraferna qd.

P Araferna sunt omnia bona mobilia: q̄ mlier h₃ extra dotē. vt vestes. lectisternia. clenodia ₇c. ₇ dicuntur a para qđ ē iuxta ₇ ferna dos quasi res iuxta dotē. Sed ē alia via q̄ videtur eē sanior inter has oēs. Q₂ si vxor p̄moritur: tc̄ vir seruat dotē ₇ donationē ad dies suos non peiorando nec alienando etiā liberis extantibus vel nō. Cum dote āt quā vxori dederat disponit ꝓut vult: q₂ sibi vacat nisi alr̄ pactis ₇ ꝯuentionibus sit statutum. Eo v̄o mortuo reuertitur donatio ad p̄rem vel ad m̄rem vxoris vel ad alios coniunctos. a q̄bus aduenit si extant. si nō extant: tunc vacat ciuitati. Alia ꝯsuetudo est. Si vnus ꝯiugum nō extantibus liberis moritur intestatus. tunc reliqu⁹ seruat dotē ₇ donationē cu₃ parafernis pleno iure. Et nota ꝙ oē ius qđ h₃ dos hoc ide₃ h₃ paraferna. Sciendu₃ ꝙ multiplices sunt impēse in res dotales. vt necessarie vtiles ₇ voluntarie. p̄mas duas impēsas heredes r̄stituē tenētur. Tertiā āt impēsam si cā dilatiōis eā fecit. illa nō restituitur ei. Nota etiā. ꝙ mulier in dote p̄fertur omnib⁹ creditorib⁹. p̄orib⁹ ₇ posteriorib⁹ nō h̄ntibus hypotecā exp̄ssam in donatiōe ꝓpter nuptias: ymo mulier ī parafernalibus prefertur etiā creditoribus habentibus tacitam vl' expressam hypotecam id est pignus immobile ₇c.

Multiplices sūt impense in res dotales.

Ypoteca.

Per testamentū acquiruntur res. Cap̄. XLIIII

A Cquiruntur nob̄ res etiā iure ciuili p testm̄ ₇ ab intestat reolicta. Et primo videndum de testō. Quid sit testamentum ₇ vnde dicatur. Quot sunt species eius. Quot requiruntur in testamenti factione. Quomō ꝯfirmantur testamenta. Quomodo ₇ quot modis infirmentur. De primo testm̄ est voluntatis libere ₇ sane mentis iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult cum institutiōe heredis: Dixi voluntatis libere. q₂ siquis cogeretur non valeret testamētum ētiā si iuramento firmaret ip̄m non velle mutare. dixi sane mentis: quia licet eger sit corpore: incolumis tamen ratione. Dixi iusta sententia idest legittima dispositio de rebus mobilibus ₇ immobilibus. Dixi de eo quod quis p⁹ mortem suam fieri vult: scilicet de vniuerso patrimonio: quia nemo potest in parte testari: et quia ante mortem nemo potest sibi ex aliquo testamenti ius vendicare. dixi cum heredis institutione: quia heredis institutio est caput ₇ fundamētum toti⁹ testamēti Et ē institutio alicui⁹ in locum suum statutio. q₂ p̄sona defuncti ₇ h̄edis vna cēsentur. Dr̄ aute testm̄. q̄si testatio mētis. i. voluntatis: nō tn̄ q̄libet: s₃ solum illa que hereditates disponit: ₇ illa est mutatoria vsq₃ ad ex-

Testm̄ quid.

Heredis institutio quid
Institutio qd
Testamētū vñ

tremum vite: etiam si de non demutando pactum vel iuramentum interuenerit. Due autem sunt species testamenti: vna dicitur nuncupatiua que fit per verba, alia in scriptis vel per instrumētum. Sz non est differentia si scribatur in tabulis vel papyro vel pergameño dummodo testibus signetur vel sigillis muniatur. Spēs testamē tiduę

Ad testamentū faciēdū q̄ requirūtur. Ca.XLV.

In factione testamenti necessario nouem requiruntur. Unde versus. Quisquid qui quantum quod cui cur quō quando. Et de omnibus per ordinē est dicendum. Testamentum potest facere omnis homo: exceptis personis .xv. Uersus In testī factiōe requirūt̄ nouē

Testari nequeunt impubes: religiosus.
Filiusfamilias: morte damnatus: et obses. Quindecim p̄sone nō possūt testari.
Prodigus: ⁊ stultus: dubius: seruus: furiosus.
Crimine damnatus: cum muto: surdus: ⁊ ille.
Qui maiestatē lesit: sic cecus ⁊ ipse

Glosa. Impubes .i. minor annis masculus vel femina: q̄ꝛ vsum discretionis nō habet. etiam q̄ꝛ heredem non habet quē in testamēto dz instituere. Religiosus .i. q̄libz regularis q̄ ꝓfessionē fecit: q̄a nil hz ꝓprium. Totum enī̄ dedit cum se deo obtulit. Attn̄ heremite et alij sollitariā vitā ducentes p̄nt testari q̄ abdicationē suaꝝ reꝝ non fecerīt. Clericiq̄z seculares de hijs q̄ intuitu ꝑsone sue hn̄t. Et silr̄ de bn̄fitijs nō curatis hn̄ testari p̄nt De bonis āt eccl'ie de rebus immobilibus nihil testari p̄nt. De mobilib⁹ p̄nt dare cognatis suis ⁊ ꝓximis ⁊ famul' paupibusq̄z ⁊ infirmis scd̄m eoꝝ necessitatē. Filiusfamilias testari nō pōt nec de ꝓfectitia: nec de aduentitia: q̄ūtumcunq̄z parētes eis admittunt. Rō hui⁹ q̄ꝛ testm̄ ex libero testantis arbitrio ꝓcedit. Hij vō sunt in ptāte alioꝝ nō sua. Si autē filiusfamilias pubes miles vl' studēs fact⁹ fuerit. tc̄ ei ꝑmissum ē de armata vl' litterata militia .i. de castrēsi peculio vl' q̄si castrēsi testm̄ facē: q̄ꝛ ī his siles sunt p̄rifamilias. Donatōes tn̄ p̄nt facere parētib⁹ ꝯsentiētib⁹ q̄ꝛ donatio sapit nām ꝯctus. Ipsi āt ꝯhere p̄nt parētibus ꝑmittētibus Dixi morte dānatus etiā ꝓpter q̄ocunq̄z malefitium nō pōt testari: q̄ꝛ q̄ vitā ꝓpter malefitium ꝑdit etiā dispōnē de reb⁹ suis ꝑdit Dixi obses. Qui pro capto datur non pōt testari: q̄ꝛ in ptāte aliena nō habet voluntatē. Item ꝓdigus cui administratio bonoꝝ suoꝝ est a iudice interdicta nō potest testari: q̄ꝛ reruz suaꝝ nullā hz ptātē Itē stultus id est mente captus nō pōt facere testm̄ q̄ꝛ discretionem nō hz. Dubius scz in fide vel hereticus testm̄ facere non potest. q̄a omnia bona sua in manibus principum sunt quorum esse dicuntur.

Furiosus testari nō potest, quia mente et ratione caret Quando vero habet lucida interualla: quicquid tunc testatur ratum habetur. Damnatus pro crimine famoso testari nequit: q2 est infamis et iuris expers. Mutus qui nunq̄ȝ locutus est: quia testamētum cum loquela pficitur. Ideo testari non valet. Surdus videlicet qui nunq̄ȝ audiuit testari nequit. q2 nescit qualiter de rebus disponat. Itez qui commisit crimen lese maiestatis. vel qui facit contra rem publicam vtputa fidefragus facere testamentum non potest. quia talis cecidit in penā corporis ⁊ rerum. Cecus scilicet a natura etiaȝ testari nō potest sine magna solennitate. quia faciliter decipitur. Attamen orbus bene potest testamentum facere

Quibus testari et legari potest. Capitu. XLVII.

Testatori possumus omnib⁹ hominib⁹ liberis seruis puberibus et impuberibus diuitibus paupibus furiosis muti. surdis secularibus ⁊ religiosis. Et non solum hominibus sȝ etiam locis sanctis monasterijs ⁊ ecclesijs. Exceptis tamen hijs personis. scilicet. hereticis. apostatis. illicitis. collegijs non priuilegiatis nec confirmatis. Spurijs Seruis accusatis de adulterio. cum eorum dominabus ⁊ damnatis. Omnes autē dicuntur illi damnati heretici proscripti fidefragi traditores. fures. latrões. falsarij. sicarij. Et nota q̄ lex precipit quibusdam personis testari tanq̄ȝ ipsis ex natura debeatur: vt sunt omnes ꝓpinqui ascendentes ⁊ descendentes. Collateralibus autē ⁊ extraneis scd̄m voluntateȝ legatur Qui autem dicuntur ascendentes ⁊ descendentes collaterales ⁊ extranei videbimus loco suo.

Que res legari poterunt Capitulum. xlviij.

Testari ⁊ legari poterunt omnes res corporales ⁊ incorporales presentes ⁊ future ad certum tēpus vel imppetuum sub conditione vel simpliciter de certa re certa q̄ttitate vel incerta legari potest debitorum liberatio. creditorum solutio. male quesitorum restitutio: ⁊ non solum res sed et factum potest legari hoc modo. Ego lego ⁊ precipio vt heres meus rem talem tali donet vł vendat. vel prohibeo heredi meo talis ⁊ talis rei alienationem sub pena. C. librarum tali monasterio vel tali ecclesie prestandum. Et ꝑ eo adijcitur pena: vt metu pene stetur arbitrio: quia preceptum de necessitate non seruatur. Similiter testator non potest fidei alicuius cōmittere oēs hereditates suas. vt d hijs disponat ꝑut sibi cōmittit ⁊ confidit. ⁊ hoc fit sic. A. heres meus esto: ⁊ rogo te vt quā

p̄mo possis hereditatē adire. tunc da filio meo. N. ex ꝯcubinatu tm̄ Testator etiā pōt suo heredi dare tutorē ad tp̄us iuris vel vltra et ꝙ idē faciat rōnem de sibi commissis. vel ꝙ nō faciat. ꝛ precipue ꝙ inuentarium faciat. Est autem inuentarium littera continens omnia que ipse testator relinquit. Inuētariū qd.

Que res non poterūt legari. Capitulū. XLVIII.

Iste autē res testari ꝛ legari non poterunt. De quibus non est commertium: vt sunt res sacre: ꝛ que in rerum natura non sunt Similiter ius precarium. ꝛ res que prohibita est aliena ri sub pena. Similiter res indiuise ꝛ ius ad rem.

Quid sit legatum. Capitulum. XLIX.

Legatum est donatio quedā a defuncto relicta ab herede prestanda. Quedā dico ad differentiā donatiōis inter viuos et donationē causa mortis a defuncto relictā. Quia viuo testatore nō tenet legatum. ab herede p̄standā. Nā addita hereditate statim legatari⁹: qui ē cui in testamento aliquid legatur: dꝫ petere legatum ab herede ꝛ nō p se occupare. alias caderet ab actione legati Si v̄o legatarius petit legatum. ꝛ heres non p̄stat. vł si moreretur legatarius anteꝙ̄ heres adiret hereditatē. tunc legatum transmittitur ad heredē legatarij. Si āt legatarius p̄moritur viuo testatore tūc desinit legatum nisi legatari⁹ hēat sibi ꝯiunctum vł sb̄stitutum. Legatum qd

Quantum testari possit. Capitulum. L.

Lex precipit liberis legittimis ꝛ naturalibus certā q̄ꝫtitatē rerum testari: quasi de iure naturali eis debeatur. Hoc mō. Si q̄ttuor sunt aut pautiores tertiā ptem oīm̄ hereditatum Si v̄o quinꝙ̄ sunt aut plures: tunc habebunt mediam ptem totius paterne hereditatis. Reliqua substantia tota stat in voluntate p̄ris v̄sus. Quattuor aut infra dat natis iura trientem.
Semissem vero dant natis quinꝙ̄ vel vltra.
Arbitrium sequitur substantia cetera patris.
Et non immerito. qꝛ ipse eas res elaborauit: ymmo si intestatus decederet. Adhuc anima sua ptē suā habebit. Et nota ꝙ semissem vel trientem isti nati debent inter se diuidere: ita ꝙ nulla iniuria fiat: ꝛ in his legatis debet consuetudo prouinciarum seruari. Sunt enim in diuersis regionibus diuerse consuetudines: Est tamen vna consuetudo. Qꝛ testator sanus mēte lꝫ eger corpore de rebus mobilib⁹ liberis suis scd̄m suum velle disponit. Res autem immobiles equaliter diuidit inter se et suam vxorem: et cunctos liberos suos. Et Vide diuersas consuetudines

est bona ꝯsuetudo. Est ⁊ alia ꝯsuetudo. Que de cunctis rebus suis pōt disponere: ꝓut vult vni plus alteri minus. vni hoc. alteri illud sic tamē ꝙ legittimos liberos nō de bꝫ sine causa exhēdare. i. heredi tate puiare. vel preterire Si autē habet puberes filios illoꝝ cōsen sus debet de honestate adesse. Alia iteꝝ est ꝯsuetudo. ꝙ quis de re bus q̄ ꝓueniunt ab auo. vel a patre vel a matre liberis inuitis nihil testamentaliꝶ disponere pōt. De rebus vͦ ꝓuectitijs vꝶ aduētitijs ꝓut vult disponit. Est ⁊ alia mala ꝯsuetudo. ꝙ testator languens corpe licet sit sanus mente bone ratōis ⁊ mature deliberatōis testa mentum facere nō possit. Qō est ꝯtra omnē iusticiā: quia in testam̄ tis faciendis non requiritur valitudo corporis: sed mentis sanitas et valitudo rationis.

De solenni testamento. Capitulum. LI.

In solenni testamento dn̄t esse scd̄m leges septeꝫ testes viri honesti qui manibus suis se subscribant. vel sigilla sua ap pēdant. Sꝫ in priuato ⁊ in simplici testō requiruntur tres te stes. scd̄m vͦ canones duo vꝶ tres: ⁊ in hac pte legibus derogatur qꝛ duo vꝶ tres testes in omni testō sufficiunt. Si autē sunt plꝭs tan to melius honestius ⁊ manifestius. Sufficit tñ aliqñ in testō vnum Sigillum principis vel ciuitatis ꝓ corroboratione testamēti. Et si sigillum ꝓpinquoꝝ possit in testamēto haberi eēt vtile ⁊ honestum Si vͦ nō tunc extraneoꝝ Sigilla sufficiunt ad eius firmitatem.

De testibus testamentorum Capitulum. LII.

q

Uilibet potest esse testis in testamēto exceptis illis qui testa mētum facere nō pn̄t: vt supra versus Testari nequeunt ⁊c̄ ⁊ etiā exceptis mulierib⁹: q̄ ꝓpter fragilitatē sexus faciliꝶ cor rumpuntur. ⁊ exceptis heredibus quos factum tāgit. ⁊ qui partes habent in legatis. legatarij vͦ ⁊ fidei ꝯmissarij. i. executores testes esse non possunt. quia iure dicuntur esse successores.

Quare fiunt testamenta. Capitulum. LIII.

t

Estamenta fiunt. ne lites ⁊ controuersie de hereditatibus a defuncto relictis post mortem testatoris oriantur: que tam̄ vt frequenter fiunt: ymmo quādoqꝫ magne inimicitie et ho micidia ex illis sequuntur. Fiunt etiam testamenta pijs locis ꝓpter animarum salutem. Fiunt et vxoribus: propter coniugalem amorē Fiunt filijs propter naturalem obligationem. Fiunt ⁊ propinquis propter sanguinis vnionem. Fiunt pauperibus propter deum. Fi unt ⁊ famulis propter eorum obsequium ⁊c̄.

De institutione heredum. Capitulum.LIIII.

Estatores seu testamenti factores siue sint patres siue matres
t debēt heredes suos siue sint iam nati siue nascituri. Et post-
thumi siue mares siue femine. aut virgines aut nupte rite in-
stituē vl' rite exheredare vl' rite pterire: al's inutiliter testabuntur

De heredibus et hereditate. Capitulum.LV.

Irca hanc materiā testatiōis plura scire oportet. s. Quid sit he-
c reditas. Quot eius partes. Quid sit heres. Que sunt species
siue differētie heredum. Quid sit heredē instituere. Quid sit
exheredare. Quid sit pterire. Qui debēt institui. et qui nō. Et quid
instituātur Quot modis instituātur et qmodo. Quot modis exheredā-
tur. Quid sit substitutio. Que eius spēs et quomō fiāt oēs substitutio-
nes. De primo hereditas est successio in omē ius quod habuit de-
funct⁹ tempore mortis. Due sunt species .i. diuisiones hereditatis — Hereditas quid.
Solēnis et Simplex. Solēnis diuisio fit a Iure in xij. partes. Sim- — Hereditatis due sunt diuisiones. Solēnis diuisio. Simplex diuisio.
plex diuisio fit in qntascunqꝫ partes testator voluerit veluti si vnus
instituitur heres ille totam hereditatem possidebit. Et si plures in-
stituuntur nominatim. isti oīs equis partib⁹ hereditatē habebunt
Si vero nominatim plures instituantur heredes. tunc qlibet partē
sibi testatā psequetur. Heres est vna eademqꝫ psona cum defuncto q̊
ad ingressū dominii et hereditatis defuncti. Quattuor aūt sunt species — Heres quid.
seu differētie heredum scilicet ascēdētes descendētes collaterales et — Heredum differentie.
extranee. Ascendētes sunt Pater et Mater Auus Aua proauus pro- — Quattuor sūt Ascendentes Descendētes Collaterales Extranei.
aua et c. Descendentes sunt filij filie. nepotes et neptes pnepotes et
pneptes collaterales sunt fr̄. soror. patru⁹. auuncul⁹. amita. mater-
tera et eorū descendentes. Extranei sunt omnes psone nr̄e potestati
non subiecte. Heredē instituē ē aliquem post mortem suam sibi suc- — Heredem instituere.
cessorem facere siue idem sit pñs siue absens. Dicitur enī instituere
aliquem in bonis suis dominum statuē et facere. Et dico post mortē — Instituere aliquem
Quia viuo testatore. nullus est heres. Exheredare est aliquem de
liberis suis nominatim ex causa a legibus approbata ab hereditate — Exheredare.
repellere sic dicendo. N. filium meum exheredo quia insidias morti
mihi per venenum poculum pparauit. Preterire est aliquē obmittere
hoc ē neqꝫ instituere neqꝫ exheredare sed preterire vel oblimisci. Insti- — Preterire.
tui debēt heredes necessario descendētes vel ascendētes. Collatera-
les autem et alii extranei instituuntur sm̄ testatoris voluntatē. Illi
vero quibus testari non licet illi etiam non possunt institui: vt puta
heretici apostate et ceteri.

Institutionis modus. Capitulum.LVI.

d Duobus modis heredes instituuntur.s.verbis directis & verbis inflexis.idest obliquis.directis verbis vt dicendo.N.filius meus sit mihi heres.verbis inflexis: vt.N.filiuz meuz mihi heredē instituo.Heredes instituuntur a certo tpe ad certum tēpus in certā rē & in certā q̄titatē. Instituuntur et vel sub ꝯditione possibili.quia impossibilis ꝯditō institutōib⁹ & legatꝫ fidei ꝯmissis et libertatibus pro non facto habentur.

Exheredatio heredum. Capitulum.LVII.

Filij.xiiij.d causis exheredant

e Exheredātur filij.xiiij.de causis.Primo si legittimā vxorem patris violant.Scdo si indebite testm̄ p̄ris impediunt.Tertio si in licitis ꝑ patre fideiubere nolunt.Quarto si patrē indebite captiuāt.Quinto si ab honesta captiuitate patrē nō liberant Sexto si bona paterna dilapidāt.Septimo si patri necessaria nō ministrant.Octauo si ꝯtra patrē criminaliter agunt. Nono si patrem suum sine causa vituperāt.Decimo si patrē verberant.Undecimo si patrem vulnerant.Duodecimo si patri mortē machinātur.Terciodecimo si filij degenerant et hystriones fiant.Quartodecimo si efficiuntur fures et latrones.

Exheredatio filiarum. Capiculum.LVIII.

e Exheredatur silr filia qn̄ degenerat.hoc est qn̄ an̄.xv.annos meretricatur.Si v̓o post.tunc ꝑdit honorē sed nō hereditatem.Si post.xviij.annum ducit viꝝ legittimum sine voluntate parentum: tc̄ nō ꝑdit res neq̃ honorē.Si autē p⁹ dyodecimuz annum sine voluntate parentum ducit virum demeretur paternas res sꝫ nō honorē.Et nota ꝙ omne Jus quod habent liberi.idest filij et filie primi gradus.Idem Jus habent filij & filie secundi grad⁹ scilicet nepotes & neptes.Quia omnes illi in loca patrum et matꝝ succedunt.Nec iure nouo est aliqua differentia inter filium & filiam in institutione heredis aut successione hereditatum.Sed quid siq̄s simpliciter dicat N.filie mee relinquo omnia bona.vtrum valeat illud testamentum.dico ꝙ non quia nec iure legati nec iure institutionis relinquit.Si autem quis dicat A. heredem mihi instituo & illi omnia bona mea relinquo.Tunc valeat testamentum: quia sic iure institutionis bona illa videntur esse relicta. Queritur Aliquis habuit plures vxores:et ex qualibet pueros generauit.Quomodo instituet illos.Dico in bonis paternis om̄s illos pueros eq̄liter instituet,sed in bonis maternis quilibet succedit sue matri.Et econ

uerso de vxore que habuit plures viros. Si autē vir & mulier res simul elaborauerunt vel emerunt in his bonis solum liberi amborum instituantur. Potest etiam testator cōmittere fidei alterius testamenti sui factionē sic dicendo. N. Heredē instituo & fidei ipsius integraliter committo omnem testamenti mei factionem. tamen peto vt illi. vel illi hoc ante alios testetur.

Substitutio. Capitulum. LIX.

S Ubstitutio est secundaria & conditionalis institutio. Continet em̄ in se constitutio substitutionem. Verbi gr̄a. N. filium meum heredē instituo. & si ipse non erit heres. q2 forte preueniētur morte: vel q2 non vult hereditatē adire. Tunc M. sit heres. Dicitur autē substitutio quasi subtus vel p9 alium institutio. Substitutionum alia obliqua. & alia directa. Obliqua est per quā quis capit hereditatem alio mediante. vt sic dicendo. N. heredem michi instituo. Sed rogo eum per fidei commissum. vt statim adita hereditate restituat eam N. filio meo. Directa substitutio est per quam quis capit hereditatē nullo alio mediante. vt sic N. heredē mihi instituo. & si ipse nō erit heres: vt si ante aditam hereditatem decesserit. tunc M. sit heres. Et illa directa diuiditur in quattuor species. Est em̄ vna vulgaris. alia pupillaris. alia exemplaris. alia breuiloqua. Uulgaris est que a quolibet de vulgo fieri potest per v̄ba negatiua. vt verbi gr̄a. N. heredem mihi instituo. & si ipse non erit heres. tunc M. sit heres. Pupillaris institutio est que fit per verba affirmatiua de pupillari etate & nō de pubere. vt N. meum filium impubēm mihi heredē instituo. & si ip̄e in pupillari etate decesserit tūc C filium meum vl' nepotē meum sibi sb̄stituo Exemplaris sb̄stitutio fit ab vtroq3 parente filio sane mentis vel furioso vl' mēte capto existenti in potestate vel non existenti puberi vl' maiori Si tn̄ impubes fit furiosus. tunc p̄uidetur ei p pupillarē substitutiōem tanq3 pupillo nō p emancipationē tanq3 furioso. vt sit potius etati q̄m demencie cōsulendum. Debet etiā testator certas p̄sonas furioso substituē. Nā si furiosus liberos habet; illos ei primo substituet. Si non habet liberos tunc fratres eius sibi substituat Si nec filios nec fratres. tūc substituet quē voluerit. vt. N. filium meum furiosum mihi heredē instituo & si ip̄e decesserit an̄q3 san9 sit. tūc M. fili9 ei9 erit heres & si filium nō hab3. tūc. P. fr̄ ei9 sit heres & si nō hab3 frēs. tūc B. patruum suum vl' alium sibi sb̄stituo. Breuiloq̄ sb̄stitutio ē q̄ sb breuib9 v̄bis multa comprehendit. vt sic. M. et. N. filios meos P. et R. filias meas michi heredes instituo. et eos inuicem substituo vt quando.

Substitutio, quid
Substitutio dicitur.
Substitutio obliqua.
Substitutio directa.
Substitutio directe diuisio.
Uulgaris
Pupillaris.
Exemplaris.
Breuiloqua

cunqꝫ añ pubertatē. Hij oēs decesserint tunc A ꝛ B fratres meos
ipsis sbstituo. Differunt tamē sbstitutiōes omēs in hoc. quia vul-
Substitutões [..]s in quo dif ferant. garis fit a q̊libꝫ testatore ꝛ fit cuilibet vel heredi vl̕ extraneo. pupil
larꝫ āt fit solo parēte soli filio impuberi sb ptāte existēti Exemplaris
fit ab vtroqꝫ parēte solo filio impuberi sb ptāte existēti filio furioso
vel mente capto. Breuiloqua autē has omnes substitutiones in se
breuiter comprehendit.

Quaudo quis potest testamētari. Capi. LX.

Ascul⁹ post xiiij. annos. Femina post xij. annos tempe sane
m mētꝫ licꝫ sint egri corpe pñt tñ facē testamētuꝫ ymo parētes
eoꝝ q̄ pximi pñt testari p eis si nimis simplices sunt ex nā.

Executio testamenti. Capitulum. LXI.

Estamētum debent executores pficere infra annum vnum.
t nisi legittima causa sbsit ꝛ impediat. Qꝫ si nō fecerint a Judi
ce admoniti si heredes sunt executores pdunt hereditatem.
Si legatarij pdunt legata. si extranei omnia damna ex ista negligē-
tia vl̕ dilatione suborta psoluent. Si vero executores legata ꝯsum
pserint reddēt quadrupluꝫ. et si reddere nō habēt iufamentur vl̕ car
ceri ppetuo intrudētur. Si v̇o heredes nolunt se de executiōe intro
mittē nec hereditatē parētuꝫ adire. tūc licꝫ cōmissarijs vl̕ legatarijs
vl̕ fisco se intromittē sic vt testm̄ ꝯfuncti p om̄ia pficiatur. ꝛ ꝓpterea
ad tot ꝛ tātas deuenit successiōes ne peat vltima voluntas testatoꝝ

Intestatus quot modis dicitur. Capitu. LXII.

Liquis dr̄ intestatus decedere quattuor mōis. Primo si om
a nino testamētum non fecit vel qꝛ noluit. vel qꝛ nō potuit. q̄
qꝛ morte preuentus est. vel quia ē filiusfamilias vl̕ furiosus
qꝛ hij ꝛ si vellent testamentum facere nō possent. Secundo si nō iu
re testamētum fecit. qꝛ caruit solennitate ꝛ numero testium vl̕ sigil
lis seu subscriptionibus Tertio si iure fecit testm̄. ꝛ qđ fecit ruptuꝫ
irritumue factum est. Ruptum per posthumi generationē vel p ar
rogationē. irritum p ciuitatis interdictionē. vel testatoris vl̕ p que
relam in offitiosi vl̕ ꝯtra tabulas aut rescissionē p pretorē. Quarto
si ex eo testamēto nemo est heres institutus q̄ institutio est fundam̄
tum omnium testamentoꝝ. Juxta hoc nota ꝙ hereditates omniuꝫ
Sui heredes q[ui] intestatoꝝ primo ad suos heredes ptinēt sui autē heredes existimā
tur. qui ex legittimo matrimonio generātur. ꝛ qui in ptāte morientꝭ
sunt. veluti filius filia nepos neptꝭ. pnepos pneptis ꝛc. Nec inter
est. vtꝝ hij sibi sunt naturales an adoptiui an legittimati. qꝛ omēs

isti iura suoꝝ nâciscuntur pentum quo ad successionē: tñ aliter ꝛ alr

De iure successiōis hereditatis ab itestato. lxiij

b Js prenotatis ad materiā successiōis hereditatū ab intesta to relictarum breuissime intendens deuenire talē pono distīctionē. Jntestatus moriēs aut ē clericus aut laycus. Si clericus aut habet bona intuitu ecclesie quesita in his nullus succedit nisi eccl'ia: aut hab3 bona intuitu psone sue q̄sita puta ex p̄rimonio: vel cognatione aut artifitio: aut seruitio aut labore. Jn his consanguinei succedunt sibi sicut ipe eis succedit. Et hoc intellige de clericis secularibus Religiosi vero et omnes professi. nec succedunt nec ipsis succeditur.

De successione descendentium. Capitulū. lxiiij.

s Ji intestatus moriens laycus est: tunc aut reliquit filios ꝛ filias simul. ā filios tm̄. ā filias tm̄. Hij oēs ad successionē hereditatis defuncti equis portiōibus admittuntur. q2 in eod gradu sunt. Nā in nouo iure inter masculum ꝛ feminā nulla est differentia quo ad successionem hereditatis. Defuncti equis portionibus admittuntur. q2 in eodem gradu sunt. Jure antiquo masculis extantibus femine nullum ius habuerunt in hereditatib9 paternis Si autem intestatus decedēs relinquit filium vnum. ꝛ ex altero filio nepotes neptesq3. hij etiā pariter vocabuntur: neq3 q̄ gradu proximior ē vlteriorē excludit: valde em̄ equum est: vt nepotes neptesue in patris sui locum succedāt. pari etiā rōne Si nepos neptisq3 fit ex filio ꝛ ex nepote ꝑnepos ꝛ ꝑneptis. Hij etiā simlr vocabuntur. Decet etiā nepotes neptesq3 ꝛ ꝑnepotes ꝛ ꝑneptes in sui parētis locum succedere. Conueniens ē hereditatē diuidi nō in capita sed in stirpes. Si relinq̄ vnu3 filiu3 viuu3: ꝛ ex altero filio mortuo pluēs nepotes hij oēs nepotes solu3 medietatē hēditatis hn̄t quā pr̄ eoꝝ habuisset. Et si ex vno filio vnus nepos existat. Ex altero vero filio duo vel tres: tunc iste vnus nepos recipiat dimidiam. Alij v̄o non plusq̄3 eoꝝ vn9 sustulisset. s. dimidiā. Jtē si filius vel nepos existat ex altera pte ꝑnepos vel abnepos. Adhuc hereditas defuncti equaliter debet diuidi inter ipsos. q3uis diuerso gradu sint distincti quia posterior descendens ꝛ prior semꝑ locum patris habebunt. Ite3 si fili9 extat ꝛ ex eodem nepos vl' pronepos: tunc fili9 in bonis parentum succedit exclus̄ penit9 omnib9 vlteriorib9 gradibus: quia filio viuente. vlteriores gradus in nullo succedunt. Jdē iuris si nepos ꝛ abnepos ex eodē filio existāt: q2 prior gradus excludit posteriorē

Bd

Promissio quomodo contrahitur. Quot actiones ex ipsa oriuntur. Quot modis fiat promissio. De duobus vel pluribꝰ promissoribus. Quot sunt species stipulationum seu pmissionum. Que res possint stipulari. De inutilibus stipulationibus. quare inuente sunt stipulatiões id est promissiones. Et quia obligatio cõtrahitur multis modis. sc3 pmissione fideiussione pacto et pre adiectione. Et de hijs omnibus videndum est in pcessu. Verbis cõtrahitur obligatio ex interrogatione precedente et responsiõe subsequente: vt cum aliquid dari vel fieri nobis stipulamur sic dicendo: promittis mihi dare vel facere hãc rem. et ille respondet. promitto. Vel sic. Promittis mihi per tuam fidẽ dare dece3 aureos. et alter dicit. Promitto. p meam fidem ibi statim erit obligatio. Ex hac pmissione oriuntur due actiones: vna conditio certi si certum contineat alia cõditio incerti si dubium ptineat Tribus võ modis fit pmissio aut pure aut in diem: aut sub conditione. Pure fit. veluti tu quinqꝫ aureos mihi dare spondes et ille dicit spondeo. Confestim peti põt. In diem fit promissio veluti. Tu quinqꝫ aureos in die tali proxime venturo mihi dare spondes: et ille dicit spondeo. Istud statim debetur sed peti non potest anteqꝫ tota dies promissiõis expiret. Hoc tamen fallit si debitor est fugitiuus. aut si bona sua dilapidat. aut si ciuitatem demeretur. et si bona sua publicantur. Tunc eñ stati3 petere potest: aut arrestare aut interdicere. Idẽ est si moritur nullo herede relicto. Sed quid si aliqui alij debitores priores. Illi petunt debita sua in iuditio. Dico qui prior est in interdicto iste prior erit in soluendo. Sed contra hoc est regula generalis. Qui prior est tempore potior est iure. Respondeo qꝫ hic statur cõsuetudine puintiaꝝ. Est autem consuetudo venetis. Qꝫ tota debitoris substantia diuiditur inter omnes creditores vnicuiqꝫ scdm ptem se contingentem. Et ẽ bona consuetudo. ne vnus totum debitum acquirat suum. alter võ nihil habeat Sub ꝯditiõe fit promissio. aut stipulatio. Veluti si eñ N. sit iudex aut consul. tunc decem aureos mihi dare spondes: et ille dicat spondeo. Si conditio extabit. tunc pmissu3 ei debetur: si nõ tunc non. Ex conditionali eñ stipulatione. tãtum spes debiti est Si autem aliud contigerit spes frustratur. Loca etiam in promissiõibꝰ inseri solemus. veluti decem aureos mihi Rome dare promitti. Et

Verbis cõtrahit obligatio

Promissio fit tribus modis

Regula gñalis

Cõsuetudo venetorum.

Promissio fit sub cõditione

nõ solum res ꝑmitti põt. Sed etiã factum. Veluti ꝑmittis h mihi facere. Promitto. Quãdo vo duo vl plures simul vni ꝑmittunt ⁊ nõ q̃libꝫ p se ꝑ aliq̃ re tunc omẽs insolidum tenẽtur ⁊ ꝑmissari⁹ põt debitum ab omnib⁹ vl ab vno eoꝝ a q̃cumqꝫ voluerit repetẽ. Et q̃cunqꝫ debitum illoꝝ soluerit omẽs liberãtur habet nihilomin⁹ soluens actionẽ ꝯtra illos q̃ nõ soluerunt ꝓ parte illos ꝯtingẽte hoc ẽ verum scđꝫ Jus antiquum. Nouum autẽ Jus vult ꝙ creditor debet ꝑmissum ab omnib⁹ petẽ si sunt p̃sentes aut si viuunt. Et si quis eoꝝ nõ est ydoneus ad soluẽduꝫ tunc reliq̃ soluent: etiã si tãtuꝫ vnus esset: ille totum ꝓsoluet. Quãdo autẽ vn⁹ pluribus obligatur in soliduꝫ omnib⁹ tenetur tc̃ q̃libꝫ põt petẽ totum. Cum autem vni illoꝝ õ scitu alioꝝ soluerit ab omnib⁹ liberatur. Si autẽ vnus obligatur plurib⁹ separatim ⁊ dicat vnicuiqꝫ vestꝝ dare vl soluere spõdeo. Jstud nõ erit vna obligatio ymo alia ⁊ alia. qꝛ p̃mo vni deinde alij. Tres autẽ sunt spẽs diuisiõesqꝫ ꝑmissionuꝫ. vt est Judicial p̃toria. ⁊ ꝯuentional. Judicial est que p sentẽtiã iudici diffinitur veluti cautio de dolo. cautio de huo fugitiuo ꝓsequẽdo vl de pretio q̃d valꝫ restituẽdo Pretoria ꝑmissio ẽ q̃ ex mero p̃toꝛijs offitio emergit veluti damni infecti vel legatum. vl edilicie vl rem saluam facẽ pupillo. Conuentional est. que ex ꝯuentione vtriusqꝫ partis ꝯcipitur. qꝝ tot sunt gñã q̃t sunt res de q̃b⁹ ꝯtrahi põt Omnes res que dominio hominum subijtiuntur promitti poterunt siue sint mobiles siue immobiles presentes siue future. Jnutiles stipulatiões multe sunt ex eo ꝙ multe sunt res que in stipulatõeꝫ et promissioneꝫ venire nõ possunt. Veluti res que in rerum natura nõ sunt. vt homo mortuus vl que in rerum natura non fuit vt ypocenthaurus. ⁊ res que in rerum natura non erit vt chimera. Sed neqꝫ sol neqꝫ luna veniunt in promissionẽ. quia impossibile ẽ ea nobis subici. Jtem res sacra. res religiosa res publica. et res cuius non est comertium ⁊ liber homo ꝑmitti non poterunt secunduꝫ hominuꝫ dispositionẽ. Mutus. Surdus stipulari non possunt quia in stipulatione requiritur interrogatio et responsio que isti facere non possunt. Furiosus etiam promittere non potest. quia nullum negotium gerere valet. ex eo ꝙ non intelligit quid agit. nec pupill⁹ sine sui auctoritate tutoris nisi pro delictis patris vel communitatis. Jnter absentes autem verboꝝ obligatio fieri non potest. quia ibi requiritur loquela. Obligatio etiam contrahi non potest super conditione impossibili. vt si celum tetigero tibi dare ꝑmitto. Jtẽ inutil ẽ obligatio que ex turpi cã euenit. vtputa si promitto velle facere homicidium vel furtum. Nam scri-

Nouum ius
Tres ꝑmissionum species.
Judicialis.
Pretoria
Cõuẽtionalis.
Jnutiles stipulationes multe.
Obligatio.

bitur in turpi voto muta decretum. ⁊ in vili ꝓmisso rescinde fidem
Nota.
Inutilis est stipulatio. si q̃s alium aliquid daturum vel facturuz ꝓ
mittit. Inutilis est ꝓmissio. que fit ꝑ metum vel dolum. Inutilis ē
stipulatio. Si quis ad ea ad que interrogatus est nō respondet vl' si
tu stipularis in diem futuꝝ: et ipse respondet de p̄senti. Inutilis est
stipulatio si ab eo stipularis qui tuo iuri subiectus est vel ecōuerso
vt seruus aut filiusfamilias: q2 vxor tua ⁊ filij tui eadem esse intelli
gitur. Nemo pōt stipulari sibi aliquid post mortē suā nec econuerso
Stipulationes quare inuente.
Inuente sunt stipulatiōes ad hoc: vt quisq3 sibi acquirat quod sua
interest. Et nota si quis certus vult esse. de promisso adijcere debet
penam interuallatā: vt sic. Promittis q nisi mihi hoc dederis vel fe
ceris qd ꝓmisisti dabis iudici tantum vel tātum vel bis tm̄.

De fideiussoribus. Capitulum octauum.

D E fideiussoribus q promissori vl' debitori non ꝯfiditur Op
tet igitur vt ponat fideiussores: igitur de fideiussoribus est
dicenduz. Et primo quid sit fideiussor. Quis possit fideiube
re. Pro quo possit recipi. Ad quid teneatur fideiussor. Et ad quid il
le cui fideiussit. Vtꝝ fideiussio trāseat ad heredes. De primo fideius
Fideiussor qd. Mandator
sor est qui alteri⁹ obligationem in suam fidem recipit. Hic nota q
q̃uis fideiussor mandator ⁊ constitutor quasi idez sunt. Differunt
tamen ratione: q2 fideiussor est qui ꝑ ꝓmissionem ꝓ alio obligatur.
illo nihilominus obligato remanente. Mandator autē qui mandat
Mandator.
creditori: vt aliquid credat sup ipsum. Constitutor est qui se debito
Constitutor
rem ꝓ alio constituit. Et scd̄m hoc tres actiones oriuntur Alia ex fi
deiussione. alia ex mandato. alia ex constituto. Fideiubere possunt
Qui pñt fideiubere.
omnes qui se obligare possunt. rebus. verbis litteris Exceptis mi
litibus clericis ⁊ mulieribus: qui tamen si fideiusserint obligantur
Religiosi etiaz fideiubere nō possunt sine mandato sui abbatis Ca-
nonicus fideiussor accipi potest ꝓ omni homine: ꝓ pupillo ꝓdigo
furioso. etiam pro illo qui per se fideiubere non potest: vt orphan⁹.
prodigus. Et q̃uis hij nec naturaliter nec ciuiliter obligentur: tñ fi
deiussores eorum tenentur efficaciter nec obstat: q dicitur fideiusso
rem non posse in plus obligari q̃3 principalis sit obligatus. Ratio
quia obligatio fideiussoria est accessoria. modo nil plus debet esse in
accessorio q̃3 in p̄ncipali. Sed nota q pl⁹ q̃ttuor mōis accipitur Re
Nota Plus quattuor modis accipitur.
causa: tempore: ⁊ loco. Et quicunq3 hoc facit. cadit a causa. vt patz
supra de plus petendo. Pupillus sine auctoritate tutoris tenetur d̄
ere. id ē d̄ debitis patris. Tenetur q3 pupillus si damnum fecit in rē
communem: ⁊ de his duobus tm̄ fideiussor eorum tenetur: non de

aliis Quia fideiussor in duriori cā obligari nō pōt quā p̄ncipal'. Sꝫ est sciēdum ꝙ circa veteres creditor habuit ptātē agendi ꝯtra queꝫ voluit siue ꝯ principalem siue contra fideiussorem Hodie vero non licet exigere a fideiussore reo presente et ydoneo existente in soluēdo in toto vl' ī parte. Et si reus absens fuerit. dabitur certum temp⁹ scꝫ xiiij. dierum infra quos fideiussor potest reum adducere ad eum primo ꝯueniēduꝫ ipi fideiussori insubsidiuꝫ reſuato. Et si plures fiunt fideiussores tunc quilibet eoꝝ tenetur insolidum nisi actor voluntarie diuidat actionem suam agens ꝯtra vnumquēqꝫ pro parte. secus si eligat vnum ex plurib⁹ agendo contra eum insolidum et non exigat ab aliis. Hoc est cōtra nouum Jus q̊d dicit. ꝙ actio diuidenda sit inter eos. eo ꝙ insolidum omēs tenentur nisi huic iuri pacto sit renunciatum cui actioni sit standum Ceterum si quis expresse agat de sorte. tunc fideiussor de vsuris nō videtur obligari qꝛ in maiori q̄ntitate quā actuꝫ est obligari nō debꝫ. Et Nota si fideiussor obligat se simpliciter ad omnia que reus principal' tenetur. ⁊ tunc licet de vsuris vt de debitis teneatur. tamē competit sibi exceptio de vsuris nō dādis scd̄m canones. Et quecunqꝫ exceptiones principali competunt Etiaꝫ fideiussori competunt. Nota fideiussor in quattuor casib⁹ agē potest ꝯtra principaleꝫ debitorem. Primo si diu stetit in obligatiōe Scd̄o si reus est dilapidator opum suaꝝ Tertio si fideiussor ꝯdempnatus est creditori Quarto si hoc ꝯuentum est a p̄ncipio scilicet vt liberet eum a fideiussione quādo nō plus vult stare in fideiussione. Reus autem contra fideiussorē agere nō pōt. nisi a creditore ei actio ꝯcedatur. Est autē cessio faciēda an̄ solutionē qꝛ postea cedi nō pōt.

Nota. Fideiussor. iiij. modis agē pōt ꝯ principalē debitorem

De pactis. Capitulum. IX

d Epactis. Primo videndum. Quid sit pactuꝫ. Unde dicatur De pactorum diuisione. Quibus prodest pactum. Quādo pena posita in pactis committitur idest incurritur. De speciebus pactorum. De differentia inter pactum et promissionē. De primo. pactum est consensus duorum vel plurium in idem alteri ab altero paciscentium aliquid dandum vel faciendum. Et attēde diligēter singula verba diffinitionis. Dixi enim pactum est consensus. qꝛ consensu perficitur. vt in venditione vel emptione. et hoc dicitur ad differentiam stipulationis. In qua non solum consensus sed et v̄ba necessaria sunt. quia habet fieri per interrogationem et responsionē necessarium est vt in pacto sint duo vl' plures qui consentiāt in idem dandum vel faciendum. Et dico in idem ⁊ nō in eodem. quia si ego et tu consentimus ꝙ socrates sit lapis: hoc non est pactum: quia ta

Pactum quid

lis consensus non obligat vnum alteri. nec est dandi vel faciendi. Dixi etiam alteri ab altero: quia si consentimus ꝙ vnus nostrum det Titio vel titius det vni nostrum. non est pactum cum alteri stipulari vel pacisci nemo possit. Et quia non obligatur aliquis regu-

Pactum vnde

lariter alterius negotium ꝓmittendo. Dicitur autem pactum a pactione id est pacis actione vel a pace ⁊ actu. Nā qui paciscuntur ex diuersis et contrarijs animorum motibus post multa variaqꝫ certamina in vnam consonantem ⁊ sententiam ducuntur ⁊ cōuenire dicuntur. Uel dicitur pactum a palmarum: id est manuum percussione: quia consentientes ⁊ paciscentes adinuicem palmas sibi solent ꝯiungere veteꝝ more: qui quādo se obligabant palmas manuum inuicem dabant. In signum non violande fidei promisse. Et est pactum nomen generale ad omnia que aguntur causa obligatōnis cōtrahende vel tollende.

De diuisionibus pactorum. Capitulum. X.

Pacta vtilia.

Pactorum multe sunt diuisiones: sed de aliq̄bus hic tāgam. Pactoꝝ alia sunt vtilia. alia inutilia. Utilia pacta sunt pacta vestita. q̄ ratione personarum aut rerum scd̄m iuris ordinē fiunt. hoc est. ꝙ ꝑsone que pactum faciunt sint tales ꝙ se obligare possunt. Et res super quā fit pactum sit talis ꝙ non sit prohibita a lege alienari. Et ꝙ in obligatione seruetur ordo iuris: vt supra di-

Pacta inutilia

ctum est de personis rebus et obligationibus Pacta vero inutilia sunt. que sunt contra leges contra constitutiones. et contra edicta pretorum et in fraudē. Dixi contra leges fieri pactum. Quādo predium minoris alienatur sine decreto iudicis: aut quando alienatur fundus dotalis. Contra constitutiones fit: cum aduocatus paciscitur cum clientulo de quadam parte litis habenda pro solario suo: Contra edictum pretoris fit: vt si fiat pactum ꝙ liceat alicui facere

Pactū in fraudē diuersis fit modis

furtum sine pena. In fraudem autem pactum fit diuersis modis. Quia fit fraus de persona ad personam: aut de re ad rem. aut de contractu ad contractum alterum: vel de contractu ad contractum eundem. de nomine ad nomen: de facto ad factum. de persona ad perso-

Fraus de persona ad ꝑsonam

nam fit fraus: vt ego tutor vl' curator: quia prohibeor aliquid emere de bonis pupilli mei: illud non emo per me sed per interpositam ꝑsonam: vt per vxorem vel filium: vel alium extraneum meo tamen

Fraus de re ad rem.

nomine. De re ad rem fit fraus sic. Cum prohibitum sit mutuare pecuniam filiolo. ego non mutuo pecuniam. sed aliquam rem do sibi: vt illam vendat et vtatur pecunia. De ꝯtractu vero ad contractū

Fraus de ꝯtractu ad ꝯctum

alterum fit fraus sic, vir et vxor stante matrimonio prohibentur ad inuicem donare. Unde non donant sed donationis causa vendunt. De contractu ad contractum eundem fit fraus: vt cum pecuniā deberem mutuare Titio et mulier vellet iubere pro eo. ego econuerso ne mulier defendatur benefitio valeriani consulti mutuo pecuniam mulieri: et Titium recipiā in fideiussorem. De nomine ad nomen fit fraus: vt si prohibetur aliquis esse potestas alicuius terre: ipse facit se eligi in defensorē vel in procuratorem terre quod idem est mutato tamen nomine. De facto ad factum fit fraus: sicuti vēdidi tibi ancillam meam eo pacto, ne prostituas eam in lupanari ad faciēdū questum sui corporis: tu vero non in lupanari posuisti eam: sed in cauponam vt ministraret ibi: quod idem est: quantum ad effectum Et non solum predictis modis: sed etiam alijs occultis fraudibus pacta fiunt et redduntur inutilia. Nam si pactum factum est inter debitorem et creditorem: vt liceat debitori ipsum pignus distrahere nō valet Et ē rō ne debitor inuitetur ad delinquēdum id est solutionem denegandā. Pactum in quo quis generaliter suscepit in se casus fortuitos non valet. Et est ratio, ne quis generaliter, et sub inuoluto verborum sumeret quod specialiter sumpturus non esset. Pactum d dote vlteriori die reddenda non valet: et est ratio, quia damnosum est doti et publice vtilitati. Pactum factum ne maritus damnetur vxori vltra illud quod facere non possit non valet. Ratio ē: quia est cōtra bonos mores. Pactum factum inter militem et eius aduersarium quod miles possit esse procurator non valet, ea ratione quia esset contra bonos mores et contrarium publice vtilitati. Ideo quia milites nostri scire arma et non leges aut iura debent. Pactum quo remittitur expressum sacramentum calumpnie non valet. et hoc ideo quia publice vtilitatis est vt lites sine omni suspitione procedāt. Pactum factum non obstante huiusmodi pacto reuocari possit non valet, quia iusta pacta nunquam reuocari debent etc.

Fraus d nomine ad nomen

Fraus de facto ad factum

Nota quod pacta rata nō haberi.

Nota

De pactis. Capitulum vndecimum.

S Ecunda diuisio. Quod pacta alia sunt nuda. Aliaque vestita. Nuda pacta sunt que non continent causam. Nullius enim efficatie est, alicuius rei datio sine causa. Dicuntur etiam nuda illa que non vestiuntur aliquo infra scriptorum sex modorum. Et hec nuda pacta non sunt efficatia ad obligandum vel ad agendum: licet prosint ad defendendum. Quia nudum pactum regulariter non parit actionem: sed exceptionem. Pacta au-

Nuda pacta

tem vestita efficatia ꝛ vtilia sunt ad obligādum ꝛ ad agendum. Et dicitur pactum vestitum sex modis: scꝫ Re. verbis litteris cōsensu coherentia contractus ꝛ interuentu rei. Sed de predictis quattuor modis primis supra habemus exempla. Ubi dicitur. Quibus modis rei contrahitur obligatio. De quinto vero scilicet de coherētia cōtractus est exēplum: vt sic vendidi tibi: ꝛ in ipsa venditione interuenit pactum ꝙ ego debeo manere in domo vsqꝫ ad annum. Istud vltimum per se factum non valet: qꝛ nudum est. sed coherentia id est gratia illius pacti vestiti scilicet venditionis in qua positum est valet. De sexto autem id est rei interuentu est exemplum vtputa. promisi tibi aliquid dare vel facere: vt tu mihi aliquid dares vel faceres Unde in continenti cum tibi dedero qđ ꝓmisi ꝛ statim vestitum pactum ex parte mea Et ideo interuētu eius quod tibi dedi es mihi obligatus ad id mihi dandum qđ promisisti. Et nota ꝙ primis quattuor modis non dicitur ꝓprie pactum vestiri: quia illud proprie dicitur vestiri quod nudum est. Sed pactum quod fit rebus verbis litteris vel consensu ab ipso instanti natiuitatis sue procedit vestituꝫ: ꝛ cum esse accepit vestitum est. Pactum vero qđ vestitur coherentia contractus aut interuentu rei primo est nudum. licet hijs modis interuenietibus accipiet vestitum ꝛ cetera.

Pactum vestitū dr̄ sex mōis.

Nota.

Vestitū ꝓprie

Pactorum diuisio. Capitulum duodecimum.

Tertia diuisio est. Quia pacta alia consistunt in dando alia in faciendo. In dando vt si promisi tibi dare equum vel aliaꝫ rē In faciendo: vt si conueni tecum facere tibi domum. Quarta diuisio est. quia alia sunt pacta expressa. alia tacita. Expressum vt si conueni tecum aliquid tibi dare vel facere. Tacituꝫ vt si conueni domum tuā ꝛ in eam introduxi res meas tacite videor tecum pepigisse: quia importata ꝛ inuecta sunt tibi obligata ꝓ pensione. Etiā tacituꝫ pactuꝫ est. vt si creditor r̄stituit debitori suo chyrographuꝫ seu instrumentum debitoruꝫ ibi tacite videtur ei fecisse pactuꝫ de nō petendo. Itē tacitum pactuꝫ ē: vt si habeā tres debitores q̄mihi tenebātur in xv. marcis: ꝛ erat vnusq̄sqꝫ insoliduꝫ obligatus ꝛ ego recepi ab vno eorum q̄nqꝫ. Ita ego videor renuntiasse iuri solidi. ꝛ pactuꝫ tacite fecisse nō petendi ab vnoq̄ꝫ eorum nisi quinqꝫ. Quinta diuisio ē qꝛ pacta alia sunt obscura. alia clara. Clara sunt in quibus ābiguitas ꝛ obscuritas nō obseruatur. hec si solenniter sunt facta seruari dn̄t Quia nihil est quod magis hominibus conueniat quā pacta seruar̄ Obscura vero sunt q̄ pn̄t hr̄e duplicē intellectuꝫ: vt si dixerit vēditor: domus stillicidia sic sunt rei vēdite: ita sunt. ꝛ itelligit vēditor ꝙ hui

Pactū expssuꝫ Pactuꝫ tacitū.

Pacta clara

Pacta obscura

tus stillicidij recipiendi debeat a re vēdita ab esse. Emptor vo intelligit q3 deberet rei vēdite in esse. Sed hec obscura pacta interpretāda sunt ɔtra ꝓferentē: q2 eius ptāti seruit legem apti9 scribere. Sexta diuisio. Et pacta alia gratuita alia nō. Pactum gratuitum ē vt cum nullo dato plus gratis q̄3 ꝓmissiōis causa debitum remittitur Non gratuitum pactum est trāsactio q̄ debet ꝛ hab3 fieri aliquo dato vel retento vl' promisso. ꝓsunt autē ꝛ porriguntur pacta ad illas tm̄ ꝑsonas inter quas facta sunt: sed alijs ꝑsonis regulariter nō valent. Hoc tamen fallit in infra scriptis casibus. q2 pactum reo principali de nō petendo ꝓdest fideiussori. nisi in paciscendo aliter actu3 sit vel nisi fideiussisset fideiussor in rē suā ꝓpriā: q2 his tribus casib9 rei pactum non ꝓdest fideiussori. Sed ecōtra pactum fideiussoris nō ꝓdest reo. q2 licet rei intersit a fideiussore nō peti. q2 fideiussor habiturus erat regressum ɔtra reum: Nō tm̄ interest fideiussoris a reo non peti: cum reus ɔtra fideiussorē nō sit habiturus regressum: nisi fideiussor in rē suam fideiussisset. q2 tunc fideiussor accipiēdus est ꝓ reo ꝛ pactum illud rei ꝓdest fideiussori. ꝛ pactum fideiussoris acceptu3 in rē suā ꝓdest reo. Pactum fideiussoris nō ꝓdest reo cum fideiussore. sed si expresse agitur qd̄ ꝓsit reo ꝛ fideiussori tunc prodest eis Pactum vnius rei debendi prodest alteri. Pactum cum venditōne vel donatione ꝓdest emptori vl' donatori: q2 succedit in rem ipsam. Pactum factum cum filio vel seruo ꝓdest patri vel dn̄o. pactum aute3 procuratoris ꝓdest dn̄o: ꝛ nō nocet nisi in tribus casibus: hoc est si habet speciale mandatum: vel si in rem suā constitutus est: vl' si habeat liberam: ꝛ generalem administratione3. pactum vero tutoris ꝛ curatori ꝓdest pupillo ꝛ etiā noce3 si fiat bōa fide ꝛ nō aīo depdādi.

De pena pactorum. Capitulum. XIII.

v Idendu3 est etiam quando in pactis pena apposita committatur. Est igitur sciendum q3 pena in pactis apposita aliquādo committitur aliquando non. Si enim conuentio incepit a conditione vt sic. Si titium non statuero si viuit. decem dabo. Committitur pena cum certum erit conuentum dari non posse. Si vo incepit a precedente pactione: vt sic promitto dare titium alioquin pene nomine decem dabo. Tunc precedens actio est obligatoria. q̄a ꝑ pactum vestitum committitur pena ex quo dare potuit et non fecit aut precedens pactio nō est obligatoria: et tunc committatur pena nisi deinde lite contestata super eo q3 in pactum deductum est ꝛc.

Alia diuisio pactorum. Capitulum. XIIII.

Pactū ḡtuitū.

Pactum non gratuitum.

Pactū licitum. Pacta aliqua sunt et fiunt ſm leges. aliqua p̄ter leges et aliq̄ cōtra leges: qn̄ fit pactum ſcd̄m leges: vtputa cum promitto tibi aliquid dare vel facere ſcd̄m q̄ lex p̄mittit. Tunc ſi ē pena p̄miſſa. illa pōt peti vel res vel alterū eorū ſolum niſi ſit dictuz q̄ pena ſoluta ratum maneat pactum: tunc em̄ vtrunq̄ poteſt peti

Pactū illegittimum. Quādo autē fit pactum p̄ter leges. ſcȝ quādo pacto aliquid p̄mittitur qd̄ neq̄ lege exp̄ſſe p̄mittitur neq̄ exp̄ſſe p̄hibetur: vt cum promitto tibi factum alienum et ſi nō fiat promitto penā vel paciſcor alteri dari et ſi non detur ſtipulor penam. Et licet non valeat principale: quia factum alienum certum p̄mittere nō poſſum: nec alteri paciſci. tenet tn̄ pene promiſſio. Quādoq̄ fit pactuz ɔtra leges: vt qn̄ p̄mittitur aliquid qd̄ a lege p̄hibetur: vt res ſacra: res religioſa: liber hō. tunc vtrunq̄ nō valet neq̄ principale neq̄ pene promiſſio.

Pena quō pactis adijciatur. Quia qd̄ cōtra leges fit p̄ nō facto habetur. Pena v̄o pactis adijcitur aut cum ɔditiōe aut ſimpliciter. Cum ɔditōe vt titium tibi dare promitto ſi viuit: tunc ſtante ɔditione ſtat et pena. ceſſante v̄o cōditiōe ceſſat et pena. Si ſimpliciter tunc aut pactum adimpleri potuit et noluit: committitur pena Si voluit et non potuit: q̄r forte titius mortuus eſt aut fugitiuus: tunc nulla obligatō oritur: ergo nec pena committitur niſi ſpecialiter ſit de pena ſoluenda exceptum. Adijcitur etiā pena q̄ntitati aut ſpeciei aut facto. Si quātitati vt ſic. promitto tibi dare decē ſub pena dupli. Tunc ipſa pena quātacunq̄ fuerit reducitur ad legittimum modum vſurarū ſortis p̄miſſe. Et hoc ideo: q̄r ex quātitate pecunie ſolet cōmitti fenus: vt patet in mutuo in quo ſolo vſura cōmittitur. et nō in alijs cōtractibus. Si v̄o adijcitur ſpeciei: vt p̄mitto tibi equum vel aliam ſpēm ſub pena decez librarū illa pena exigitur tota. Idē ē ſi adijcitur pena facto: vt ſic promitto tibi facere talem domum ſub tali pena: q̄r pena adiecta ſpeciei vl' facto quantumcunq̄ fuerit exigitur tota.

De ſpeciebus pactorum. Capitulum. XV.

Pacta in rem. Pactorum v̄o ſpecies due ſunt. Quedam in rem quedam in perſonam. In rem ſunt: vt q̄ generaliter paciſcor ne petam In perſonam Q̄ non a perſona petam In primo caſu nec ab

Pacta i p̄ſonā. illo cui fit pactum peti poteſt. nec ab heredibus eius: nec is qui paciſcitur. nec eius heredes petere poſſunt. In ſcd̄o ſcilicet pactum p̄ſonale ad alterum nō pertinet. nec etiā ad heredez. Utrū autē in p̄ſonā pactum ſit verius ex neceſſitate q̄ ex mente exiſtimādum ē. Plerumq̄ enim perſona pacto inſeritur non vt perſonale ſit pactuz: ſȝ vt demonſtretur cum quo pactum factum ſit.

De inutilibus pactis. Capitulum.XVI.

Actorum diuisiones vt supra sunt due. Quedā vtilia. quedam inutilia. Utilia sunt pacta vestita. et hec semper seruanda sunt Inutilia pacta sunt multa. Primo rōne persone: vt si paciscatur furiosus: qui nec expresse nec tacite cōsentire potest. sꝫ nec matrimonium cōtrahere: nec se ad religionem obligare potest. quia nescit quid facit. Si autē habet lucida interualla. tunc secus ē. Et idē in pupillo qui nō est doli capax pacisci non potest sine tutoris autoritate. Idē in ꝓdigo surdo ⁊ muto Idē in viro ⁊ vxore ꝗ sibi donare non possunt. Idē inter patrē ⁊ filium: qꝛ vna ꝑsona censentur Idē inter dominum ⁊ seruum. Sunt ⁊ pacta inutilia ratione rerū vt siquis paciscatur res que in rerū natura nō sunt nec fuerunt nec erunt: ⁊ que in commertium nō veniunt. nec res sacra nec religiosa nec liber homo. Item pactum turpis rei aut impossibilis de iure vł de facto nullā obligationē adducit. Inutile est pactum in rebꝰ spiritualibus dandis aut ꝯferendis in rebusqꝫ ꝓhibitis: ⁊ in rebus que sunt ꝯ salutem anime. Et nota ꝙ oē pactum qđ non vergitur in anime salutē nec in dānum alterius sēꝑ est seruādum: qꝛ nil meliꝰ quo ad deum ⁊ ad mundum q̄ꝫ iustum ꝓmissum seruare: pactum et promissum quasi idē sunt in omnibꝰ: sed differunt solum in hoc: q̄a pactum est duoꝝ vel plurium ꝯsensus in idē dandum vł faciendū: ꝓmissio autē est pollicitatio vnius solius nō ꝯsensu tm̄: sꝫ etiā sermone. Itē pactum fit multis ⁊ varijs modis precedentibus cōsensum ꝓmissio vō fit ex simplici interrogatiōe ⁊ responsione: vt sup̄ dcm̄ ē

Pacta vtilia.

Pacta inutilia.

Nota.

Pactū ⁊ ꝓmissum in q̄ differūt.

De transactione. Capitulum.XVII.

s

Upiꝰ actū ē de pacti in gn̄e: nunc vidēdum ē in spē. s. de trāsactōibꝰ q̄ sunt q̄dā pacta. Videamꝰ igr̄ q̄d sit trāsactio. ⁊ vn̄ dicatur. Quis pōt trāsigere. In q̄bꝰ rebus cessat trāsactio. Quis sit effectꝰ trāsactōis. De p̄mo trāsactio est de re dubia ⁊ lite incerta: necdum finita nec gratuita pactio. Et dico de re. s. p̄n̄te ⁊ futura. Dixi dubia. s. iusta vel iniusta. Dixi lite incerta. i. si actor credat se fouere iustā causam vł nō iustā. Dixi etiā nōdum finita. quia si iudicatum fuisset nec appellari posset nec de sententia dubitari. Et si tē fiat trāsactio nulla erit. Si eīn reꝰ ꝯfitetur se debere decē libras ⁊ ꝓ his fore ꝯdēnatum: ⁊ dicat actori. Si vis q̄nqꝫ libras dabo tibi ī ꝯtinēti: tē nłła ē trāsactio. ꝫ actōis expeditio. Dixi nō ḡtuita: qꝛ trāsactio nłło dato vł ꝓmisso vł rēteto nō ꝓcedit. Dr̄ āt trāsactio q̄si ab actiōe recessio. Possunt vō transigere domini reꝝ vel actionum

Transactio.

tutores & procuratores habentes generale vel speciale mandatum. Transigi pōt in omnibus ciuilibus. In criminalibus vo interuenire pōt transactio in hijs que irrogant penā sanguinis: sed tamen ex hoc accusator incidit in turpē famā. Reus vo non. Quia vnicuiqꝫ licet sanguinem suum redimere cui delictum est remissum In criminibus vo que sanguinis penā nō irrogant transactio fieri nō potest sed gratuita pactio seu remissio: hoc tamen fallit in adulterio scdm ius antiquum in autentica id est in nouo iure hoc videtur correctuꝫ & maxime in marito. Sed verius est quod nō transigitur in adulterio lite incerta & de re dubia: sed vnus alteri recōciliatur & non itur ad effusionē sanguinis. Si autē data pecunia reus transigat cum actore transactio nulla est: q̄a reus pro confesso habetur. Sed hoc in crimine falsi fallit. Versus. Sanguinis & capitis metuēs de crimine penam. Transige si placet nō transigit vllus adulter. In reliq̄s nlli liceat sine crimine falsi. Dat cēsura tñ noua mecho mite leuamē Hec sunt vera scdm leges scdm canones autē nullum crimen irrogat penā sanguinis. In alimentis nō transigitur sine presidis autoritate. Item in questionibus que in testamento profitentur nō trāsigitur nisi inspectis cognitisqꝫ verbis testamenti. Itē cessat transactio in iure subiectōis. Subiectio causa est spiritualis: & ideo aliquo dato vel promisso remitti non potest. q̄a gratis fieri debet. Item ī spiritualibus nō transigitur potest tamen in eis amicabilis compositio fieri: vt detur spirituale pro spirituali vt in pmutatione fit: vel

Nota. nisi interueniat autoritas superior pro bono pacis. In summa nota ꝙ quedam sunt in quibus nec compositio nec dispensatio nec transactio locum habet: vt vir dimissa vxore aliam supraducat: vel vt professus ꝓpria habeat. vel vt subiectus subiectione durante superiori nō obediat.

Quis trāsactōnis effectus sit

Effectus transactionis est vt omnia instrumenta ad causam spectantia super quaꝫ transactum est. et quicquid aliud est quod opem ptibus ferre poterat vacuum fit & omni iure cassatum: Et sola transactio validum perpetuumqꝫ robur obtineat nisi actor trāsactōe illa fuissꝫ decept⁹: tūc ꝯpetit sibi exceptio doli mali &c̄.

De litterarū obligatione. Capitulum. XVIII.

De litterarum obligatione. Et primo litteraruꝫ obligatio q̄d sit. Quomodo fiet. Que virt⁹ huiusmodi obligatiōis Que actiones ex ea oriantur. De primo ergo litteraruꝫ obligatio

Litterarum obligatio.

est. Quando quis p suas litteras autenticis sigillis & testibus ydoneis roboratas se confiteretur publice debere quicquid in eis continetur. Olim enim solemnitate scripture omnes fiebant obligatio-

nes scd̄m q̄ adhuc in arduis causis fiunt per litteras autēticas: aut per publica instrumenta. Tanta eñ est virtus hui⁹ obligatōis q̄ ei ɔtradici nō pōt nisi in tribus casibus. s. mutuo credito et dote.

De obligatione p̄ cōsensum. Capitulum. XIX.

De obligatiōe p̄ ɔsensum. Consensu cōtrahitur obligatio q̄n q̄ʒ mōis. emptiōe. vēditōe. locatōe. ɔductōe. p̄mutatōe rerʒ societate ꝛ mandato. De quibus omnib⁹ est singulariter dicendum. Et primo de emptione: q̄n et qualiter cōtrahatur. De quibus rebus. quomodo fiat. Que sit ei⁹ natura. ad quid teneatur emptor. ꝛ ad quid venditor. Quādiu res vēdita debeat gubernari Cōtrahitur emptio statim cum de pretio ɔuenitur ea mēte: vt pretium soluatur ꝛ reʒ vēdita tradatur. Quāuis quādoq̄ʒ pretium nōdum sit solutum nec arra data nec res vēdita tradita hoc intellige de emptione ꝛ venditione sine scriptis. In illis autem que scriptis ɔstituuntur nō prius ɔstituitur emptio vel venditio quā littere emptionis aut venditionis fuerint scripte ꝛ perfecte: ꝛ sigillis cōsignate testibusq̄ʒ roborate ac partibus assignate: aut publico documento confirmate. Et q̄ʒdiu aliquid horum deerit locus est penitētie Et potest emptor ꝛ vēditor sine pena recedere a contractu nisi aliquid notabile: scilicet media pars pretij arre nomine fuerit data. Arris autē talibus datis siue scripto siue non scripto sit celebrata venditio si emptor impedit contractum adimplere perdit quod dedit. Si vō vēditor impedit tunc duplum quod emptor dedit restituere tenetur. Et puto q̄ neuter contrahentium alteri ad interesse teneatur. quia loco ad interesse sufficit arrarum ammissio aut dupli restitutio Hic nota q̄d scd̄m consuetudinē nostre ciuitatis quicunq̄ʒ huiusmodi contractus emptionis ꝛ vēditionis retrocedit illum Judex compellit ad ratihabitionem sub pena vnius libre monete vsualis ex eo q̄ parua ꝛ modica arra hic datur: scilicet denarius. Vendi et emi potest omē illud quod habet commertium. Sunt enim quedam que in commertium non veniunt: vt res sacra: res religiosa homo liber. Res tamē sacre et religiose in venditione transeunt cum sua vniuersitate. quia vniuersitas in prophanis consistit. Vendi autem debēt res venales iusto pondere Justo numero. iusta mensura ꝛ iusto pretio. Qui secus fecerit extra ordinē puniatur Venditio ꝛ emptio fit inter p̄ntes ꝛ abs̄ntes. p̄ nuntium. p̄ lr̄as siue epistolas pure et sub ɔditōe cuʒ arra vl̄ sine arra. Arre datio ē signum emptōis ɔ̄cte nō autē p̄fecte. q̄r emptionē nō perficit. nisi pecunie numerate et certe date datio et rei vēdite traditio. Jō dixi pecunie: q̄r nll̄a emptio sine pecunia esse pōt

Cōsensu cōtrahit̄ obligatio quinq̄ʒ modis

Emptio quando contrahit̄.

Nota.

Vēditio ꝛ emptio int̄ q̄s fit

Arre datio.

Dixi certe. Quia si inter aliquos ita conuenitur: vt quãti. A. vel B. rem estimauerit tanti sit empta: hec emptio est incerta. quia possz cõtingere ꝙ talis ꝑtium non diffiniret. forte qꝛ nollet: vel quia morere tur. Dixi pecunie numerate: qꝛ si fundus daretur ꝓ fundo. res cer ta ꝓ certa. tunc diceretur ꝑmutatio nõ emptio neqꝫ vẽditio Dixi pu re. i. simpliciter ꝛ directe sine omni exceptiõe. Dixi vel sub ꝯditione vt si equus meꝯ tibi placuerit post examinationẽ tunc sit tuus ꝓ de cẽ florenis. Si nõ. Nõ. Natura emptõis est. vt res que venditur sit certe spẽi: ꝛ ꝑcium certuz sit in numerata pecunia Jdõ certe spẽi qꝛ al's nõ posset cognosci q̃ res esset vẽdita. Dixi certum ꝑtium qm̃ sic aliq̃ ꝯueniunt res sit tibi empta q̃ti N. eã estimauit. Et ẽ incerta em ptio: vt supra. Debet etiã esse pecunia numerata. qꝛ dando rez ꝓ re fit cãbium vel ꝑmutatio que est alius specialis ꝯtractus. Alia ẽ na tura emptõis: vt emptiõe perfecte celebrata statim lucrum ꝛ ꝯmo dum damnum ꝛ periculum ꝑtineat ad emptorez. Est em̃ iustum vt cuius est cõmodum eius etiã sit periculum. Et hec omnia vera sunt si venditio fiat pure sine scriptis certe spẽi: ita ꝙ nullum pactum in terueniat: ꝛ ꝙ res sit que degustatiõe. ponderatiõe. mensuratione. numeratiõe. examinatiõe vel cernitione nõ indigeat. ꝛ ꝙ vẽditor nõ sit inculpa in mora vel in dolo. Et nõ ꝙ ꝑiculum publicatiõis ad vẽ ditorẽ pertinet. Est autẽ rez publicatio qñ omnia bona alicuius pu blice venduntur ꝓpter debita vel malefitia sua. Jtẽ dixi pure. q̃a si ꝯditionalis esset vẽditio: tunc añ aduentum ꝯditionis oẽ periculuz ad vẽditorẽ ꝑtinet. Jtẽ dixi sine scriptis: qꝛ si vẽditio in scriptis fie ret tunc periculum rei ad vẽditorem spectat anteqꝫ scriptura ꝑfitia tur. Jtẽ dixi certe speciei: qꝛ si emptio fit sub alternatione specierum tunc emens nescit quid emit ꝛ periculum ad vẽditorẽ ꝑtinet. Jtẽ di xi ꝙ nullum pactum interueniat. Nã pacta frangunt legẽ. Jtẽ dixi ꝙ res sit que degustatiõe nõ indiget: vt vinum. medo: qꝛ añ degu stationem periculum spectat ad vendẽtez. Sic ꝛ ponderatiõe vt au rum argentum piper. Sic ꝛ mẽsuratiõe. vt pannus tela frumẽtum Sic ꝛ numeratione. vt oẽs monete. floreni. grossi. nummi. denarij. obuli. Jtẽ dixi cernitione vt texture lanee linee sericie ꝛc̃. Jtẽ dixi ex aminatione: vt equi boues muli ꝛc̃. Hoꝝ omnium periculuz ad vẽ ditorẽ spectat ante eoꝝ probatione. Dixi culpa. Quia si periculum ex culpa vẽditoris fieret eius damnum esset. Dixi mora nam si ven dens intempestiue rem tradit periculum eius erit. Dixi dolo. Quia nemini debet patrocinari. igitur periculum rei ad dolosuz redundat Dicuntur autẽ pericula rerum incendia ꝛ naufragia casus ruina de

Permutatio

Natura emptiouis

Alia nõ emptõnis

Nota.

Rez publicatio.

Prouerbium.

Pericula reruz

morum alluuie inundatiões arboꝝ deiectiões p ventos lesio animalium mors peiorationes ⁊ destructiones. Tenetur vēditor rem vēditam liberā vacuā ⁊ solutā sine omni impetitione tradere. q2 si quis eā aduocauerit vēditor tenetur emptori ad interesse. id est ad damnum. Tenetur autē emptor pretium innumerata pecunia dare. Q2 si nō fecerit statim emptiōe facta tenetur venditori ad interesse. In summa ē notādum. Q2 si minor. xx. annis decipitur in contractu emptionis aut vēditiōis aliquādo nō tenet ꝯtractus ipso iure: ⁊ aliqñ tenet de iure sed rescinditur bñficio cōmuni. aliquādo agitur ad decipiendum in pretio: aliquādo subuenitur minori ꝓ merito rei. Vñ distinguēdum est. Cum em̄ dolus dat cām contractui. vt cum dolo se induxi te vt mihi venderes que venditurus al's nō esses nō tenet cōtractus. Si vō dolus incidat in cōtractum: vt q2 eras venditur⁹ sed p meliorem vēditionē ⁊ ego induxi te vt minori mihi pretio venderes ꝙ al's valuit tenet quidē cōtractus sed agitur ad decipiēdu3 vbi vō nec dolus dat cām cōtractui: nec dolus incidit in cōtractum nec te in pretio circumueni ꝙuis re ipa sis deceptus in pretio ad nihilum agere potes: nisi pretium infra dimidium iusti pretij subsistat: tunc em̄ obtinet quod dicitur: vt minori viginti annis subueniatur ꝓ munere rei. Et hec locum hñt in ꝯtractibus bone fidei. Nā in contractibus stricti iuris etiā si dolus dat cām ꝯctui tenet ꝯctus sed excipitur ꝯ agētem. Et nota ꝙ in ꝯctibus bone fidei si dolus dat causam contractui nō p ꝯhentes sed p mediatorem tenet cōtractus. In quolibet āt cōtractu exigitur bōa fides etiā si nō tenet cōtractus ad huc in eo exigitur bona fides. Nota etia3 ꝙ re vēdita ⁊ euicta semp agit emptor de euictiōe: qđ tñ fallit in aliquibus casibus Primo si emptor super re vēdita impeditus non nuntiat venditori. Secundo si affuit ipsi sententie. Tertio si p iniuriā cōtra eum sententia lata fuit Quarto si non tempestiue denuntiauit sed prope sententiam si potuit nuntiare. Quinto si emptor compromisit et sententiam contrariam reparauit Sexto si culpa sua sic possessionem amisit. Septimo si habuit rem pro debito. Octauo si emptor seruum emptum manumisit. Nono si ancillam emptam prostituit. Decimo si emptor rem emptam vsucepit. Undecimo: si venditor absente emptore condemnatus non appellauit. Et generaliter quocunq3 modo emptor rem emptā sine denuntiatiōe venditoris amisit dānum erit suu3. Qualiter autem venditor debeat rem venditā gubernare visum est supra de ꝓscriptionibus ⁊ vsucapiōibus: ideo hic pertranseo.

Notandum

Nota.

Nota.

De rerum permutatione. Capitulum. XX.

Permutatio quid
Permutatio contrahitur.
Contract⁹ innominatus.
Natura pmutationis

q Uid sit pmutatio. Qualiter contrahatur. Que sit eius natura. Que res valeant permutari. Cum qbus ecclesia possit pmutare. Que actiões oriantur ex pmutatione. De primo pmutatio est vnius rei p altera datio. Contrahitur permutatio cum inter aliquos cõuenitur: vt certa species detur p certa. Si eñ certa daretur p incerta: tunc esset cõtractus innominat⁹. Cõtrahitur autem sic do. vt des. Est autem natura pmutationis vt nõ soluz pacto sed rez interuentu contrahatur: vt in emptione vbi res et pretium debent esse qñ emptio ptrahitur. Aliquãdo tñ et sine re contrahitur emptio. vt in pdicta lege Ne emptio. Permutari autẽ pñt que vendi pñt. Sciẽdum tñ q qued.i permutãtur q vẽdi nõ pñt vt ecclesie.

Sciendum

Sed quomõ est hoc Eccl'ie sunt gratis pferende pmutationis autẽ ptractus nõ fit gratis. sed datur res p re. Dico pmutatio in spiritualibus nõ fit ex pacto partium sz ex autoritate supioris. Totum eñ qd geritur in supioris arbitrium pfertur q ex arbitrio suo de rebus spiritualibus pmutãdis disponit mobilibus et immobilibus. quia hee res sunt pprie nõ hominum sed solius dei. Potest ergo ecclesia cum eccl'ia pmutari. põt etiã eccl'ia cum principe permutare. Potest etiã cum priuato pmutare. dummodo vtilitas eccl'ie hoc exposcit: non potest tñ psona spiritualis p seculari cõmutari. nec pversus potest dari p laico. Qd eñ sel' deo dedicatum est. ampli⁹ ad humanes vsus pverti nõ dz. Queritur an pmutatis rebus ptrahatur emptio et venditio. dico q nõ: qz pmutatio semp fit interuentu rez. Emptõ
Nota.
vo fit aliqñ sine re. Nota q ex sola cõuentione pmutatiõis re nulla hincinde secuta nulla oritur actio. Sed ex rei traditione vel ex pacto datur actio ex pria re demum secuta: sed statim nõ cõpetit hec actio sicut diximus in mutuo. Ita etiã dicimus in societate: in tutela in dote. Ibi oritur actio ex pctu sed non statim ppetit nisi societate vel tutela demum finita vl' mr̃imonio soluto: sz si ex vna pte res est secuta
Sciendum.
ex altera nõ. Et si pactum non ẽ vestitum nulla actio oritur. Sciendũ q pmutatione q rẽ meã pprã mobilẽ ppria mea autoritate possum pmutare: qz sum dñs ipsius. Immobilẽ autẽ rẽ pmutare oportet de scitu et voluntate domini fundi ad quem pertinet.

De locatione et conductione. Capitulũ. XXI.

q Uid sit locatõ et pductio. Quis dicatur locator. qs pductor Qual'r ptrahatur: q res pñt locari. q actiones ex locato et cõducto oriãtur. qb⁹ de caub possit locator inqlinum suum expellere et epuerso. Quib⁹ casib⁹ possit pductor domum desere inuito locatore. De tpe locationis rei. De tpe solutionis pensionis siue

Summe doctoris Raymundi de Jure actionū.

mercedis de ipa re locata Primo ergo locatio est ꝯcessio ꝑsone facta ad vsum rei mercede ⁊ pecunia numerata cōuenta. Locator dicitur Qui re sua alium vti permittit ꝓ mercede cōuenta. vt cum loco tibi domum meā ad inhabitandum. ego suз locator. tu ꝯductor. Cōtrahitur locatio ⁊ ꝯductio modis q̊bꝰ cōtrahitur emptio ⁊ vēditio. de q̊bꝰ supra visum est. Et ideo q̄ in supiori rubrica dicta sunt de ꝯsensu de rebꝰ ⁊ p̄tio. hec intelligas hic repeti. Locari pn̄t om̄ia q̄ vēdi pn̄t quia ita similia sunt locatio ⁊ vēditio ac ꝯductio. qꝛ neuter eoꝝ contractuum ē gratuitus. i. grat̄ datus. Nā semꝑ interuenit merces ⁊ p̄tium deputatum. Ex h̄ v̊o cōtractu nascuntur due actiōes vt actio ex locato ⁊ actio ex cōducto In actiōeз ex locato vēit in p̄mis merces soluēdi de q̄ cōuentum est. Scd̄o rei locate deterioratio. Tertio rei locate inhonesta inhabitatio. In actiōeз ex cōducto ꝓmissi seruatio domꝰ refectio. Et pōt fieri locatio ad tp̄us vt ad annum vł imperpetuum vt ad tp̄us vite cōductoris. Et si infra tp̄us locatiōis ꝯductor moritur heres eiꝰ succedit. De tp̄e v̊o soluende pēsiōis. i. mercedis dubitatur. Quedā em̄ leges volunt ꝙ in principio. qꝛ quādo cōductio est fcā tc̄ statim cōductor tenetur d̄ mercede. Alia Jura volunt ꝙ in medio sicut dꝛ de sallario q̊d fiscus dat. Alia Jura volunt ꝙ in fine qꝛ merces maxime in fine datur. Ego tamē puto ꝯsuetudinē et morē patrie in hijs fore ꝟuādam ⁊ sicut ē ꝯuentuз. In aliq̊bꝰ enim ꝓuintijs soluitur tota merces in q̄ttuor tēporibus anni. In aliq̊bus in duobus. In quibusdam in fine anni tota datur. Etiā in aliq̊bus partibꝰ locator per se pignorat inq̄linum ꝓ censu domus. In aliquibus agit ꝓ ipo corā Judice. Alia cōsuetudo si locator deuiguit inq̄linum tunc ꝑ se pignorat eum. si nō. tunc oportet eum agere ꝓ censu Locator siue dn̄s domꝰ potest inq̄linum suum expellē q̊nq3 de causis Primo si ip̄e locator tēpore locatiōis habuit duas domos et q̄3 ipse inhabitabat igne vł casu perijt. Scd̄o si domus locata necessaria est refici ꝓpter aliqueз casum q̄ de nouo vēit ⁊ tp̄e locatiōis nō fuit necessaria. Tertio si locator maximis debit̄ vł oneribꝰ fisci d̄ nouo grauetur. Quarto si conductor ꝑuerse viuat aut inhoneste domum inhabitat. Quinto cum inquilinus ꝑ biennium pensionē non soluit. fiscus v̊o statim inquilinum expellere pōt non soluto censu. Et nota ꝙ in primis tribus casibus pensio deducitur: ⁊ ꝓ rata tēporis in alijs v̊o nō. Ecōuerso inquilinus potest domino domus inuito domuз deserere Primo si dominus domus non tenet ratum conductori q̊d ei promisit. Secundo si necessaria domus nō reficit. Tertio si ab instantijs ⁊ iniurijs vicinoꝝ suoꝝ eum non defendit Quarto si domꝰ

Locatio quid.
Locator quid.
Locari q̄ pn̄t
Actiōeз ex locato.
In actiōe ex cōducto.
De tp̄e soluende pensionis
Locator pōt inquilinū quinq3 de caus̄ expellē
Nota.
Quibus causis inquilinus potest locatorem inuitū deserere

ruinosa minatur casum. Quinto si incendio ignis domini culpa est
Nota psumpta. Et nota q si conductor nunq intrauit domum: vel si in-
trauit et nulla causa exigente exiuit: tunc adhuc oportet eum cēsum
persoluere totaliter nisi dominus domus de domo sua se intromisis-
set vel alium intus locasset: tunc in nullo sibi obligatur ipe pductor
Queritur vtrum sit locatio vel pductio. Siquis dederit sartori pā-
num ad sartiendum vestimēta vel aur aut argentum aurifabro ad
faciendum sigillum vel annulos nulla mercede statim cōstituta sed
postea tm daturus qtum dari consueuit. Dico q nō est locatō nec
conductio pprie sed eo nomine verbis actio datur sicut supra est qsi
tum. An pmutatis rebus pbatur emptio: ita queri solet d locatiōe
et pductiōe. Si tibi aliqs aliquā rē dedit vtendā vel fruendaz. Et si
militer a te aliam rem vtendam vel fruendā accepit: veluti siquis v-
num bouem vel thaur habet et vicinus suus vnum: et ipsis ambo-
bus placuerit: vt boues inuicem p decē dies comedāt: vt opus ali
quod facerent et apud alter bos perijt. Queritur vtr sit locatio vl
conductio. Dico q neutr hor est: sed ē aliquod genus nō locati:
quia ibi nulla merces interuenit. non etiā cōmodati. Quia non fuit
gratuitum: igitur prescriptis verbis est agendum. Et si bos perijt
sine culpa commodatarij: tunc damnum ē commodantis. als non.
Item si quis tradiderit aliqō predium fruendum qdiu pensio siue
redditus sibi de ipso pstetur. Queritur vtrum sit emptio an locatio
an commodatio. Dico q nec est emptio nec locatio nec commodatō
Emphiteosis contractus sed est alter cōtractus qui vocatur. Emphiteosis. De quo statim in
fra dicetur. Nō est emptio: quia acceptor predij et eius heres non pos
sunt illud alienare: tamen dominium predij non transfertur in acci-
pientem vt in emptiōe: Nec est locatio: qr res locata alienari nō po/
test: vt hic fit nec est commodatum: qr p censu est constitutum. Cō
modatum vo gratis pceditur. Qui autē p vsu vestimtor: aut vsu
argenti aut iumenti aliquid dederit aut pmiserit ab illo custodia tal
exigitur qualē diligentissimus prfamilias suis rebus adhibet quā si p-
stiterit et in aliq casu eā rē āmiserit ad restituēdu minime tenebitur

De emphiteosi et iure eius. Capitulum. XXII.

Emphiteosis. contractus E Mphiteosis grece est melioratio latine: qr antiquitus nisi res
sterilles locabantur: alijs vt fertiles fierent. Nunc vo ferti-
les et steriles locātur iure pretorio. Et iste ptractus debz fie
ri p scripturam: et potest fieri imppetuum vl ad tempus vel p vna
psona vel pro pluribus pensio est requirenda a possidente nō a ven-
dente vel cedēte. Emphiteotica res pōt vēdi a coductore et ab here-

dibus suis saluo iure domini fundi. q̄a emphiteota habet vsum et fructum rei. dn̄s autē solā ꝓprietatē et censum dominus em̄ possidꝫ emphiteosim ciuiliter. i. animo emphiteota possidet naturaliter id ē corpore. Et nota ꝙ talium prediorꝝ possessiões in aliq̄bus ꝓuintijs singulis annis renouantur. In aliquibus ꝑ biennium. aut trienniuꝫ In aliq̄bꝰ nunq̄ꝫ. Et siquis pensionē ꝑ biennium nō soluerit repellitur et perdit totum ius suum. Idemius est si illa predia peiorat vel alienat aut non debite colat ꝛc. Nota

De societate. Capitulum. XXIII.

